R. 7856

# In hoc volumine cõtinentur

Sulpitij Seueri de vita diui Martini turonẽ. archipſulis liber prim⁹
Eiuſdem de eodem ſctiſſimo Martino dialogi duo
Eiuſdem Seueri de vita diui Martini liber ſecundus
Tractatus beati Odonis abbatis Cluniacenſis & reuerſione beatiſſimi Martini Turonenſis ex burgundia.
Alter tractatus eiuſdem quo Martinũ apoſtolis parẽ eẽ demõſtrat.
Beatiſſimi Martini de indiuidue deitatis perſonarum trinitate religioſa confeſſio.
V. Fortunati p̄ſbyteri carmẽ ſcti martini vitã q̄ttuor libris cõplectẽs
Vita ſancti Gregorij Turonenſis archiepiſcopi.
Eiuſdem Gregorij turonenſis de miraculis. S. Martini libri quattuor certis capitibus diſtincti cum tabula.
Eiuſdem opus in gloriam plurimorum martyrũ. C. &. vj. capitib⁹ diſtinctum adiuncta tabula.
Eiuſdem opus in gloriam Iuliani martyris turonenſis patroni cũ capitum indice:
Eiuſdem epiſtola ad beatum ſulpitium bituricenſem archiepiſcopũ in vitam ſanctorum ſeptem dormientium.

Del Col° de la Comp^a de Jhs de Granada



R. 7856

# In hoc volumine cõtinentur

¶ Sulpitij Seueri de vita diui Martini turonẽ. archipſulis liber prim⁹
¶ Eiuſdem de eodem ſctiſſimo Martino dialogi duo
¶ Eiuſdem Seueri de vita diui Martini liber ſecundus
¶ Tractatus beati Odonis abbatis Cluniacenſis & reuerſione beatiſſimi Martini Turonenſis ex burgundia.
¶ Alter tractatus eiuſdem quo Martinũ apoſtolis parẽ eẽ demõſtrat.
¶ Beatiſſimi Martini de indiuidue deitatis perſonarum trinitate religioſa confeſſio.
¶ P. Fortunati pſbyteri carmẽ ſcti martini vitã qttuor libris cõplectẽs
¶ Vita ſancti Gregorij Turonenſis archiepiſcopi.
¶ Eiuſdem Gregorij turonenſis de miraculis. S. Martini libri quattuor certis capitibus diſtincti cum tabula.
¶ Eiuſdem opus in gloriam plurimorum martyrũ. C. & vj. capitib⁹ diſtinctum adiuncta tabula.
¶ Eiuſdem opus in gloriam Iuliani martyris turonenſiuꝫ patroni cũ capitum indice:
¶ Eiuſdem epiſtola ad beatum ſulpitium bituricenſem archiepiſcopũ in vitam ſanctorum ſeptem dormientium.

Del Colº. de la Compª. de Jhs de Granada.




Biblioteca Universitaria GRANADA
Tabla
Número

Honorando patri Guilhelmo Paruo regio
confeſſori & ſacrarū litterarū profeſſori
ſapiētiſſimo Hieronym⁹ Clich
toueus neoportuēſis . S.

HVmane eloquentie parentē. M. Tullium dicere ſolitum accepimus vir preſtantiſſime: eos qui a parentū probitate degenerāt/ ne viri modo ſed neq; hoīs nomine dignos. quanto magis qui dei pugiles ſtrēnuiſſimos ac noſtrę matris eccleſię militantis fortiſſimos athletas nō ſolū nō imitantur ſed negligūt potius: nō fideles at antichriſti veniūt nuncupādi. Sȝ quantā energiā viua hn̄t exēplaria quis eſt qui neſciat? Teſtant̄ id Cęſaris triūphi/ dedali labyrinthus/ virgiliana poeſis Auguſtini ſapiētia martyrū inuicta cōſtantia/ cōfeſſoꝝ ſanctimonia: & (vt paucis plurima cōſtringā) quicquid laudis aut p̄mii ſibi hactenus mortales acquiſierūt/ id prefixo quodā ante oculos archetypo attētarunt. Quod cuȝ ita eſſe cōſtet: quis ierit inficias ad recte beateq; viuēdū/ eo tramite conformiq; inceſſu ambulandū eē? Verū in eo deligēdo nō mediocri op⁹ eſt induſtria ſagacitate atq; ſolertia: & ea quidē qua artis pictore peritiſſimi quiq; in protrahēdis imaginibus vti cōſueuerūt. Qui ſane priuſq̄ ſeſe operi accingat aut effigiem vllā politam excultā q; deducāt/ ſingula ſui exemplaris delineamenta ad amuſſim & penſiculatim examināt membroꝝ dimenſiones/ dimenſionūq; proportiōes peruigili vnoq; defixi obtutu ad inuicem cōferūt cōſiderantq; q̄ diligentiſſime. q; ſi in minimo oberratū eſſe cōpererint/ ad meliorē protinus formā reducunt: ne coſimili mēda eorū notetur opus. Eya agite mortales ſi inani picture tantus labor impenditur: quid ad animū cū ſcientiis tū virtutibus exornandū non expediat? Q; ſi forſan iam zelo charitatis accenſi inquiritis dicētes: queſiuimus & nō inuenim⁹ / quis em̄ annūciet euȝ nobis? ipſe qui ē oīm exēplariū archetyppus expaſſis in ara crucis manibus in mūdi meditulio ſublimatus: ſic voce benigna cunctos ad ſui imitationē inuitat. Venite ad me oēs qui cōcupiſcitis me: exemplū ei dedi vobis vt ſicut ego feci ita & vos faciatis. Quinimo ne tante fulgore exēplaris obcecati (vt ſolis lumine nycticorax) ip̄m intueri nequamus ad ſui ſimilitudinē efformatos (& ſi longo interſtitio) per ſingulas orbis partes direxit/ quorū exemplo gēs quelibet ſuos habeat mores cōponere. Vnde gallis & maxime religioſis inter cęteros datū eſt Iubar illud ſanctimonie beatiſſimus cōfeſſor Martinus turonenſiū olī archipreſul memoratiſſimus: cuius vitam qui ſtatuerit imitandā haud

Ceſa
Dedalus.
Vergilius.
Auguſtin⁹

S. martin⁹

vnq̄ ſua ſpe fraudatus facti ducet̄ penitudine. Cuius virtutes & merita immo & obſtupēda miracula (in hoc noſtro epiſtolio) ſūmis labris p̄libare dignū duxiſſemus: niſi mira vbertate & ſcriptorū flagranti zelo ſequētes de illis libri diſſererent. Nēpe cū hunc oīnibus imitanduȝ fore cenſuiſſes eius vitam vario a diuerſiſq; ſcriptoribus ſanctis ſtilo cōpactam vt in vulgum p̄diret ad noſtre tēpeſtatis exptiſſimū litterarū excuſſorē Ioannē paruū direxiſti. Hic aūt me obnixe exoratum voluit: vt hos libros mendis quibus impreſſi codices ſcatere ſolent eximeremi cui in ea re pro viribus ſtatui morē gerere: non em̄ potui tā iuſtam petitionem recuſare/ aut tā honeſtū nō ſubire laborem. Inſup ab eo cōpulſus ſum illos veſtre paternitati hac epiſtola nuncupare: ſatis tamē cōpertū habens nihil eſſe culici par cū elephanto. ſed rationi cōſonū eſſe exiſtimaui ſi illi dedicarētur/ a quo & authoritatē ſumāt & ſui ſplendoris incrementuȝ: cuiuſq; procurante vigilātia iā quaſi tēporis edacitate conſumpti/ & ſitu vetuſtatis obeſi in lucē emittunt̄: & priſtine integritati atq; decori reſtituti eluceſcunt. Atq; inter hos ſulpitius ſeuerus merito primatū obtinuit vt pote q Martini p̄conia p̄fuſiſſime & duplici quidē ſtilo: cōtinuo ſcilicet & dialogico fuerit proſequutus. Illi ſubiungimus tractatū beati Odonis abbatis cluniacenſis: non minus auribus gratum q̄ orationis ſplendore nitentem. Addita eſt eiuſdem Inuectia in eos qui diui Martini detrahunt honori euȝ apoſtolis imparem eſſe contendentes: qua dilucide oppoſitum infert. Cui annectitur & beatiſſimi Martini de indiuidue deitatis perſonaꝝ trinitate religioſa cōfeſſio Accedit ad hęc & fortunati p̄ſbyteri carmen ea q̄ a Sulpitio ſeuero/ fluido ſtilo ſcripta fuere quatuor libris cōplēctens. Locū autē nouiſſimū tanq̄ cęteris eminētiorē Gregorio turonenſi reſeruauimus nihil heſitantes illi pre cęteris palmam eſſe concedendā nec fini prę̄ripiendā. Merito itaq; edētur hęc omnia ſub tui nominis tutela & ad legentium vtilitatem fructū & commodum in publicū prodibunt.

Vale.

S. Seuerus

Odo. clu.

Martinus.

S. Grego. turonēſis.

# [..]logus Seueri in vitā Sancti Martini.

DEleriqȝ mortales ſtudio & gloria ſeculari inaniter dediti
exinde perennem(vt putabant) memoriā nominis ſui q̄=
ſiuerunt: ſi vitas clarorū virorum ſtilo illuſtraſſēt. Que res
vtiqȝ non perēnem quidēſed aliquantulū tamen concepte
ſpei fructum afferebat: quia & ſuam memoriā (licet in caſ=
ſum) propagabant: & propoſitis magnorū virorum exemplis/ nō par
ua emulatio legentibus excitabatur. Sed tamē nihil ad beatā illā eter=
nāqȝ vitam hec eorū vita pertinuit. Quid enim aut ipſis occaſura cuȝ
ſeculo ſcriptorū ſuorum gloria profuit: aut quid poſteritas emolumē=
ti tulit legendo Hectorem pugnantē aut Socratē philoſophantē? cuȝ
eos non ſolū imitari ſtultitia: ſed non acerrime etiā impugnare demē
tia ſit. Quippe qui humanā vitā preſentibus tantū artibus eſtimantes:
ſpes ſuas fabulis/animas ſepulchris dederunt. Siquidē ad ſolā hoīum
memoriā ſe perpetuandos crediderunt cū hominis officiū ſit/ peren
nem potius vitā q̄ perennē memoriā querere: non ſcribendo/aut pu=
gnando/vel philoſophando/ ſed pie ſancte religioſeqȝ viuendo. Qui
qdē error human⁹ literis traditus in tm̄: valuit vt multos plane emu=
los vel inanis philoſophie vel ſtulte illius virtutis inuenerit. Vnde fa=
cturus mihi operepretium videor: ſi vitā ſanctiſſimi viri exēplo aliis
mox futurā perſcripſero. Quo vtiqȝ ad verā ſapientiam & celeſtem mi
litiam diuinamqȝ virtutē legentes incitabuntur. In quo ita noſtri quo
qȝ rationē cōmodi ducimus vt nō inanem ab hominibus memoriam
ſed eternū a deo premiū expectemus. quia & ſi ipſi non ita viximus:
vt exēplo aliis eſſe poſſimus: dedimus tamē operā ne is lateret / q̄ eēt
imitandus. Igitur ſancti Martini vitaȝ ſcribere exordiar vt ſe vel ante
epiſcopatum vel in epiſcopatu geſſerit/quāuis nequaquā ad omnia il
lius potuerim peruenire: adeo/ea in quibus ipſe tantū ſibi fuit conſci⁹
neſciuntur. quia laudē ab hominibus nō requirēs (quātū in ipſo fuit)
omnes virtutes ſuas latere voluiſſet: quanq̄ etiā ex iis que cōperta no
bis erant plurima omiſimus: quia ſufficere credimus / ſi tātū excellē=
tiora notarētur Simul & legentibus cōſulendum fuit: ne quod his pa
reret copia cōgeſta faſtidiū. Obſecro autē eos qui lecturi ſunt/vt fideȝ
dictis adhibeant: neqȝ me quicquā niſi cōpertum & cōprobatuȝ ſcri=
pſiſſe arbitrentur. Alioquin tacere: q̄ falſa dixiſſe maluiſſem.

Hector.
Socrates.



## Vita ſancti Martini.

IGitur Martinus galbaria pannoniarū oppido ori
nudus fuit ſed intra Italiā Ticini altus eſt: parētib⁹
ſecundū ſeculi dignitatē nō in fimis/gētilib⁹ tm̄. Pa
ter eius miles primū: poſt tribunus militū fuit. Ipſe
armatā militiā in adoleſcētia cōſecutus inter ſcola=
res alios ſub rege Cōſtantio deinde ſub Iuliano cæ
ſari militauit. nō tm̄ ſpōte: quia a primis fere ānis di
uinam potius ſeruitutem ſacra illuſtris pueri ſpirauit infantia. Nam
cum eſſet annorum decem: inuitis parentibus ad eccleſiam confugit:
ſeqȝ cathecuminum fieri poſtulauit. Mox mirum in modum totus in
dei opere cōuerſus cum eſſet annorum duodecim heremū concupiuit
feciſſetqȝ votis ſatis: ſi ętatis infirmitas non obſtitiſſet. Animus tamē
aut circa monaſteria aut circa eccleſias ſemper intentus meditabatur.
adhuc in ętate puerili: quod poſtea deuotus impleuit. Sed cum edictū
eſſet a regibus vt veteranorum filii ad militiam ſcriberent (prodente
pare: qui felicibus eius actibus innidebat) cum eſſet annorum quinde
cim captus & cathenatus ſacramentis militaribus eſt implicatus. vno
tantū ſeruo comite contentus cui tamen verſa vice dominus ſeruiebat:
adeo vt plerūqȝ ei & calciamenta ipſe detraheret & ipſe detergeret/ci=
bumqȝ pariter caperent/hic tamē ſepius miniſtraret. Trienniuȝ fere añ
baptiſmum in armis fuit: integer tamen ab his viciis quibus illud ho
minum genus implicari ſolet. Multa illi circa cōmilitones beni=
gnitas/ mira charitas / patientia vero atqȝ humilitas vltra humanum
modum Nā frugaliratem in eo laudare/non eſt neceſſe: qua ita vſus ē
vt iam illo tempore non miles ſed monachus putaretur. Quibus rebus
ita ſibi om̄es cōmilitones ſuos deuinxerat: vt euȝ miro venerarētur af
fectu. Nec dum tamen regeneratus in Chriſto agebat quendaȝ bonis
operibus baptiſmatis candidatum: aſſiſtere ſcilicet laborantibus/ opeȝ
ferre miſeris/gentes alere/nudos veſtire/nihil ſibi ex militie ſtipendiis
p̄ter quotidianum victum reſeruare. Iam tunc euangelii non ſurdus
auditor de craſtino nō cogitabat Quod itaqȝ tp̄e cū nihil p̄ter arma &
ſimplicem militie veſtitum haberet/media hyeme quæ ſolito aſperior
inhorruerat (adeo vt pleroſqȝ vis algoris extingeret) obuiū habuit in
porta ambianenſium ciuitatis pauperem nudum. Qui cum pretereun
tes vt ſui miſererentur oraret/omneſqȝ miſerum preterirent: intellexit
vir deo plenus ſibi illum aliis miſericordiā non p̄ſtantibus reſeruari.
Quid tamen ageret? Nihil p̄ter chlamidem qua indutus erat habebat:
Iam em̄ reliqua in ſimile opus conſumpſerat. Arrepto itaqȝ ferro quo
erat accinctus mediam diuidit/partemqȝ eius pauperi tribuit: reliqua

Galbaria.

Cōſtātius rex. Iulia=
nus cęſare

rurſus induitur. Interea de circunſtantibus riſere non nulli/ quia de for
mis eſſet/& troncatus habitu videretur:multi( quibus erat mens ſani=
or )altius gemuere:qui ſimile nihil feciſſent/cũ vtiq; plus habentes/ve
ſtire pauperem ſine ſui nuditate potuiſſet. Nocte igiturſecuta cum ſe ſo
pori dediſſet vidit Chriſtum clamidis ſue q̃ pauperem texerat parte ve
ſtitũ. Intueri diligentiſſime dñz: veſteq; quã dederat iubet agnoſcere
mox ad ãgelorum circũſtantiũ multitudinẽ audit Chriſtum clare dicen
tem. Martinus adhuc cathecuminus hac me veſte contexit. Vere me=
mor dominus dictorum ſuorum qui ante predixerat quicquid feciſtis
vni ex minimis iſtis mihi feciſtis:ſe in paupere profeſſus eſt fuiſſe ve=
ſtitum. Et ad confirmandũ tã boni operis teſtimonium: in eodem ſe
habitu quem paupere acceperat eſt dignatus oſtendere. Quo viſo vir
beatiſſimus non in gloriam eſt eleuatus humanã:ſed bonitatez dei in
ſuo opere cognoſcens/cuz eſſet annorũ duo de viginti ad baptiſmuz
cõuolauit. Nec tamen ſtatim militie renunciauit:tribuni ſui præcibus
deuinctus/cui contuberniuz familiare preſtabat. Et eñ tranſacto tri=
bunatus ſui tempore:renunciaturum ſe eſſe ſeculo pollicebatur. Quia
Martinus expectatione ſuſpenſus:per bienniũ fere poſtea q̃ eſt baptiſ=
Iulianus. mum conſecutus:ſolo licet nomine militauit. Interea irruentibus in=
Vãgiões. tra gallias barbaris Iulianus cęſar coacto in vnũ exercitu apud Vãgio
num ciuitatem donatiuum cœpit erogare militibus. Et( vt eſt conſue=
tudinis )ſinguli citabantur:donec ad Martinum ventum eſt. Tum ve
ro oportunũ tempus exiſtimans/quo peteret miſſionẽ( neq; enim in=
tegrum ſibi fore arbitrabatur: ſi donatiuum nõ militatur⁹ acciperet)
hactenus inquit ad cæſarem militaui tibi: patere vt nunc militem deo
donatiuum tuum miles pugnaturus accipiat. Chriſti ego miles ſuz pu
gnare mihi non licet. Tum vero aduerſum hãc vocem tyrannus infre
muit/dicens eum metu pugne que poſtera die erat futura non religio
nis gratia detrectare militiam. At Martinus intrepidus immo illato ſi
bi terrore conſtantior/ſi hoc inquit ignauie aſcribitur non fieri/craſti=
na die ante aciem inermis aſtabo & in nomine domini Ieſu ſigno
crucis non clipeo protectus aut galea hoſtium cunos penetrabo ſe=
curus. Retrudi ergo in cuſtodiam iubetur facturus fidem dictis: vt
inermis barbaris obiiceretur. Poſtera die hoſtes legatos de pace mi=
ſerunt ſua omnia ſeq; dedentes. Vnde quis dubitet hanc vere beati vi=
ri fuiſſe victoriam: cui preſtitum ſit ne inermis ad prelium mitteretur.
Et quãuis pius dominus ſeruare militem ſuum licet inter hoſtium gla
dios & tela potuiſſet: tamen ne vel aliorum morte ſancti violaretur vir
tus exemit pugnę neceſſitatem. Neq; enim aliam pro militẽ ſuo Chri
ſtus debuit preſtare victoriam: q̃ vt ſublatis ſine ſanguine hoſtibus ne



mo moreretur. Ex inde relicta militia ſanctum Hilariũ pictaue epiſco Hilarius.
pum ciuitatis( cuius tunc in dei rebus expectata & cognita fides ha=
bebatur )expetiuit: et aliquandiu apud eum commoratus eſt. Tenta=
uit autem idem Hilarius in poſito diaconatus officio ſibi eum arctius
implicare: & miniſterio vinciri diuino. Sed cum ſepiſſime reſtitiſſet/ in
dignum ſe eſſe vociferans intellexit vir dei altioris ingenii hoc eum
modo poſſe conſtringi: ſi id ei officii imponeretur in quo quidam lo
cus iniuriæ videretur. Itaq; exorciſtam eum eſſe precepit. Quam ille or
dinationem ne deſpexiſſe tanq̃ humiliorem videretur: non repudiauit
Nec multo poſt ammonit⁹ per ſoporem/ vt patriã parenteſq; quos ad
huc gentilitas detinebat religioſa ſollicitudine viſitaret: ex voluntate
ſancti Hilarii profectus eſt/ multiſq; ab eo obſtrictus precibus/vt redi=
ret. Meſtus( vt fertur )peregrinationem illam aggreſſus eſt conteſtatus
fratribus multa ſe aduerſa paſſurum: quod poſtea probauit euentus.
Ac primum inter alpes deuia ſecutus incidit in latrones. Cumq; vnus
ſecuri eleuata in caput eius vibraſſet: ictum ferietis dextere ſuſtinuit al
ter. Vinctis tamen poſt tergum manibus / vni ſeruandus & cuſtodien
dus traditur. Qui cum eum ad remotiora duxiſſet/ percunctari ab eo
cœpit: quis nam eſſet. Reſpondit chriſtianum ſe eſſe. Querebat etiam
ab eo: an timeret. Tunc vero conſtantiſſime profitetur. nonq̃ ſe tam
fuiſſe ſecurũ: quia ſciret miſericordiam domini maxime in tentationi=
b⁹ affuturaz q;: ſe magis illi dolere. Chriſti miſericordia( vt poete latro
cinia exercens )eſſet indignus. Ingreſſuſq; euangelicam diſputationez
verbum dei latroni predicabat. Quid longius morer? Latro deo cre=
didit/ proſecutuſq; Martinum vie reddidit: orans vt pro ſe dominum
precaretur. Idemq; poſtea religioſam agere vitam viſus eſt: vt hæc
quæ ſupra retulimus ab ipſo audita dicantur. Igitur Martinus inde
progreſſus cum Mediolanum preteriſſet / diabolus in itinere huma=
na ſpecie aſſumpta ſe ei obuium tulit: quo tenderet querẽs. Cumq; id
a Martino reſponſi accepiſſet / ſe quo dominus vocaret tendere: ait Mediola
ad eum. Quocunq; ieris/ vel quecunq; tentaueris: diabolus tibi ad= num.
uerſabitur. Tunc ei prophetica voce reſpondit: Dominus inquit mihi
adiutor eſt: non timeo quid faciat mihi homo. Statimq; de conſpe=
ctu ei⁹ inimicus euanuit. Itaq; vt animo ac mente conceperat matrez
gentilitatis ſoluit errrore patre in malis perſeuerante: plures tamen
ſuo ſaluauit exẽplo. Deinde cum hereſis arriana per totũ orbẽ maxie
intra illyricũ pullulaſſet: cũ aduerſus ꝑfidiã ſacerdotũ ſolus pene acer
rime repugnaret/ m̃ltiſq; ſuppliciis eẽt affect⁹/ nã publice virgis ceſus Italia.
ẽ: & ad extremũ de ciuitate exire cõpulſ⁹, Italiã repetẽs cũ itra gallias Gallia

quoqꝫ ꝓpter diſceſſum ſancti Hilarii(quē ad exiliū hereticorū vis coe
Mediola⸗ gerat) turbatā eccleſiam cōperiſſet Mediolani ſibi monaſterium ſta⸗
num. tuit. Ibi quoqꝫ eū Anxētiꝰ auctor & princeps arrianorū grauiſſime in
Anxentiꝰ ſectatus eſt multiſqꝫ affectum iniuriis de ciuitate exturbauit. Ceden⸗
Gallina⸗ dum itaqꝫ eo tempore arbitratus ad inſulā cui Gallinaria nomē eſt ſe
ria. ceſſit comite quodā preſbytero magnarum virtutū viro. Hic aliquan
diu radicibus vixit herbarū. Quo tempore eleborū venenatum vt fer
tur grauem in cibum ſumpſit: ſed cū vim veneni in ſe ipſum craſſantis
vicina iam morte ſenſiſſet/imminēs periculū oratione repulit/ſtatim⸗
qꝫ omnis dolor fugatus eſt. Nec multo poſt cū ſancto Hilario cōpe⸗
Roma. riſſet regis penitentia poteſtatē indultam fuiſſe/redeundi: Rome ei tē⸗
ptauit occurrere. Profectus eſt ad vrbē: cū iam Hilarius preteriſſet. ita
& eū eſt veſtigiis proſecutus vt ad eū pertingeret. Cūqꝫ ab eo gratiſſi⸗
me eſſet ſuſceptus: haud longe ſibi ab oppido monaſteriū collocauit.
Quo tēpore ſe ei quidam cathecuminꝰ iunxit: cupiens ſanctiſſimi vi⸗
ri inſtitui diſciplinis Paucis quippe interpoſitis diebus languore cor
reptus: vi febrium laborabat. Ac tū Martinus forte diſceſſerat: & cum
poſt triduuꝫ fuiſſet regreſſus exanime corpus inuenit. Ita ſubita mors
fuerat: vt abſqꝫ baptiſmate humanis rebus excederet. Corpus in me⸗
dio poſitū triſti merentiū fratrum frequētabatur officio: cū Martinus
flens & eiulans accurrit. Tū vero tota ſanctuꝫ ſpiritū mēte concipiens
egredi cellulam in qua corpus iacebat ceteros iubet: ac foribus obſera
tis ſuper exanimata defuncti fratris membra proſternitur. Et cum ali⸗
quandiu incubuiſſet orationi/ ſenſiſſetqꝫ per ſpūm domini adeſſe vir⸗
tutem: erectus paululū & in defuncti ora defixus/ orationis ſue ac miſe
ricordie domini intrepidus expectabat euentū. Vixqꝫ duarū fere ho⸗
rarum ſpaciū interceſſerat/ vidit defunctū paulatim mēbris omnibus
cōmoueri & laxatis vſum videndi palpitare luminibus. Tū vero ma⸗
gna ad dominū voce conuerſus: gratias agens cellulā clamore cōple
uerat. Quo audito qui pro foribus aſtiterant: ſtatim irruunt mirātes tā
mirū ſpectaculum quod videbant viuere quē mortuū reliquiſſent. Ita
redditus vite ſtatim baptiſmū conſecutus plures poſtea vixit annos.
Primuſqꝫ apud nos Martini virtutum vel materia vel teſtimoniuꝫ fuit
Idem tamē referre erat ſolitus/ ſe corpore exutuꝫ ad tribunal iudicis
ductum deputandūqꝫ obſcuris locis & vulgaribus turbis triſtem ac⸗
cepiſſe ſententiā. Tū p duos angelos iudici fuiſſe ſuggeſtum: hūc eſſe
pro quo Martinus oraret. Ita per eoſdē angelos ſe iuſſum reduci: &
Martino redditū/viteqꝫ priſtine reſtitutū. Ab hoc primo tempore bea
ti viri nomē enituit: vt ꝗ ſctūs iā ab hoibus habebat potēs etiā & ve⸗
Lupicinꝰ. re apoſtolicꝰ haberet. Nec multo poſt dū agrū Lupicini cuiuſdā ho⸗



norati ſcdm ſclm viri pteriret clamore & luctu turbe plāgentis excipi
tur. Ad quā cum ſollicitus aſtitiſſet/& quis eſſet hic fletus ingreret: in⸗
dicat /vnū ex familia ſeruulū lequeo ſibi vitā extorſiſſe. Quo cognito
cellulā in qua corpus iacebat ingredit: excluſiſqꝫ oibus turbis ſupſtra
tus corpori aliquātiſper orauit. Mox in viſentē vultū ardeſcētibꝰ ocu
lis in ora illius defūctus erigit: lentoqꝫ conamine viſus aſſurgere/appꝫ⸗
henſa beati viri dextra in pedes cōſtitit: atqꝫ cū eo vſqꝫ ad veſtibulum
domus turba omni inſpectante proceſſit. Sub idem fere tēpus ad epi⸗
ſcopatū turonice eccleſie Martinꝰ petebatur. Sed cū erui de monaſte
rio ſuo facile nō poſſꝫ: ruſticus quidā vnus e ciuibus vxoris languore
ſimulato/ad genua illius prouolutus: vt egrederetur obtinuit. Ita diſ⸗
poſitos iā i itinere ciuiuꝫ turbis: ſub quadā cuſtodia ad ciuitatē vſqꝫ de
ducitur. Mirū in modū incredibilis multitudo nō ſolū ex illo oppido
ſed etiam ex vicinis vrbibus ad ſuffragia ferēda cōuenerat. Vna oim
voluntas/eadē vota eadēqꝫ ſententia: Martinū epiſcopatu eſſe digniſ
ſimum felicem fore tali eccleſiā ſacerdote. Pauci tamē & ex epiſcopis
qui ad conſtituendū antiſtitem fuerant euocati impie repugnabāt: di
centes ſcilicet cōtemptibilem eſſe perſonā/ indignum eſſe epiſcopatu
hominem vultu deſpicabilē/veſte ſordidū/crine deformē. Ita a popu⸗
lo ſentēcie ſanioris/hec illorū irriſa dementia eſt: qui illuſtrem virū dū
vituperare cupiunt/predicabant. Nec vero his aliud facere licuit: ꝗ qd
populus domino volente cogebat. Inter epiſcopos tamē qui adfue⸗
rant principue defenſor quidam dicitur reſtitiſſe. Vnde aiaduerſum ē:
grauiter illum lectione prophetica nunc notatum. Nā cū fortuitu le⸗
ctor cui legendi eo die officiū erat/intercluſus a populo/defuiſſet: tur⸗
batis miniſtris dum expectatur qui nō aderat / vnus e circūſtantibus
ſumpto pſalterio/quē primum verſum inuenit arripuit. Pſalmus autē
hic erat. Ex ore infantiū & lactantiū perfeciſti laudem propter inimi
cos tuos: vt deſtruas inimicū & defenſorem. Quo lecto/clamor popu⸗
li tollitur/pars aduerſa cōfunditur/atqꝫ ita habitū eſt diuino nutu hūc
pſalmū lectū fuiſſe: vt teſtimonium operis ſui defenſor audiret/qui ex
ore infantiū atqꝫ lactantiū in Martino domini laude perfecta & oſtē⸗
ſus pariter & deſtructus eſſet inimicus. ¶ Iā vero ſumpto epiſcopatu
qualē ſe quantūqꝫ pſtiterit/nō eſt noſtre facultatis euoluere: Idē enim
cōſtantiſſime perſeuerabat/qui prius fuerat. Eadē in corde humilitas:
eadē i veſtitu eius vilitas erat. Atqꝫ ita plenꝰ auctoritatis & gratie iple
bat epi dignitatē: vt nō tn̄ ꝓpoſitū monachi virtutēqꝫ deſereret. ali⸗
quādiu ergo adherēti ad eccleſiā cellula vſus ē. Dein cū iquietudineꝫ
ſe frequētantiū ferre nō poſſet/duobꝰ fere extra ciuitatē milibꝰ mona⸗
ſteriū ſibi ſtatuit. qui locus tā ſecretꝰ & ſemotus erat: vt heremi ſolitu⸗

dinem nõ deſyderaret. Ex vno enim latere preciſa montis excelſi ru=
Liger. pe ambiebatur: reliquã planitiẽ Liger fluuius reducto paululum ſinu
clauſerat. Vna tantũ eademq; arcta admodum via adiri poterat. Ipſe
ex lignis cõtextam cellulã habebat. Multiq; ex fratribus in eũdẽ mo=
dum/Pleriq; ſaxo ſuperiecti montis cauato receptacula ſibi fecerant.
Diſcipuli fere octaginta erant: qui ad exẽplum beati viri inſtituebant.
Nemo ibi quicq̃ propriũ habebat: omnia in mediũ conferebãtur. Nõ
emere aut vendere (vt pleriſq; monachis moris eſt) quicquaʒ licebat.
Ars ibi exceptis ſcriptoribus nulla habebatur: cui tamen operi minor
etas deputabatur. Maiores orationi vacabant. Rarus cuiq̃ extra cellu=
lam ſuã egreſſus: niſi cũ ad locũ orationis cõueniebant. Cibũ vna oẽs
poſt horã ieiunii accipiebant. Vinũ nemo nouerat: niſi quẽ infirmitas
coegiſſet. Pleriq; camelorꝫ ſetis veſtiebantur; mollior ibi habitus pro
crimine erat. Quod eo magis ſit mirũ neceſſe eſt/ꝗ multi inter eos no
biles habebantur/qui lõge aliter educati ad hanc ſe humilitatẽ & pa=
tientiã coegerant. Plureſq; ex his poſtea epiſcopos vidimus. Que em̃
eſſet ciuitas aut eccleſia: que nõ ſibi de Martini monaſterio cuperet ſa
cerdotẽ. Sed vt reliquas virtutes eius q̃s in epiſcopatu egit aggrediar
erat haud lõge ab oppido ꝓximus monaſterio loc⁹/ quẽ falſa hoĩum
opinio veluti cõſepultis ibi matribus ſacrauerat. Nam & altare a ſupe
rioribus epiſcopis conſtitutũ habebat. Sed Martinus nõ temere adhi
bens incertis fidẽ ab his q maiores natu erãt p̃byteris vel clericis fla=
gitabat nomẽ martyris vel tẽpora paſſionis oſtendi. grandi ſe ſcrupu
lo permoueri: ꝗ nihil conſtãs ſibi maiorũ memoria tradidiſſet. Cum
aliquandiu ergo a loco illo ſe abſtinuiſſet/nec derogans religioni (qa
incertus erat) nec auctoritatẽ ſuã vulgo accommodans: ne ſuperſtitio
cõualeſceret/ quodã die paucis ſecũ adhibitis ad locũ pergit. Dehinc
ſuper ſepulchrũ ipſum aſtãs orauit ad dñm vt qs eſſet: vel cui⁹ meriti
ſepult⁹ oñderet & cũ cõuerſ⁹ eẽt ad leuã vidit ꝓpe aſſiſtere vmbrã ſor
didã & trucẽ. Imperat vt nomen meritũq; loq̃retur. Nomẽ edicit / de
crimine cõfitetur: latronẽ ſe eſſe ob ſcelera percuſſum/vulgi errore cele
bratum/ſibi nihil cũ martyribus cõmune/cũ illos gloria / ſe pena reti=
neret. Mira res vocẽ loquentis qui aderant audiebant: perſonã tamẽ
non videbant. Tũ Martinus quod vidiſſet expoſuit/ Iuſſitq; ex eo lo=
co altare quod ibi fuerat ſubmoueri: atq; ita populũ ſuperſtitionis iſti⁹
abſoluit errore. Accidit autẽ in ſequẽti tẽpore dũ iter ageret/vt genti=
lis cuiuſdã corpus quod ad ſepulcrũ cũ ſuperſtitioſo funere deferebat:
obuiũ haberet. Conſpicatuſq; eminus venientẽ turbã; quidnã id eſſet



ignarus paululum ſtetit. Nam fere quingentorũ paſſuũ interuallũ erat
vt difficile fuerit dignoſcere/quid videret. Tamen quia ruſticam ma=
num cerneret/ & agente vento lintea corpori ſuperiecta volitarent: ꝓ=
fanos ſacrificiorum ritus agi credidit. quia eſſet hec gallorum ruſticis
cõſuetudo/ſimulacra demonũ candido tecta velamine miſera per a=
gros ſuos circũferre dementia. Leuato ergo in aduerſos ſigno crucis
imperat ipſi turbe nõ moueri loco: onuſq; deponere. Hic vero miruʒ
in modũ vides miſeros primum velut ſaxa riguiſſe/deinde cũ promo
uere ſe ſummo conamine niterentur: vltra accedere nõ valentes ridi=
culuʒ in vertiginẽ rotabãtur donec victi corporis onus ponũt attoni
ti/& ſemet inuicẽ expectantes/quidnam accidiſſet/ tacite cogitabant.
Sed cum beatus vir comperiſſet exequiarum eſſe illam frequentiã non
ſacrorũ: eleuata rurſum manu dat eis abeundi & tollendi corporis po
teſtatẽ. Ita eos & cũ voluit ſtare cõpulit/& cum libuit abire permiſit.
Item cũ in vico quodã templum antiquiſſimum diruiſſet / arboreʒ pi=
num que fano erat proxima eſſet aggreſſus excidere: tum vero antiſtes
loci illius ceteraq; gentilium turba ceperunt obſiſtere. Et cum eidem
illi dum templum euertitur imperante domino acquieuiſſent /ſuccidi
arborem non patiebantur. Ille eos ſedule commouerit nichil eſſe re=
ligionis ĩ ſtipite/dominum potius cui ſeruiret ipſe ſe querentur/arbo=
rem illam excidi oportere/ quia eſſet demoni dedicata. Tum vnus ex
illis qui erat audacior ceteris/ſi habes inquit aliquam de deo tuo (quẽ
dicis te colere) fiduciam noſmetipſi ſuccidimus hanc arborem. tu
ruentem accipe: & ſi tecum eſt tuus vt dicis dominus/ euades. Tum
ille intrepidus cõfiſus in domino facturum ſe pollicetur. Hinc vero
ad iſtiuſmodi conditionem omnis illa gentilium turba conſentit: fa=
cilemq; arboris ſue habere iacturam/ſi inimicum factorum/caſu illius
obruiſſent. Itaq; cum vnam in partẽ pinus illa eſſet accliuis (vt nõ eẽt
dubium quam in partem ſucciſa corrueret) eo loco vinctus ſtatuitur
pro arbitratione ruſticorum/quo arborem eſſe caſuram nemo dubita=
bat. Succidere igitur ipſi ſuam pinum cum ingenti gaudio leticiaq;
ceperunt. Aderat eminus turba: mirantium. Iamq; paulatim nuta=
te pinus cepit & ruinam ſuam caſura minitari. pſallebant eminus mo=
nachi: & periculo/iam propriore conterriti ſpem omnem fidemque
perdiderant /ſolam Martini mortem expectantes. At ille confiſus in
domino intrepidus operiens/cum iam fragorem ſui pinus concidẽs
edidiſſet: iam cadenti & ſuper ſe ruenti eleuata protinus obuiam ma=
nu/ſalutis ſignũ oppoſuit. Tũ vero turbinis modo retro actã putares:
diuerſã in ptẽ ruit. adeo vt ruſticos q̃ ĩ tuto loco ſteterãt pene proſtra=

nerit. Tum vero in cęlũ clamore ſublato gẽtiles ſtupere ceperunt mira
raculo: monachi flere p̄ gaudio. Chriſti nomẽ in commune ab oibus
predicari: ſatiſq; conſtitit eo die ſalutem illi veniſſe regioni. Nam ne-
mo fere ex immani illa multitudine gentilium fuit: qui non impoſitio
ne manus deſyderata dominum Ieſum Chriſtum relicto impietatis er
rore credidit. Et vere ante Martinum pauci admodum immo pene
nulli in illis reginonibus Chriſti nomen receperant. Quod adeo vir-
tutibus illius exẽploq; conualuit: vt iam ibi nullus locus ſit/ qui non
aut eccleſiis aut monaſteriis ſit repletus. Nam vbi fana deſtruxerat: ſta
tim ibi aut eccleſias aut monaſteria conſtruebat. Nec minorem ſub idẽ
fere tempus: eodem in opere virtutem edidit. Nam cum in vico quo
dam fano antiquiſſimo & celeberrimo ignem inieciſſet: in proximam
imo ad herentem domum agente vento flammarum glebi ferebantur
Quod vbi Martinus aduertit/ rapido curſu tectũ dom⁹ ſcandit: obuiã
ſe aduenientib⁹ flãmis inferẽs. Tum vero mirũ in modũ cerneres con
tra vim venti ignẽ retorqueri: vt cõpugnantiũ inter ſe elementorũ q-
dam cõflictus videret. Iſta virtute Martini ibi tantuz ignis eſt operat⁹
Libroſus vbi iuſſus eſt. In vico autẽ cui libroſo nomen eſt cũ itidem tẽplũ opu-
lentiſſimũ ſupſtitione religiõis voluiſſet euertere: reſtitit ei multitudo
gentiliuz/ adeo vt nõ abſq; iniuria ſit repulſus. Itaq; receſſit ad proxi-
ma loca ibi per triduũ cylicio tectus & cinere/ ieiunãs ſemp atq; orãs
p̄cabatur a domino: vt qnia templũ euertere humana manu nõ poſſet
virtus illud diuina deſtrueret. Tũ ſubito ei duo angeli haſtati atq; ſcu-
tati inſtar militię cœleſtis ſe obtulerunt: dicentes miſſos ſe a dño/ vt ru
ſticam multitudinem fugarent/ preſidiumq; Martino ferrent/ ne quis
dum templum dirueretur obſiſteret. Rediret ergo/ & opus cœptuz de
uotus impleret. Ita regreſſus ad vicum ſpectantibus gentilium turbis
& quieſcentibus/ dum profanam edem vſq; ad fundamentum dirue-
ret: aras omnes atq; ſimulacra redegit in puluerẽ. Quo viſo ruſtici cuz
ſe intelligerent diuino nutu obſtupefactos atq; perterritos/ ne epiſco-
po repugnarent: omnes fere/ Ieſum dominum crediderunt/ claman-
tes palam & confitentes/ dominum Martini colendum/ & idola ne-
gligenda/ que ſibi adeſſet non poſſeut. Quid etiam in pago Eduoruz
geſtum ſit referam. Vbi dum Martiuus templum euerteret: furens gẽ-
tilium ruſticorum in eũ irruit multitudo. Cumq; audacior cæteris ſtri
cto eum gladio peteret: proiecto pallio nudam ceruicem percuſſori p̄-
buit. Nec cũctatus fere gẽtilis/ ſed cũ dexterã alti⁹ extuliſſet/ re ſupin⁹
tulit: cõſternatuſq; diuino metu veniã p̄cabať. Nec diſſiľe huic illď/ cũ
eũ idola deſtruẽtẽ cultro qdã ferire voluiſſet in ipo ictu ferrũ ei de ma-
nib⁹ excuſſũ nõ cõparuit. Plerũq; ãt cõtradicẽtib⁹ ſibi ruſticis ne eorũ



fama deſtruet & ita predicatione tanta gentiliũ animos mitigabat: vt
luce eis veritatis oſtenſa ipſi ſua templa ſubuerterent. Curationũ vero
tam potens in eo gratia erat: vt nullus fere ad eũ ægrotus acceſſerit/ q
non cõtinuo receperit ſanitatẽ/ quod vel id ex ſequenti liquebit exem
plo. Treueris puella quedã dira paralyſis egritudine tenebatur: ita vt Treueris.
iam per multũ tempus nullo ad humanos vſus corporis officio fun-
geretur/ omniq; ex parte premortua vix tenui ſpiritu palpitabat. Tri-
ſtes ad ſolã funeris expectationem aſtabant propinqui: cũ ſubito nũ-
ciatur ad ciuitatẽ illã veniſſe Martinũ. Quod vbi puelle pater compe-
rit: currit exanimis pro filia rogaturus. Et forte ipſe Martinus iam ec-
cleſiam fuerat ingreſſus: ibi ſpectante populo multiſq; aliis epiſcopis
p̄ſentibus eiulans ſenex genua eius amplectitur dicens. Filia mea mo
ritur miſero genere lãguoris/ & quod ipſa eſt morte crudelius: ſolo ſpi
ritu viuit iam carne premortua. Rogo vt eam adeas atq; benedicas:
confido enim quod per te reddenda ſit ſanitati. Qua ille voce confu-
ſus obſtupuit: & refugit/ dicens hoc ſue non eſſe virtutis. ſenem erra-
re iudicio: non eſſe ſe dignum per quem deus ſignum virtutis oſten-
deret. Sed cum perſtaret vehementius flens pater et oraret/ vt exani-
mẽ viſitaret: poſtremo circunſtantibus epiſcopis ire compulſus deſcẽ
dit ad domum puelle. Erat autem ingens turba pre foribus expectan-
quid dei ſeruus eſſet facturus: Ac primuz (que erant illius familiaria in
iſtiuſmodi rebus arma) ſolo proſtratus orauit. Inde egram intuens:
dari ſibi oleum poſtulat. Quod cum benedixiſſet in os puelle vini ſan
cti liquoris infudit: ſtatimq; vox reddita eſt. Tũq; paulatim ſingula
contactu eius cœperunt membra viuiſcere: donec firmatis greſſibus
populo teſte ſurrexit. Eodez tempore Tetradii cuiuſdam proconſu-
laris viri ſeruus domino correptus dolendo exitu cruciabatur. Roga Tetrauius.
tus ergo Martinus: vt ei manum imponeret: deduci eum ad ſe iubet.
Sed nequam ſpiritus nullo proferri modo de ea cellula in qua erat po
tuit: ita in aduenientes rapidis dentibus ſeuiebat. Tum Tetradius ad
genua beati viri aduoluitur: orans vt ad domum in qua demoniacus
habebatur/ ipſe deſcenderet. Tum vero Martinus negabat ſe profani
& gentilis domum adire poſſe: nã Tetradius eo tempore/ adhuc gen
tilitatis errore implicatus tenebatur. Spondet ergo ſe ſi de puero de-
mon fuiſſet eiectus: chriſtianũ fore. Ita Martinus impoſita manu pue-
ro: immundum ab eo ſpiritum eiecit. Quo viſo Tetradius dominum
Ieſum credidit: Statiq; chatecuminus factus nec multo poſt baptiza-
tus eſt ſemperq; Martinũ ſalutis ſue auctorẽ miro coluit affectu. Per
idem tempus in eodem oppido ingreſſus patris familias cuiuſdam

domum in limine ipſo reſtitit dicens horribile in atrio domus demo
nium ſe videre. Cui cũ vt diſcederet imperaret/cocum patris familias
qui in interiore parte edium morabatur arripuit: ſeuire dentibus miſer
cepit/& obuios quoſq; laniare. Commota domus/ familia turbata/ po
pulus in fugam verſus/Martinus ſe furenti obiicit: ac primum ſtare ei
imperat. Sed cu; dentibus fremeret/ hiantiq; ore morſum minaretur:
digitos ei Martinus in os intulit. Si habes inquit aliquid poteſtatis
hos deuora. Tum vero ac ſi candens ferrũ faucibus accepiſſet: longe
reductis dentibus digitos beati viri vitabat attingere. Et cum fugere
de obſeſſo corpore penis & cruciatibus cogeretur: nec tamen exire ei
per os liceret feda relinquens veſtigia fluxu ventris egreſſus eſt. Inte=
rea cum de motu atq; impetu babarorum ſubito ciuitatẽ fama turbaſ=
ſet: demoniacum ad ſe exhiberi iubet. Imperat vt anverus eſſet hic nũ
cius fateretur. Tum confeſſus eſt ſexdecim demones fuiſſe: qui rumo=
rem hunc per populum diſperſiſſent. vt hoc ſaltem metu ex illo Mar=
tinus oppido fugaretur: barbaros nihil minus quam irruptionẽ cogi
Parrhyſii tare. Ita cũ hec inmũdus ſpũs media ĩ eccleſia fateretur: metu & turba
tione preſenti ciuitas liberata eſt. Apud parrhyſios vero cum portam
ciuitatis illius magnis ſecum turbis euntibus introiret: leproſum miſe
rabili facie horrentibus cunctis oſculatus eſt atq; benedixit /ſtatim=
que omni malo emundatus eſt: poſtero die ad eccleſiam veniens ni=
tenti cute gratias pro ſanitate quã receperat agebat. Nec pretereundũ
eſt/ꝙ fimbrie veſtimẽto eius cylicino detracte: crebras ſuper infirmã
Arborius tib⁹ agerẽt virtutes. Nã aut digitis illigate: aut collo indite perſepe
languorem ab egrotantibus fugauerunt. Arborius autẽ vir profecto
ſancti admodum & fidelis ingenii cum filia eius grauiſſimis quarta=
nis febrib⁹ vreretur: epiſtolam Martini que caſu ad eum delata fuerat
pectori puelle in ipſo acceſſu ardoris inſeruit/ſtatimq; fugata febris ẽ.
Que res apud Arboriũ in tantũ valuit: vt ſtatim puellam deo vouerit/
& virginitati perpetue dicauerit. Profectuſq; ad Martinũ puellam ei/
preſens virtutum eius teſtimoniu;: que per abſentem licet curata eſſet
obtulit. Neq; ab alio eã q̃ a Martino habitu virginitatis ĩpoſito paſ=
Paulinus. ſus eſt cõſecrari. Paulin⁹ vero vir poſtmodũ magni futurus exẽpli cũ
oculũ grauiter dolere cepiſſet/etiã pupillã ei⁹ craſſior nubes ſup ducta
texiſſet: oculũ ei Martinus penniculo cõtigit/priſtinãq; ei ſanitatẽ ſu=
blato omni dolore reſtituit. Ipſe autẽ cũ caſu quodã eſſet de cenaculo
deuolutus/& per confragroſos ſcale gradus decidens multis vulneri
bus eſſet affectus: cũ exanimis iaceret in cellula / & non modicis do=
loribus cruciaretur/nocte ei angelus viſus eſt eluere vulnera/ & ſalubri
vnguẽto contuſi corporis ſuperlinire liuores. Atq; ita poſtero die re=



ſtitutus eſt ſanitati vt nihil vnquã pertuliſſe incõmodi putaretur. Sed
longum eſt ire per ſingula: ſufficiant/ hec velut pauca de plurimis. Sa
tiſq; ſit nos & in excellentibus non ſubtrahere veritatẽ: & in multis vi
tare faſtigiũ. Atq; ne minora tantis inſeram/quãuis (vt eſt noſtrorum
etas tẽporũ: quibus iã deprauata oĩa atq; corrupta ſunt) pene precipu=
um ſit adulari: regie tamẽ poteſtati nouim⁹ ſacerdotalẽ nõ ceſſiſſe cõ=
ſtantiã. Cũ eñ ad imperatorẽ Maximũ ferocis ingenii virũ & bellorꝫ Maxim⁹
ciuiliũ victoria elatũ plures ex diuerſis orbis partib⁹ epiſcopi conue= ĩperator.
niſſent/& feda circa principẽ oĩm adulatio notaret: ſeq; degeneri in=
cõſtantia regi ſacerdotalis dignitas ſubdidiſſet/in ſolo Martino apo=
ſtolica auctoritas pmanebat. Nã & ſi pro aliq̄bus ſupplicãdũ regi fuit
ĩperauit potius q̃ rogauit. Et a cõuiuio ei⁹ frequẽter abſtinuit / dicens
ſe mẽſe ei⁹ participẽ eẽ nõ poſſe: q duos ĩperatores vnũ regno alteru;
vita expuliſſet. Poſtremo cũ Maxim⁹ nõ ſponte ſumpſiſſe ſe imperiu;
affirmaret/ſed ĩpoſitã ſibi a militibus diuino nutu neceſſitate; regni
armis defendiſſe/& non alienã ab eo dei volũtatẽ videri: penes quem
tã incredibili euẽtu victoria fuiſſet/nullũq; ex aduerſariis niſi ĩ acie oc
cubuiſſe/tãdẽ vict⁹ vel rõne vel p̄cib⁹ ad cõuiuiũ venit mirũ in modũ
gaudẽte rege ꝙ id ĩpetraſſet. Cõuiue aũt aderãt/velut ad diẽ feſtũ e= Enodius.
uocati ſũmi atq; illuſtres viri: p̄fect⁹ idẽq; cõſul Enodi⁹ (quo nihil vnq̃
iuſti⁹ fuit) comites duo ſũma poteſtate p̄diti/frater regis/& patru⁹ me
di⁹ ĩter hos Martini p̄ſbiter accubuerat: ĩpe aũt ſella iuxta rege; poſi
ta cõſederat. Ad mediũ fere cõuiuiũ (vt moris ẽ) paterã regi miniſter
obtulit ille ſctõ admodũ epo poti⁹ dari iubet expectãs atq; ãbiẽs: vt
ab illi⁹ dextera poculũ ſumeret. Martin⁹ vbi ebibit/pateram p̄ſbitero
ſuo tradidit: nullũ ſc; exiſtimãs digniorẽ/q poſt ſe biberet. nec ĩtegrũ
ſibi fore/ſi aut regẽ ĩpm/aut eos q a rege erãt ꝓximi: p̄ſbitero p̄tuliſ=
ſet. Quod factũ ĩperator oẽſq; q tũc aderãt ita admirati ſũt: vt hoc ip;
eis ĩ quo cõtẽpti ſunt placeret. Creberrimũq; p oẽ palatiu; fuit/ feciſſe
Martinũ ĩ regis prãdio: qđ in inferorꝫ iudicũ cõuiuiis epiſcoporꝫ ne=
mo feciſſet. Eidẽq; Maximo lõge añ p̄dixit futurũ/vt ſi ad Italiã pge Italia.
ret/quo ire cupiebat/bellũ Valẽtiniano ĩperatori ĩferẽs: ſciret ſe primo Valenti=
qdẽ ĩpetu futurũ eẽ victorẽ/ſed puo poſt tpe eẽ periturꝫ. Qđ quidẽ ita nianus.
vidim⁹. Nã primo aduẽtu ei⁹ Valẽtinian⁹ in fugã verſ⁹ ẽ. Deide poſt
annũ reſũptis virib⁹ captũ ĩtra Aquilegie muros Maximũ interfecit. Aquilegie
Cõſtat aũt etiã angelos ab eo plerũq; viſos: ita vt cõcerto iuicẽ apud
eũ ſermone loq̄rẽtur. Diabolũ vero ita cõſpicabilẽ & ſubiectu; oculis
habebat: vt ſiue ſe in diuerſas figuras ſpiritalis neq̄tie trãſtuliſſet/qua=
libet ab eo ſub imagine videret. Qđ cũ diabol⁹ ſciret ſe effugerẽ nõ poſ
ſe: cõuiciis eũ frequẽter vrgebat/quia fallere eũ nõ poſſet ĩſidiis. Quo
dã tẽpore cornu bouis cruẽtũ in manu tenẽs/cũ ĩgẽti fremitu cellula;

eius irrupit:cruetamq; oſtēdens dexteram & admiſſo recens ſcelere cō
gaudens. vbi eſt inquit Martine virtus tua? vnum de tuis modo inter=
feci. Tunc ille conuocatis fratribus refert/quid diabolus indicaſſet: ſo
licitoſq; eſſe p̄cepit per cellulas ſingulorū: quiſnā hoc caſu fuiſſet affe=
ctus. Nemīnē quidē deeſſe de monachis:ſed vnū ruſticū mercede cō
ductū/ vt vehiculo ligna deferret iſſe ad ſyluam nunciant. Iubet igitur
aliquos ire ei obuiam. ita hic longe amonaſterio iā pene exanimis in=
uenitur. Extremū tamē ſpm̄ trahēs indicat fratribus caſum mortis &
vulneris. Iunctis ſcilicet bobus dū diſſoluta arctius lora cōſtringit: bo
ue; ſibi excuſſo capite inter inguina/cornua iniecisse. Nec multo poſt
vitā reddidit. Videtis quo iuditio domini diabolo data fuerit hęc po
teſtas. In Martino illud mirabile erat: ꝙ non ſolum hoc quod ſupra re
tulimus:ſed multa iſtius modi ſi quotiens accidiſſent/longe antea prę
uidebat:aut ſibi nunciata fratribus indicabat. Frequenter autem dia=
bolus dum mille nocendi artibus ſanctū virū conatur illudere: viſibile
ſe ei formis diuerſiſſimis ingerebat. Nam interdum in Iouis perſona
plerumq; Mercurii/perſępe etiam Veneris/ac mineruę transfiguratum
ſe vultibus offerebat. A diuerſiſq; ſemper interritus ſigno ſe crucis
& orationis auxilio protegebat. Audiebātur plerumq; conuicia:quibus
illum demonū turba proteruis vocibus increpat. Sed oīa falſa & va
na cognoſcens:nō mouebatur obiectis. Teſtabātur etiā aliqui ex fratri
bus audiſſe demonē proteruis vocibus. Martinū increpantē cur intra
monaſteriū aliquos ex fratribus qui olim baptiſmum diuerſis erroribꝰ
perdidiſſent/conuerſos poſtea recepiſſet exponentē crimina ſingulo=
rum. Martinum diabolo repugnantē reſpondiſſe conſtanter:antiqua
debita melioris vitę cōuerſionis purgari: & per miſericordiā domini
abſoluendos eſſe peccatis/qui peccarint cōtra dicente diabolo nō per
tinere ad veniam criminoſos: & ſemel lapſis nulla; a domino preſtari
poſſe clementiam. Tunc in hanc vocē fertur exclamaſſe Martinus. ſi
tu ipſe miſerabilis/ab hoīm infeſtatione deſiſteres & te factorū tuoru;
vel hoc tempore(cum dies iudicij in proximo eſt)peniteret: ego tibi
vere cōfiſus in dn̄o Chriſti miſericordiā pollicebor. O quā ſancta de
domini pietate p̄ſumptio:in quā & ſi auctoritatē preſtare non potuit
oſtendit affectum. Et quia de diabolo eiuſdem ꝓ artibus ſermo exor=
ſus eſt:nō abre videtur/licet extrinſecus referre/quod geſtum eſt. Quia
& quędā in eo Martini virtutum portio eſt: & res digna miraculo re=
cte memorię mandabitur in exemplū cauēdi. ſi quid deinceps vſpiā ta=
le contigerit. Clarus qdā adoleſcens nobiliſſimus mox preſbyter nūc Clarus.
felici beatus exceſſu:cū relictis omnibus ſe ad Martinū contuliſſet/ bre
ui tempore ad ſummū dei virtutumq; omniū culmē enituit. Itaq; cu;



haud longe ſibi ab epiſcopi monaſterio tabernaculū conſtituiſſet/mul
tiq; apud eum fratres cōmorarentur. iuuenis quidā ad eum Anatolius Anatoli⁹.
nomine ſub profeſſione monachi oēm humilitatē atq; innocentiā mē
titus acceſſit:habitauitq; aliquandiu in cōmune cum ceteris. Dein p̄=
cedente tempore angelos apud ſe loqui ſolere dicebat. Cui cū fidem
nullus adhiberet: ſignis quibuſdam pleroſq; ad credendū coarctabat.
Poſtremo euſq; proceſſit:vt inter ſe ac domini nuncios diſcurrere p̄
dicaret. Iamq; ſe vnum ex prophetis haberi volebat. Clarus tamen ne
quāq̄ ad credendū cogi poterat. Ille ei iram domini & p̄ſentis vindi=
cte plagas: ꝙ ſancto non crederet comīatꝰ. Poſtremo in hāc vocem
erupiſſe fertur. Ecce hac nocte mihi candidā veſtem dominus de cœ=
lo dabit/qua indutus in medio veſtrum diuerſabor:idq; vobis ſignu;
erit in me dei eſſe virtutem/qui dei veſte donatus ſim. Tum vero grā=
dis omnium ad hanc profeſſionem expectatio. Itaq; ad mediam fere
noctem:fremitu inſultantium commoueri omne monaſteriu; loco vi
ſum eſt. Cellulam autem qua idem adoleſcens continebatꝰ/crebris cer
neres micare luminibus fremituſq; in ea diſcurrentiū/& murmur quod
dam multarum vocum audiebatur. De hinc facto ſilentio vnū de fra=
tribus ad ſe vocat:tunicamq; ei qua erat indutus oſtendit. Obſtupefa=
ctus ille conuocat ceteros:ipſe etiam Clarus accurit. Adhibitoq; lumi=
ne veſtem diligenter inſpiciunt. Erat autem ſumma molitie/candore
eximio/micanti purpura: nec tamen cuius eſſet generis aut velleris po
terat cognoſci. Curioſis tamen oculis aut digitis attrectata:non aliud
q̄ veſtis videbatur Interea Clarus fratres ammonet orationi iſiſtere:vt
manifeſtius eis dominus quidnam id eſſet oſtenderet. Itaq; reliquum
noctis hymnis pſalmiſq; conſumitꝰ. Vbi illuxit dies apprehenſum dex
tera trahere ad Martinu; volebat:bn̄ cōſcius illud illū ſiue diaboli arte
facere nō poſſe. Tū vero reniti ac reclamare miſer cępit:interdictūq; ſi
bi eſſe dicebat/ne ſe Martino oſtenderet. Cumq; inuitum ire compelle
rent:inter trahentium manus veſtis euanuit. vnde quis dubitet hanc
etia; Martini oculis ingerēdā:diſſimulare diutius ſcio ad poſſet. Aīad
uerſum eſt tamen eodem fere tempore fuiſſe in Hiſpania iuuenem:qui
cum ſibi multis ſignis auctoritatē parauiſſet euſq; latus eſt: vt ſe He Helias.
liam profiteretur. Quod cum plerīq; temere credidiſſet: addidit vt ſe
Chriſtum eſſe diceret. In quo etiam a deo illuſit:vt eum quidam epiſ=
copus Ruffus nomine vt deū adoraret. Propter quod eu; poſtea epiſ= Ruffus.
copatu deiectum vidimus. Plerīq; etiam nobis/ex fratribus retulerunt
eodem tempore in oriente quendam extitiſſe:qui ſe Ioannem eſſe di= Ioannes.
ceret. Ex quo conijcere poſſumus iſtiuſmodi pſeudo prophetis exiſtē Antichri=
tibus Antichriſti aduentum imminere. qui iam in iſtis miſterium iniq ſtus.

tatis operatur. Non pretereundũ autẽ videtur: quanta Martinum ſub
eiſdem diebus diabolus arte tẽptauerit. Quodã eñi die premiſſa & cir
cuniectus ipſe luce purpurea (quo facilius claritate aſſumpti fulgoris il
luderet) veſte etiam regia indutus/diademate ex gemmis auroq́ redi
mitus/calceis auro illitis/ſereno ore/leta facie: vt nihil minus q̃ dia-
bolus putaretur oranti in cellula aſtitit. Cumq́ Martinus primo aſpe-
ctu eius fuiſſet hebetatus: diu multumq́ ſilentiũ ambo tenuerunt. Tũ
primũ diabolus. Agnoſce inquit Martine/quẽ cernis Chriſtus ego
ſum deſcẽſurus ad terras: prius me manifeſtare volui. Ad hec dũ Mar
tinus taceret/neq́ quidnã reſponſi referret iterare auſus eſt diabolus
profeſſionis audatiam. Martine quid dubitas: Crede quẽ vides. Chri-
ſtus ego ſum. Tũ ille reuelante ſibi ſpiritu/ vt intelligeret diabolũ eſſe
non dominũ: non ſe inquit dominus Ieſus purpuratum nec diadema
te re nitentẽ venturũ eſſe predixit. Ego Chriſtũ niſi in eo habitu for-
maq́ qua paſſus eſt: niſi crucis ſtygmata p̄ferentẽ veniſſe non credã.
Ad hanc ille vocẽ ſtatim vt funus euanuit. Cellulã quoq́ tanto fetore
compleuit: vt indubia indicia relinqueret/diabolũ ſe fuiſſe. Hoc ita ge
ſtũ (vt ſupra retuli) ex ipſius Martini ore cognoui: ne quis forte exiſti
met fabuloſum. Nã cum olim audita eius fide vita atq́ virtutibus de-
ſyderio illius eſtuaremus: gratã nobis ad eum videndum peregrina-
tionem ſuſcepimus. Quia iam ardebat/animus vitã illius ſcribere: Pa-
rũ ab ipſo quantũ ille interrogari potuit ſciſcitati ſumus/partim ab his
qui interfuerant vel ſcribant cognouimus. Quo quidam tempore
re credi non poteſt/qua me humilitate/qua bonitate ſuſceperit: cõgra
tulatus plurimũ & gauiſus in domino/ quod tanti eſſet habitus a no-
bis quẽ perigrinatione ſuſcepta expetiſſemus. Miſerum me pene non
audeo confiteri/cũ me ſancto cõuiuio ſuo dignatus ẽ adhibere. Aquã
manibus noſtris ipſe obtulit: ad veſperũ autẽ pedes nobis ipſe abluit.
Nec reniti aut contra ire conſtantia fuit/ ita auctoritate illius oppreſſ[9]
ſum: vti nefas putarẽ/ſi non acquieuiſſem. Sermo autẽ illius non aliud
apud nos fuit: q̃ mundi illecebras & ſeculi onera relinquenda: vt do-
minum Ieſum liberi expeditiq́ ſequeremur. Preſtantiſſimũq́ nobis p̄
Paulinus. ſentiũ temporũ illuſtris viri Paulini cui[9] ſupra conmemorationẽ feci
mus exemplũ ingerebat: qui ſummis opibus abiectis Chriſtum ſecut[9]
ſolus pene his temporibus euangelica precepta compleſſet. Illum no
bis ſequendum/illum clamabat imitandũ: beatumq́ eſſe preſens ſecu-
lum tante fidei virtutiſq́ documento. cũ ſecundũ ſententiam domini
diues & poſſidens multa vendendo omnia pauperibus: quod erat fa-
cto impoſſibile: poſſibile feciſſet exemplo. Iam vero in verbis/& con-
fabulatione eius quanta grauitas/quanta dignitas erat: q̃ acer q̃ efficax



q̃ in abſoluendis ſcripturarũ queſtionibus promptus & facilis nõ poſ
em verbis cõſequi. Et quia multos ad hanc partẽ incredulos ſcio/ qp
ſpe quos viderim me ipſo etiam referente nõ credere: Ieſum teſtor ſpẽ-
q́ cõmunem/me ex nullius ore tantũ ſcientie tantũ ingenii/ tam boni
& tam puri ſermonis audiſſe. Quanq̃ in Martini virtutibus quantula ẽ
iſta laudatio: niſi quod mirũ eſt homini illiterato ne hanc quidẽ gra-
tiam defuiſſe. Sed iam finem liber poſtulat/ſermo claudendus eſt: non
ꝙ omnia que de Martino fuerunt dicenda defecerũt/ſed quia nos vt
inertes poete & extremo in opere negligentes victi materie mole ſuc
cumbimus. Nã etſi facta illius explicare verbis vt cũq́ potuerunt/in-
teriorem vitam illius/& quottidianã conuerſationẽ / & animum cœlo
ſemper intentũ: nulla vnq̃ vere profiteor/nulla explicabit oratio. Illã
ſcilicet perſeuerentiã & temperantiam in abſtinenẽtia & ieiuniis: & po
tentiam in vigiliis & orationibus/noctesq́ ab eo perinde/ ac die tranſ
actas nullumq́ vacuum ab opere dei tempus/ quo otio indulſerit vel
negotio: ſed nec cibis quidẽ/ niſi quatenus nature neceſſitas coegit.
Et vere fateor/nõ ſi ipſe (vt aiunt) ab inferis Homerus emergeret: poſ Homerus
ſet exponere. A deo Martino omnia maiora ſunt: q̃ vt verbis concipi
queant. Nulla vnquã hora momentũq́ preteriit: quin aut orationi in
ſiſteret aut lectioni. Quã quã etiã inter legendum aut quid aliud forte
egebat: nunq̃ animũ ab oratione laxabat. Mirũ vt fabris ferrariis mo-
ris eſt qui inter operãdũ pro quodã laboris leuamine incudẽ ſuã fe-
riunt: ita Mattinus etiã dũ aliud agere videretur/ſemper orabat. O ve-
re vir beatus: in quo dolus nõ fuit. Neminẽ dãnans: nulli malũ ꝓ ma
lo reddens. Tantã quippe aduerſum oẽs iniurias patientiã aſſumpſe-
rit: vt cũ eſſet ſummus ſacerdos/ ĩpune etiã ab ĩfimis clericis cederetur
Nec ꝓpter id eos aut loco admouerit: aut a ſua quãtũ ĩ ĩpo fuit carita-
te repulerit. Nemo vnq̃ illũ vidit iratũ/nemo iucũdũ: nemo merẽtẽ.
nemo ridentẽ vnus idẽq́ ſemper cœleſti quodã modo leticia viuere
preferens: extra naturã hoĩs videbatur. Nunq̃ in illi[9] ore niſi Chriſtus
nunquam illius corde niſi pietas/niſi pax/niſi miſericordia erat. Ple-
rumque etiam pro eorum qui obtrectatores illius videbantur ſolebat
flere peccatis: qui remotum & qui eum venenatis linguis & vipereo
ore carpebant. Et verum nonnullos experti ſumus inuidos vir-
tutis viteque eius: & qui in illo oderant/ quod in ſe non videbant/ &
quod imitari non valebant. Atq́ o nefas dolendum & ingemiſcẽdũ
nõ alii fere inſectatores eius (licet pauci ad modum) nõ alii tamen q̃
epiſcopi ferebantur. Nec vero quẽquã nominari neceſſe eſt: licet noſ-
metipſos pleriq́ circunlatrent. Sufficit vt ſi quis ex his/hec legerit. &
agnouerit/erubeſcat. Nã ſi iraſcitur/de ſe dictũ fatebitur: cũ fortaſſe de

aliis ſenſerimus. Nō refugimus autē vt ſi qui eiuſmodi ſunt: nos quo
q; cum tali viro oderint. Illud facile confido omnibus ſanctis opuſcu
lum iſtud gratū fore de ceteris ſi quis hec infideliter legerit: ipſe pec=
cauit. Ego michi conſcius ſum / me rerum fide/ & amore Chriſti im=
pulſum/vt ſcribereꝫ: manifeſta dixiſſe. Paratūq; vt ſpero habebit a deo
premium: nō quicunq; hec legerit/ſed quicūq; crediderit.

Dialolus Seueri de vita monachorū orientalium.

Gallus. Poſtumianus.

CVm vnum locuꝫ ego & Gallus noſter conueniſſemus: vir
mihi propter Martini memoriaꝫ (ex illiꝰ enim diſcipulis
erat) & propter ſua merita cariſſimus interuenit nobis Po
ſtumianus meus noſtri cauſa aboriēte (quo ſe añ trienniū
patriam relinquens contulerat) regreſſus. Cōplexi ſumus
hominem amantiſſimū exoſculatiq; genua & pedes eius. Cū vno at=
q; altero ſpatio quaſi obſtupefacti inuicē flentes gaudio deambulaſſe
mus: iactis in terram cyliciis conſedimus. Tū prior Poſtumianꝰ meꝰ
Egyptus. me intuens/cū eſſem inquit in remotis Aegypti patribus libuit/ vt ad
mare vſq; procederem: nauimq; illic onerariā offendi/que cū merclbꝰ
Narbona Narbonā petens/ſoluere parabat. Eadeꝫ nocte mihi in ſomnis aſtare
viſus eſt: & iniecta me manu trahere: vt nauim illā conſcēderem. Mox
tenebras rumpente diluculo cū eo loco in quo quieueram ſurrexiſſem:
ſomniū meum ipſe mecum reputans tanto tui deſyderio ſubito corre
Maſſilia. ptus ſum/vt nihil cunctatus nauē conſcenderim. triceſimo die Maſſi
liam appulſus/inde huc decimo peruenerim: adeo proſpera nauigatio
pie affuit voluntati: Tu modo propter quem tot maria transfretauimꝰ
tantū terre tranſcurrimus cōplectendū perfruendūq; teremotis om=
nibus trade. Ego vero inquā etiam cū tu in Aegyto morareris/totus
circa te animo ſemper & cogitatione verſabar: meq; de te dies ac no=
ctes cogitantē totum tua caritas poſſidebat. ne dū modo me tibi exi=
ſtimes puncto temporis defuturum: quo minus amore tuo pendens
te audiam/tecum loquar nullo penitus in ſecretuꝫ noſtrum quod no=
bis hec remotior cellula preſtat admiſſo: Nam huius noſtri (vt arbi=
tor) Galli preſentiam non moleſte feres: qui hoc aduentu tuo (vt vi=
des) pridē atq; ego ipſe triumphat gaudio. Recte & plane inquit Po=
ſtumianus in ſocietate noſtra Gallus iſte retinebitur: quia & ſi mihi pa
rū cognitus eſt/pro eo tamen quod tibi eſt cariſſimus/non poteſt mi=
chi non eſſe carus/ maxime cū Martini ſit diſcipulus. Ille autem neq;
grauabor inquit quātūlibet conſorte vobiſcum: vt poſſitis cōfabulari
Quippe qui propter hoc venerim: vt me huius Sulpitii mei (me āt
vtraq; manu cōplectebař) deſyderio etiam verboſus ipenderim. Eīn
vero inquā ſatis probaſti: quantū pius amor poſſit. qui noſtri cauſa tot



Maria/tantumq; terrarum emenſus a ſummo (vt ita dicā) ſolis greſſu
vſq; in eius occidua veniſti. Age ergo quia & freti inter nos/ nec occu
pati ſumus: & ſermoni tuo vocare debemꝰ. Ediſſeras nobis velim om
nē tue peregrinationis hiſtoriā. qualiter in oriente fides Chriſti flore
at/que ſit ſanctorum quies/que inſtantia monachoꝝ/quantiſq; ſignis
ac virtutibus in ſeruis ſuis Chriſtꝰ operetur. Nā quia in his regionibꝰ
inter iſta que viuimus ipſa nobis vita faſtidio eſt: libenter ex te audie=
mus/ſi vel in heremo viuere chriſtianis licet. Ad hec Poſtumianus.
Faciam inquit vt deſyderare te video. Sed queſo te prius ex te audiā
an iſti omnes quos reliqueraꝫ ſacerdotes tales ſunt: quales eos anteq̄
proficiſcerer noueramus. Tuꝫ ego abſiſte inq̄ querere iſta que aut vna
mecū vt puto noſti: vel ſi ignoras/nō audire ſit melius. Illud tū retice
re non poſſum/nō ſolū illos de qbus interrogas nihil meliores/q̄ no=
ueras factos: ſed vnū illud noſtri quondā amantē (in quo reſpirare ab
iſtorū inſectationibus ſolebamus) aſperiorē nobis fuiſſe q̄ debuit. Nec
vero quicquā in illum inclementius dicā: quia & amicū colui & nunc
etiam amaui cū putabatur inimicus. Me autē hec tacitis cogitationi=
bus reuoluentē dolor iſte cōpungit/pene nos ſapientis & religioſi vi
ri amicitiis deſtitutos. Illū quondā tam amicum nobis: tam amarum
in nos eſſe potuiſſe. Verū que meroris plena ſunt relinquamus: te po=
tius vt dudum ſpoponderas audiamus. Ita inquit fiat Poſtumianus.
Quod cū dixiſſet: paululum omnes conticuimus. De hinc cylicium
cui inſederat ad me propius admouit: Atq; ita exorſus eſt. Ante hoc
triennium quo tempore tibi Sulpici hinc abiens valedixi: vbi Narbo Sulpicius
ne nauē ſoluimus/quinta die portum Aphrice intrauimus. Adeo pro Aphrica.
ſpera dei nutu nauigatio fuit. Libuit animo adire Carthaginē/locavi= Cartha=
ſitare ſanctorum: & precipue ſepulchruꝫ Cypriani martyris adorare. go.
Quinto decimo die ad portum regreſſi prouectiq; in altum: alexan= Cyprianꝰ
driam petentes reluctante auſtro pene in ſyrtim illati ſumus. Quod Alexan=
prouidi naute cauentes: iactis nauem anchoris ſiſtunt. Sub oculis au dria.
tem terra continens erat. In quam ſcaphis egredimur. Cum vacua ab
humano cultu omnia cerneremus: Ego ſtudioſius explorādorum lo
coꝝ gratia longius ꝓceſſi. Tribus fere a littore milibꝰ paruū tuguriū
inter harenas conſpicio. Cuius tectū (ſicut Saluſtius ait) quaſi carina
nauis erat contiguū terre ſatis firmis tabulis conſtructuꝫ. Non quod
ibi vis imbriū vlla timeatur. fuiſſe aūt illic pluuiā nequaq̄ quidē audi=
tum eſt. Sed quod ventorum ea vis eſt/vt ſi quando vel clementior e
cœlo aliquantulus ſpirare flatus cœperit: magis in illis terris q̄ in vllo
mari naufragium fit. Nulla ibi germina/ſata nulla proueniunt. Quip=
pe inſtabili loco/arentibus harenis/ad omnem motum ventorum ca=

dentibus. Verum vbi aduerſa pucdam a mari promontoria ventis re-
ſiſtunt: terra aliquantulum ſolidior herbam raram atq; hiſpidam gi-
gnit. Ea ouibus eſt pabulum ſatis vtile. Incole lacte viuunt. qui ſoler-
tiores ſunt vel (vt ita dixerim) ditiores: ordeaceo pane vtuntur. Ea
ibi ſola miſſis eſt: quæ celeritate prouentus per naturam ſolis ſiue ae-
ris ventorum caſus euadere ſolet. Quippe fertur a die iacti ſeminis: tri
ceſimo die natureſcere. Conſiſtere autem ibi homines non alia ratio
facit q̃ q; omne tributo liberis ſunt. Extrema ſiquidem cyreneorũ ora
eſt deſerto illi contigua/ quod inter Egyptum & Aphricam interiacet:
per quod olim Cato Cęſarem fugiens duxit exercitum. Ego vt ad tu Cato. Cęſar
gurium illud quod emimus conſpexeram pertendi ibi inuenio ſene3
in veſte pellicia molam manu vertentem. Cõſalutatus accepit nos be-
nigne. Eiectos nos in illud littus exponimus: et ne ſtatim curſum poſ-
ſemus maris moleſtia retardari. Egreſſus in terram vt eſt mos huma-
ni ingenii naturam locorum cultumq; habitantium voluiſſe cogno-
ſcere/ chriſtianos nos eſſe: id præcipue querere an eſſent aliqui inter il
las ſolitudines chriſtiani Tum vero ille flens gaudio ad genua noſtra
prouoluitur. Iterum nos ac ſæpius exoſculatur inuitat ad orationem.
Deinde & poſitus in terram viuentium pellibus facit nos diſcumbere
Apponit prandium ſane locupletiſſimum: dimidium pane3 ordeaceũ
Eramus autem nos quatuor: ipſe erat quintus. Faſticulum etiam herbe
intulit (cuius nomen excidit) q̃rat mente ſimilis/ exuberans foliis/ ſa-
porem mellis preſtabat. Huius predulci admodum ſuauite delectati at
q; extitati ſumus. Ad hæc ego ſurridens ad Gallum quid inqua3 Gal
le/ placet ne tibi prandium: faſciculus herbarum & panis dimidius vi
ris quinq;? Tum ille ſicut eſt verecundiſſimus aliquantulum erubeſcẽs
dum fatigationem meam accepit: facis (inquit) Sulpiti tuo more/ qui
nullam occaſionem ſi qua tibi porrecta fuerit omittis: quin nos edaci
tatis fatiges. Sed facis inhumane/ qui nos gallos homines cogis ex-
emplo angelorum viuere: quãquã ego ſtudio manducandi etiam an-
gelos manducare credam. Nam iſtum dimidium ordeaceum timeo
vel ſolus attingere. Sed contentus ſit hoc in cirenenſis ille: cui vel ne
ceſſitas vel natura eſt eſurire. Vel poſtremo iſtis quibus credo marina
iactatio inediam cibi fecerat. Nos procul a mari abſumus/ & quod ti-
bi ſæpe teſtatus ſum: Galli ſumus. Sed pergat hic potius explicare ſui
cirenenſis hiſtoriam. Enimuero poſtumianus inquit caueбo poſt hac
cuiuſdam abſtinentiam p̃dicare: ne gallos noſtros arduum penitus of
fendat exemplum. Statueram autem etiam cœnam cirenenſis illius
vel conſequentia referre conuiuia. Septem enim diebus apud ipſum
fuimus/ ſed ſupercedendum eſt; ne Gallus ſe exiſtimet fatigari. Cæte-



rum poſtero die cum aliqui ex incolis ad nos viſendos confluere ce-
piſſent/ cognoſcimus illum hoſpitem noſtrum eſſe preſbyterum: quod
ſumma nos diſſimulatione celauerat. Deinde cum ipſo ad eccleſiam
proceſſimus: que fere duobus millibus aberat a conſpectu noſtro/ in-
teriectu mentis excluſa. Erat autem vilibus tecta virgultis non multo
ambiotiſior quam noſtri hoſpitis tabernaculum: in quo niſi incuru9
quis poterat conſiſtere. Cũ vero mores hominum quęreremus illud
pręclarum animaduertimus: nihil eos neq; emere/ neq; vendere Quid
ſit fraus/ aut furtum neſciunt. Aurum atq; argentum quæ prima mor-
tales putant: nec habent nec habere cupiũt. Nam cum ego perſbyte-
ro illi decem nummos aureos obtuliſſem/ refugit altiore conſilio:
proteſtatus eccleſiam auro non inſtrui ſed potus deſtrui. Aliquantu-
lum ei veſtimentorum induſſimus. Quod cum ille benigne accepiſ-
ſet: reuocantibus nos ad mare nautis/ diſceſſimus. Proſperoq; curſu ſe
ptimo die Alexandrinam peruenimus. Vbi feda inter epiſcopos atq; alexãdria
monachos certamina gerebantur: ex ea occaſione vel cauſa/ quia con
gregati in vnum ſepius ſacerdotes frequẽtib9 decreuiſſe ſi ſynod9 vi-
debantur/ ne quis originis libros legeret aut haberet/ qui tractator ſcri-
pturam ſacrarum peritiſſimus habebatur. Sed epiſcopi quedam in li-
bris ipſius inſanius ſcripta memorabant: quæ aſſertores eius defen-
dere non auſi/ ab hereticis potius fraudulenter inſerta dicebant. ideo
non propter illa quæ in reprehenſionem merito vocarentur: reliqua
etiam damnanda erant. cum legentium fides facile poſſit habere diſ-
crimen ne falſata ſequeretur: & tamen catholice diſputata retineret. nõ
eſſe autem mirum/ ſi in libris neotericis & recens ſcriptis fraus here-
tica fuiſſet operata: que in quibuſdam locis non timuiſſet incidere euã
gelicam veritatem. Aduerſus hæc epiſcopi obſtinatius renitentes pro
poteſtate cogebant recta etiam vniuerſa cum prauis & cum ipſo aucto
re damnari quia ſatis ſuperq; ſufficerent libri/ quos eccleſia recepiſſet:
reſpuendam eſſe penitus lectionem/ quæ plus eſſet nocitura inſipien-
tibus. Mihi aũt ex illius libris curioſius indaganti admodum multa
placuerunt: ſed nonnulla reprehendi/ in quibus illum praua ſenſiſſe
non dubium eſt: quæ defenſores eius falſata contendunt. Ego ta-
men miror vnum eundemq; hominem tam diuerſum a ſe eſſe potuiſ-
ſe: vt in eam partem qua probatur/ neminem poſt apoſtolos habeat
equalem: in ea vero quæ iure reprehenditur: nemo deformius do-
ceatur errraſſe. Nam cum ab epiſcopis excerta ex libris illius
multa legerentur: quæ contra catholicam fidem ſcripta conſtarent
locus ille vel maximam parabat inuidiam/ in quo editum legeba-
tur. quia dominus Chriſtus ſicut pro redemptione hominis car-

ne veniſſet cruceȝ pro hominis ſalute perpeſſus/mortem pro hominis
eternitate guſtaſſet:ita eſſet eodem ordine paſſionis etiam diabolo re=
dempturus. quia hoc bonitati illius pietatiq̄ʒ congrueret/vt periditum
hominem reformaſſet:prolapſum quoqʒ angelum liberaret. Cum hæc
atqʒ alia iſtiuſmodi ab epiſcopis proderentur : ex ſtudiis partium orta
ſedicio eſt. Que cum reprimi ſacerdotū auctoritate non poſſet:ſeuo ex
empload regendam eccleſie diſciplinam prefectus aſſumitur. Cuiꝰ ter
rore diſperſi fratres/ac per diuerſas horas monachi ſūt fugati: itaqʒ vt
propoſitis edictis in nulla ſede ſinerentur. Illud me ad modū permo=
Hierony. uebatlqʒ Hieronymus vir maxime catholicus & ſecre legis peritiſſimꝰ
Origines Originem ſecutus primo tempore putabatur:quem nunc idem preci=
pue vel omnia eius ſcripta damnaret/nec vero auſus ſit de quo q̃ teme
re iudicare. Perſtantiſſimi tamen viri & doctiſſimi ferebant in hoc cer
tamine diſſidere. Si tamen ſiue illud error eſt(vt ego ſentio) ſiue here
ſis(vt putatur)non ſolum reprimi non potuit/multis animaduerſio=
nibus ſacerdotum:ſed nequaq̃ ſe late potuiſſet effundere/niſi conten=
tione creuiſſet. Iſtiuſmodi ergo turbationi cū veni Alexandria fluctua
bat. Me quidem epiſcopus illius ciuitatis benigne admodum & me=
lius q̃ opinabar excepit:& ſecum tenere tentabat. Sed non fuit animus
ibi conſiſtere:vbi recens fraterne cladis feruebat inuidia. Naȝ & ſi for
taſſe videātur parere epīs debuiſſe:non ob hanc tamen cauſam multi=
tudinem tātam ſub Chriſti confeſſione viuentem preſertim ab epiſco=
Bethleem pis oportuiſſet affligi. Igitur inde digreſſus Bethleem oppidum petii
quod ab hieroſolymis ſex milibus diſparatur : Ab Alexandria ſexdeci
manſionibus abeſt. Eccleſiam loci illius Hieronymus preſbyter regit
Nam parrhocia eſt epiſcopi:qui Hieroſolymā tenet mihi iam pridem
Hieronymus ſuperiore illa mea peregrinatione compertus facile obti=
nuerat:vt nullū mihi expectandū rectius arbitrarer. Vir enim preter fi
dei meritum/doctrinamqʒ virtutum/non ſolum latinis atqʒ grecis/ſed
& hebreis etiam ita litteris inſtitutus eſt:vt ſe illi in om̄i ſcientia nemo
audeat comparare. Miror aūt ſi nō & vobis permulta que ſcripſit ope
ra compertus eſt: cum per totum orbem legatur. Nobis vero Gallꝰ in
inquit:nimium nimiumqʒ compertus eſt . Nam ante hoc quinquen=
niuȝ quendam illius libellum legi: in quo tota noſtroruȝ natio mona
chorum ab eo vehementiſſime vexatur & carpitur ei interdum Belgi
Belgicus. cus noſter valde iraſci ſolet: quod dixerit nos vſqʒ ad vomitum ſole=
re ſatiari . Ego autem illi viro ignoſco/ atqʒ ita ſentio de orientalibus
illum potius monachis q̃ de occidentalibus diſputaſſe. Nam edacitas
in grecis gula eſt:gallis natura. Tum ego ſcolaſtice in quam Galle de=
fendis gentem tuam. Sed queſo te:liber iſte non inquit hoc ſolum vi=



ciuȝ damnat in monachis. Immo vero inquit nihil penitus omiſit qđ
non carperet/laceraret/exploderet. Precipue auariciam:nec minus va
nitatem inſectatus eſt. Multa de ſuperbia/non pauca ſuperſtitione diſ=
ſeruit. Vere fatebor: pinxiſſe mihi videtur vitia multorum . Cæterum
de familiaritatibus virginum monachorum atqʒ etiam clericorū : quā
vera quam fortia diſputauit: Vnde a quibuſdam quos nominare nolo
dicitur non a mari . Naȝ ſicut Belgicus noſter iraſcitur edacitas nimie
nos notatos:ita illi fremere dicūtur/cū illo opuſculo ſcriptum legūt/ce
libem ſpernit virgo germanū fratrem/querit extraneum. Ad hec ergo
nimium inquā Galle progrederis. Caue ne & te aliquis q hæc fortaſſe
agnoſcit exaudiat & te vna cū Hieronymo incipiat non amare . Naȝ
quia ſcholaſticus es:nō immerito te verſu comici illiꝰ admonebo. Ob
ſequium amicos veritas odiū parit. Tua nobis potius vt cœperas Po
ſtumiane repetatur oriētalis oratio. Ego inquit vt dicere inſtitueram:
apud Hieronymū ſex menſibus fui. Cui jugis aduerſum malos pugna
perpetuumqʒ certamen:conciuit odia perditorū. Oderunt eū heretici
quia īpugnare eos nō deſinit:oderunt clerici qa vitā eoꝝ inſectatur &
crimina. Sed plane eum boni omnes admirantur:& diligunt. Nā qui
eum hereticum eſſe arbitrantur inſaniunt:vere dixerim catholica hoīs
ſciētia/ſana doctrina eſt. Totus ſp in lectiōe:totus ī libris ē. Nō die nō
nocte requieſcit:aut legit aliquid ſemp/aut ſcribit. Quod niſi mihi fuiſ
ſet animo & prouiſum deo teſte prepoſitum heremū adire:vel exiguū
tēporis punctū a tanto viro diſcedere noluiſſeȝ. huic ergo traditis atqʒ
cōmiſſis om̄ibus meis/omniqʒ familia/q̃ me cōtra volūtatē animi mei
ſēp retinebat implicituȝ: exoneratus quodā mō graui faſſe penitus ac
liber regreſſus Alexandriam:viſitatis ibi fratribus ad ſuperiorē īde the
baidam id ē ad Egipti extrema cōtēdi. Ibi eīn vaſte potētes heremi ſo Thebaida
litudines plurimū ſciebāt habere monachorū. Longū eſt ſi oīa cupiaȝ
reſcire q̃ vidi:tn̄ pauca perſtrigā e pluribꝰ. Haud longe ab heremo cō=
tigua nilo multa ſunt monaſteria:Habitant vno in loco plerūqʒ cēteni
Quibꝰ ſummū ius eſt/ſub abbatis impio viuere:nihil arbitrio ſuo age=
re/per oīa ad nutū illiꝰ poteſtatēqʒ pēdere. Ex iſtis qui maiorē virtutē
mēte cōceperint:vt acturi ſolitariā vitā/ſe ad heremū cōferant/nō niſi
permittēte abbate illo diſcedunt. Hec illorū prima virtus ē:alieno pa=
rere imperio Tranſgreſſis ad eremum abbatis ordinatione panis vel
qlibet cibꝰ aliꝰ miniſtrat̄. Caſu per illos dies qbus illo aduenerā/cuidā
q nup ad heremū ſeceſſerat/neqʒ āplius ab hoc monaſterio q̃ ſex milibꝰ
tabernaculum ſibi conſtituerat:panem abbas per duos pueros miſerat
Quorum maior habebat etatis annos quindeci: minor duodenis erat
His ergoinde redeuntibus aſpis mire magnitudinis fit obuia Cuius

occurſu nihil perterriti vbi ante pedes eorũ venit: quaſi incantata car
minibus cerulea colla depoſuit. Minor e pueris manu apphenſam ac
palliolo inuolutã: ferre cepit. Dein monaſteriũ quaſi victor ingreſſus
in occurſu fratrũ ſpectantibus cunctis captiuã beſtiam reſoluto pallio
lo non ſine iactantie tumore depoſuit. Sed cũ infantiũ fidẽ atq; virtu
tem ceteri predicarent/abbas ille altiore cõſilio ne infirma etas inſo=
leſceret: virgis vtrunq; compeſcuit multũ obiurgatos/cur ipſi quod
per eos dominus operatus fuerat prodidiſſent/opus illud non ſue fi=
dei ſed diuine fuiſſe virtutis. Diſcerent poti⁹ in humilitate ſeruire deo
non in ſignis & virtutibus gloriari: quia melior eſſet infirmitatis cõ=
ſcientia virtutum vanitate. Hoc vbi monachus audiuit: & periclitatos
infantulos ſerpentis occurſu & ipſos inſuper multa verbera victo ſer
pente meruiſſe: abbatem obſecrat/ ne ſibi poſt hec panis vllus aut ci=
bus aliquis mitteretur. Iãq; octauus dies fuerat emenſus ex quo ſe ho
mo Chriſtri intra periculũ famis ipſe concluſerat. Arebant mẽbra ie=
iunio: ſed deficere mens cœlo intenta non poterat. Corpus in edia fa
tiſcebat: fides firma durabat. Cũ interim admonitus abbas ille per ſpi
ritum vt diſcipulum viſitaret: pia ſollicitudine agnoſcere cupiens qua
vite ſubſtantia vir fidelis aleretur/qui miniſtrari ſibi panem ab homi=
ne noluiſſet ad requirendũ eum ipſe proficiſcitur. Ille vbi eminus ſenẽ
venire conſpexit accurrit: agit gratias ducit ad cellulã. Tũ ingreſſi pa=
riter ambo conſpicuunt palmitiam ſportã calido pane congeſtã foris
fixam de poſte pendere/ac primũ calidi panis odor ſentitur: tactu ve=
ro ac ſi ante paululum focis eſſet ereptus oſtẽditur. Egyptii tamen pa
nis forma non cernitur. Cũ ille hõ abbatis aduentui preſtitum fateret
abbas vero illius fidei ac virtuti id potius aſcriberet: ita ambo celeſtẽ
panẽ cum multa exultatione fregerunt. Quod cũ ſenex monaſterium
poſt regreſſus fratribus retuliſſet: fratres omnes incenderat ardor ani
morum: vt certatim ad eremum & ſacras ſolitudines ire properarent:
miſeros ſe fatentes: q diutius in congregatione multoꝝ (vbi humana
eẽt patiẽda cõuerſatio) reſidiſſent. In hoc monaſterio duos ego ſenes
vidi/qui iã per quadraginta annos ibi degere: ita vt nunq̃ inde diſceſ=
ſerint ferebantur. Quorũ pretereunda mihi cõmemoratio non videt.
Si quidẽ id de eorũ virtutibus & abbatis ipſius teſtimonio & omniũ
fratrum audierim ſermone celebrari: q vnum eorũ ſol nunquã vidiſ=
ſet epulantẽ/alterũ nũquã vidiſſet iratũ. Ad hec Gallus me intuẽs oſi
noſter ille (nolo nomẽ edicere) nũc adeſſet: vellẽ admodũ iſtud audi=
ret exẽplũ: quẽ in multorũ ſepe perſonis nimium experti ſumus vehe
menter iraſci. Se tamen quia inimicis ſuis quantũ audio nuper igno=
uit: ſi iſtud audiret magis magiſq; propoſito cõfimaretur exemplo/



preclaram eſſe virtutẽ iracundia non moueri. Nec vero inficiabor iu=
ſtas illi cauſas irarũ fuiſſe: ſed vbi durior pugna: ibi glorioſior eſt co=
rona Vnde quẽdã ſi agnoſcis cenſeo iure laudandũ: quod cum eum
libertus deſeruerit ingratus/ miſeratus eſt potius q̃ inſectatus abeuntẽ
Sed neq; illi iraſcitur: a quo videtur abductus. Ego autẽ niſi illud vi=
cende iracundie Poſtumianus prodidiſſet exẽplũ: grauiter iraſcerer
diſceſſione fugitiui. Sed quia iraſci non licet: iſtorum cõmemoratio
que nos compũgit abolenda eſt. Te inq̃ Poſtumiane te potius audia=
mus. Faciam inquit Galle quod precipis: quatenus tam ſtudioſos eſſe
audiendi vos video. Sed mementote/quia nõ ſine fœnore iſtuz apud
vos depono ſermonẽ. Libens preſto quod poſcitis: dummodo paulo
poſt quod popoſcero nõ negetis. Nos vero inquam nihil habemus:
in quo tibi mutuum vel ſine fœnore reſtituere poſſimus. Sed tamẽ qc
quid putaueris imperato: dum modo vt ceperas deſyderiis noſtris ſa
tiſfacias. Valde enim nos tua delectat oratio. Nihil inquit Poſtumia=
nus veſtra ſtudia fraudabo. Et quia eremite vnius incipientis agno=
uiſtis virtutem: referã ad huc vobis pauca de plurimis. Ergo vbi pri=
mã eremuz ingreſſus ſum duodecim fere a Nilo milibus (habebã autẽ Nilus.
vnuz ex fratribus ducem locorum peritum) peruenimus ad quendaz
ſenem monachum ſub radice montis habitãtem. Ibi (quod in locis il
lis rariſſimum eſt) puteus erat: Bouem vnum habebat/ cui⁹ hic erat to
tus labor impulſã rotali machina aquam producere. Nam fere mille
aut amplius pedum profundum putei ferebatur. Hortus illic erat mul
tis oleribus copioſus. Id quidem contra naturam heremi vbi omnia
ardentia exuſta ſolis ardoribus nullius vnq̃ ſeminis vel exiguam radi
cem deperiſſe ferunt. Verum hoc ſancto illi labor cum pectore com=
munis: & propria preſtabat induſtria. Frequens enim irrigatio aquaꝝ
tantam pinguedinem/arenis dabat: vt mirum in modum viuere atq;
fructificare horti illius olera viderimus. Ex his igirur vna cum domi
no bos ille viuebat. Nobis quoq; ex ea copia cenam ſanctus dedit. Ibi
vidi (quod vos Galli forte non creditis) ollam cum oleribus que no=
bis in cenam preparabatur ſine igne feruere. Tanta vis ſolis eſt vt q=
buſlibet cocis etiam ad Gallorum pulmenta ſufficiat. Poſt cenam au=
tem iam inclinante veſpera inuitat nos ad arborem palmam (cuius in
terdum pomis vti ſolebat) que fere duobus millibus aberat. Nam he
tantum in heremo arbores licet rare habentur. Tamen quod vtrum
ſolers antiquitas procurauerit/an ſolis natura gignat ignoro: ni deus
preſcius habitandam quandoq; ſanctis eremũ hec ſeruis ſuis paraue=
rit. Ex maiori eñ parte q intra illa ſecreta cõſiſtũt/cũ alia ibi germina
nulla ſuccedãt: iſtarum arborũ pomis alũtur. Ergo vbi ad illã ad quã

nos humanitas noſtri hoſpitis duceb at arborem peruenimus: Leo
nem ibi offendimus. Quo viſo ego & ille dux meus intremuimus. Sã
ctus vero ille incunctanter acceſſit. Nos licet trepidi ſecuti ſumus. Fe
re paululum cerneres imperantẽ/ adeo modeſta ſeceſſit/& cõſtitit: dũ
ille attigua ramis humilioribus pama decerperet. Cũq; manu plenam
palmulis abſtuliſſet/ occurrit beſtia: accepitq; tã libere q̃ vllum animal
domeſticũ. Et cũ comediſſet: abſceſſit. Nos hec intuentes ad huc tre=
mentes facile potuimus perpendere: quanta in illo fidei virtus/ & quã
ta nobis eſſet infirmitas. Aliũ eque ſingularem virũ vidimus paruo tu
gurio in quo non niſi vnus recepi poſſit habitantẽ. De hoc illud fere
batur: quod ei lupa ſolito erat aſtare cenanti. Nec facile vnq̃ beſtia fal
leretur: quin illi ad legitimã horã refectionis occurreret: & tãdiu pro
foribus expectaret donec ille panẽ qui cenule ſuperfuiſſet offerret. illaz
manũ eius lambere ſolitã: atq; ita impleto officio & preſtita cõſolatio
ne diſcedere. Sed forte accidit/vt ſanctus ille dũ fratrem qui ad eũ ve=
nerat deducit abeuntem/ diutius abeſſet: & non niſi nocte remearet.
Interim beſtia ad conſuetumillud cene tempus occurrit vacuam cellu
lã repit/cũ familiarẽ patronũ abeſſe ſentiret ingreſſa: curioſiuſq; explo
rans vbi nã eſſet habitator/caſu contigua cũ panibus quinq; palmitia
ſportella pẽdebat: ex his vnũ pro ſe ſumit/& deuorat/ perpetrato ſcele
re diſcedit. Regreſſus eremita videt ſportulã diſſolutã non conſtan=
te panũ numero damnũ rei familiaris intelligit: ac prope limen panis
abſumpti fragmenta cognoſcit. Sed non erat incerta ſuſpicio: que fur
tũ perſona feciſſet. Ergo cum ſequentibus diebus ſecundũ conſuetudi
nem beſtia nõ veniſſet: nimirũ audacis facti conſcia ad eũ venire diſſi
mulans cui feciſſet iniuriã / egre patiebatur heremita ſe a beſtie ſolatio
deſtitutũ. Poſtremo illius oratione reuocata ſeptimũ poſt diem affuit
vt ſolebat ante cenanti: Sed vt facile cerneres verecundiã pœnitentis:
non auſa propius accedere/deiectis in terrã profundo pudore lumini
bus/quod palã licebat intelligi: quandã veniam p̃cabatur. Quã illius
confeſſionẽ heremita miſeratus iubet eam propius accedere: ac manu
blanda caput triſte permulcet. Dehinc pane duplicato ream ſuam refi
cit. Ita indulgentiã conſecuta: officii conſuetudinẽ depoſito merore
reparauit: Intuemini q̃ſo Chriſti etiã in hac parte virtutẽ: cui ſapit oẽ
quod brutum eſt. cui mite eſt omne quod ſeuit. Lupa preſtabat officiũ
lupa furtum crimen agnoſcit: lupa conſcio pudore confunditur. Vo=
cata adeſt/caput prebet: & habet ſenſum indulte ſibi venie ſicut pudo
rem geſſit errati. Tua hec virtus Chriſte: tua ſunt hec Chriſte miracula
Et enim que in tuo nomine operantur ſerui tui: tua ſunt. Et in hoc in=
gemiſcimus quod maieſtatem tuam fere ſentiunt: homines non ve=



rentur. Ne cui autem hoc incredibile forte videatur/ maiora memora=
bo: fides chriſti adeſt/ne nihil fingere / neq; incertis auctoribus vul=
gata uarrare. ſed quæ mihi / per fideles viros comperta ſunt explica=
bo. Habitant pleriq; in heremo/ſine vllis tabernaculis: quos anacho
ritas vocant. Viuunt herbarum radicibus: nullo vnq̃ certo loco conſi
ſtunt: ne ab hominibus frequẽtẽtur. Quas nox coegerit ſedes habent.
Ad quendaz igitur hoc ritu atq; hac lege viuentem/duo ex Nitria mo Nitria.
nachi licet longe diuerſa regione: tamen quia olim ipſis in monaſterii
conuerſatione carus & familiaris fuiſſet/auditis eius virtutibus conten Mẽphis.
derunt. Quem diu multumq; queſitum tandem menſe ſeptimo repe=
rerunt in extremo illo deſerto quod eſt memphis contiguum demorã
tem. Quas ille ſolitudines iam per annos duodecim dicebatur habi=
tare. Qui licet omnium hominum vitaret occurſus/tamen agnitos nõ
refugit: ſeq; cariſſimus per triduum non negauit. Quarto die aliquan=
tulum progreſſus cum proſequeretur abeuntes: leonem mire magnitu
dinis ad ſe venire conſoriunt. Beſtia licet tribus repertis non incerta
quem peteret anachonte pedibus aduoluitur: & cum fletu quodam ac
lamentatipne procumbens iudicabat gementis pariter & rogantis af
fectum. Mouit omnes & principue illum/ qui ſe intellexerat expetituz
preſedentemq;. Maz preiens & ſubinde reſtans/ac ſubinde reſpectans
facile poterat intelligi id eam velle: vt quo illa ducebat anachorita ſe=
queretur quid multa? Ad ſpeluncam beſtie peruenitur: vbi illa adultos
iam quinq; catulos mare fœta nntriebat. Qui vt clauſis liminibus ex
aluo matris exierant: cecitate perpetua tenebantur. Quos ſingulos de
rupe prolatos ante anachorite pedes mater expoſuit. Tum vero ſan=
ctus aĩaduertit/quid beſtia poſtularet: Inuocato dei nomine contra=
ctauit: lumina clauſa catulorum ac ſtatim cecitate depulſa apertis ocu
lis beſtiarum diu negata lux patuit. Ita fratres illi anachorita quem de
ſyderabant viſitato cum admodum fructuoſa laboris ſui mercede re=
dierunt: qui in teſtimonium tante virtutis admiſſi fidem ſancti & glo
riam Chriſti quæ per ipſos eſſet teſtificanda vidiſſent. Mira dicturus
ſum/leeam poſt quinq; dies ad auctoreu tanti beneficij reuertiſſe: ei=
demq; inuſitate fere pellem pro munere detuliſſe. Qua plerumq; ſan=
ctus ille ãmiculo circumtectus non dedignatus eſt munus per beſtiaz
ſumere: cuius alium potius interpretatur auctorem. Erat alterius ana= Sieue
chorite in illis regionibus nomen illuſtre. qni in ea parte deſerti quæ
Siene iunguntur habitabat. Hic cum primum ſe ad heremum contu=
liſſet/herbis herbarumq; radicibus quas predulces interdum & ſapo=
ris eximii fert harena victurus ignarus germinis eligẽdi noxia plerũ
q; carpebat. Nec erat facile vim radicum ſapore diſcernere: quia aquæ

dulcia/ſed pleraq; occultiore natura virus letale habebant. Cum ergo
edentem vis interna torqueret/& immenſis doloribus vitalia vniuer=
ſa quaterentur: ac frequens vomitus non ferendis ipſam anime ſedem
ſtomacho iam fatiſcente diſſoluerat. omnia penitus que eſſent edēda
formidans: ſeptimum ieiunii diem ſpiritu deficiente ducebat. Cu; ad
eam fera (cni ibis eſt nomē) acceſſit. Huic propius aſtanti faſciculū her
barum quem collectum pridie attingere non audeat abicit. Sed fera=
que verulenta erant diſcutiens: que innoxia eligebat Ita vir ſanct⁹ ei⁹
exēplo quid eligere quid reſpuere deberet edoctus/ & periculū famis
euaſit: & herbarum venena vitauit. Sed longu; eſt de omnibus qui he
remum incolunt comperta nobis vel audita memorare Annu; inte=
grum & ſeptem menſes intra ſolitudines conſtitutus exegi: magis vir
tutis admirator aliene q̄ q̄ ipſe tam arduum atq; difficile potuerim tē
tare propoſitum. Sepius tamen cum ſene illo qui puteum cum boue
habebat habitaui. Duo bti Anthonii monaſteria adii hodie q̄ adhuc
Antoni⁹. Paulus. Sina.
ei⁹ diſcipulis incolūtur. Ad eum etiā locu; in quo beatiſſimus Paulus
primus eremita eſt diuerſatus acceſſio Rubru; mare vidi iugum Sina
montis aſcendi: cuius ſummum cacumen cœlum contiguum nequaq̄
adiri poteſt. Inter huius receſſus anachorita eſſe aliquis ferebatur: que;
diu multumq; queſitum videre non potui. Qui fere iam ante quiqua=
ginta annos conuerſatione humana remotus: nullius veſtis vſu ſed ſe
tis ſui corporis tectus nuditatem ſuam diuino munere veſtiebat. Hūc
quotiens religioſi viri adire voluerunt curſu auia petens congreſſus
vitabat humanos. Vni tantummodo ferebantur ſe ante quinquenniū
prebuiſſe: qui credo potenti fide id obtinere promeruit. Cui inter mul
ta colloquia percunctanti/cur homines tantopere vitaret/ reſpondiſſe
perhibetur: eum qui ab hominibus frequentatur/non poſſe ab angelis
frequentari. Vnde non immerito recepta opinio ē multoru; fama vul
gata ſanctum illum ab angelis viſitari. Ego autē a Sina monte digreſ=
ſus ad Nilum flumen regreſſus cuius ripas frequentibus monaſteriis
confertas vtraq; ex parte luſtraui plerumq; vidi vt dixeram vno in lo
co habitare centenos. Sed & bina & terra millia in eiſdem ſyluis age=
re conſtabat. Nec ſane ibi minorem putetis diuerſantiū in multitudi=
ne monachorum eſſe virtutem: quam eorum eſſe cognoſcitis/qui ſe ab
hūanis cœtibus remouerunt. Precipua vt ia; dixeram ibi virtus & pri
ma eſt obedientia Nec aliter aduenieus a monaſterii abbate ſuſcipitur
quam qui tentatus prius fuerit & probatus. Nullum vnq̄ recuſaturus.
niſi quātūlibet ardu atq; difficile indignumq; tolleraret abbatis impe
rium. Duo vobis referam incredibilis obedientie ad modum magna
miracula licet ſuppetant plura recolenti. Sed ad excitanda; virtutum



emulationē/cui pauca nō ſufficiunt: vt multa non proderunt. Ergo cū
quidā ſeculi actibus abdicatis monaſteriū magne diſpoſitionis ingreſ
ſus ſuſcipi rogaret: abbas ei cœpit multa preponere/graues eſſe diſcipli
ne labores/ſua vero dura imperia/quę nullius facile valeret implere pa
tientia. Aliud potius monaſteriū vbi facilioꝛib⁹ legibus viueret appe=
teret: nō tētaret aggredi quod implere non poſſet. Ille vero nihil his
terroribus pmoueri/ſed magis ita omnē obedientiā polliceri: vt ſi eū
abbas in ignem ire precipęret non recuſaret intrare. Quam illius pro=
feſſionē vbi magiſter accepit: non eſt cunctatus probare profitentem.
Caſu clibanus propter ardebat: qui multo igne ſuccenſus coquendis
panibus parabatur. Exundabat abruptis flamma fornacibus: & in=
tra camini illius concaua totis habenis regnabat incendiū. Hunc igiť
aduenam illū iubet magiſter intrare. Nec diſtulit parere p̄cepto medi
as flāmas nihil cūctatus: ingreditur. Que mox tā audaci fide victe: ve
lut illis quōdam hebreis pueris ceſſere venienti: ſuperata natura ē: fu=
git incēdiū. Et q putabat arſuria: velut frigido rore perfuſum ipſe mi=
ratus ē. Sed qd mirū ſit tuū Chriſte tyronē ignis ille nō attigit: vt nec
abbatē pigeret dura mādaſſe/nec diſcipulū peniteret impio paruiſſe: q
eo quo venerat die dū tētaretur infirmus: pfectus inuentus eſt Merito
felix: merito glorioſus: probatus obedientia/ glorificatus eſt patiētia/
In eodem autem monaſterio: factū id qd dicturus ſum recēti mēoria
ferebatur. Quidē itidem ad eundē abbatē recipiēdus aduenerat. Cūq;
prima ei lex obediētie poneretť/ac perpetē polliceretť ad oīa vl' extrema
ſubeunda: caſu abbas ſtorachinā virgā iam pridē aridā manu gerebat
Hāc ſolo fixit/atq; illi aduene/id operis īponit: vt tādiu virgule aqua;
irriguā miniſtraret/donec (quod cōtra oēm naturā erat) lignū aridu;
in ſolo arente vireſceret. Subiectus aduena dure legis īperio aquā pro
priis humeris quotidie cōuehebat: q̄ a Nilo flumine per duo fere mi=
lia petebať. Iāq; emēſo anni ſpacio: labor nō ceſſabat operātis. De fru=
ctu operis ſpes eē nō poterat: tū obediētie virtus ī labore durabat. Se
quēs quoq; ānus vanū labore affecti fr̄is deludit. Tertio demū ſucce=
dentiū tp̄m labēte curriculo: cū neq; noctu neq; inderdiu aquarius ille
ceſſaret opator/virga floruit Ego ipſe ex illa virgulta arbuſcula vidi q̄
hodie quoq; ītra atriū monaſterii ramis virētib⁹ q̄ſi in teſtimoniū ma
nēs quātū obediētiā meruerit/& q̄tū fides poſſit oñdit S; me dies añ
deficiet quā diuerſa miracl'a q̄ mihi de virtutib⁹ ſc̄toꝝ ſūt cōpta cōſū
mē Duo vobis adhuc p̄clara memorabo quorū vnū egregiū erit ad
uerſus in flationē miſere vanitatis exēplū: alteꝝ aduerſus falſam iuſti=
tiā nō mediocre documētū. Quidā ergo ſactus liberādoꝝ de corpib⁹
obſeſſis demonū incredibili preditus potaſtate: inaudita per ſingulos

dies ſigna faciebat. Non ſolū enim preſens neq; verbo tantū: ſed ab=
ſens quoq; interdū cylicii ſui fimbricis aut epiſtolis miſſis corpora ob
ſeſſa curabat. Hic ergo mirū ī modū frequentabatur a populis ex toto
ad eū orbe venientibus. Taceo de minoribus: prefecti comiteſq; ac di
uerſarum iudices poteſtatū/pro foribus illius ſepe iacuerunt. Epiſcopi
quoq; ſanctiſſimi ſacerdotali auctoritate depoſita cōtigi ſe ab eo atq;
benedici humiliter poſtulantes: ſanctificatos ſe/ac diuino munere il=
luſtratos/quotiens manū illius veſteq; contingerent/nō immerito cre
diderunt. Hic ferebatur omni potu in perpetuum penitus abſtinere/ac
pro cibo tibi ſulpici in aurē loquar/ ne gallus hoc audiat: ſeptē tantū
caricis ſuſtentari. Interea ſancto viro vt ex virtute honor: ita ex hono
re vanitas cœpit obrepere. Quod malū vbi primum potuit in ſe ſenti=
re craſſari/& diu multūq; diſſentire conat⁹ eſt: ſed repelli penitus (vel
tacita conſcientia vanitatis perſeuerante) virtute nō potuit. Vbiq; no
men eius demones fatebantur. Excludere a ſe cōfluentiū populos nō
valebat: virus interim latens ſerpebat in pectore/ & cuius nutu ex a=
liorū corporibus demones fugabantur: ſe occultis cogitationibus va
nitatis purgare non poterat. Totis igitur precibus conuerſus ad do=
minum fertur oraſſe/ vt permiſſa in ſe menſibus quinq; diaboli pote=
ſtate: his ſimilis fieret/quos ipſe curauerat. Quid multis morer. Ille p̄=
potēs/ille ſignis atq; virtutibus toto oriente vulgatus/ille ad cuius li=
mina populi ante confluxerant/ad cuius fores ſūme iſtius ſeculi ſe ꝓ=
ſtrauerant poteſtates: correptus a demone eſt tentus in vinculis. Om=
nia illa que merguinini ſolent ferre perpeſſus / quinto demum menſe
purgatus eſt: non tantum demone/ſed quod illi erat vtilius atq; opta
tius vanitate. Sed mihi iſta replicanti: noſtra infelicitas noſtra occur=
rit infirmitas. Quis enim noſtrū eſt quē ſi homunculus ſalutauerit/aut
fatuis atq; adulantibus verbis femina vna laudauerit/ non cōtinuo e=
latus ſit ſupbia/nō ſtati inflatus ſit vanitate: vt etiā ſi nō habeat con
ſcientiā ſanctitatis: tamen quia vel ſtultorū adulatione aut fortaſſis er
rore ſanctus eſſe dicatur/ſanctiſſimū ſe putabit. Iam vero ſi ei munera
crebra mittantur: dei ſe munificentia aſſeret honorari. Cui dormienti
atq; reſoluto: neceſſaria cenſerentur. Quod ſi vel modica ei virtutis ſi=
gna ſuccederent: angelum ſe putaret. Ceterumq; cum neq; opere ne=
q; virtute conſpicuus ſit/ ſi quis clericus ſit affectus dilatat continuo
fimbrias ſuas: gaudet ſalutationibus/inflat occurſionibus/ipſe etiam
vbiq; diſcurrit. Et qui antea pedibus aut aſello ire conſueuerat: ſpumā
tibus equis ſuperbus inuehitur. Parua prius ac vili cellula content⁹ ha
bitare: erigit celſa laquearia: cōſtruit multa cōclauia / ſculptoria pingit
armaria/veſtē reſpuit groſſiorē/indumentū molle deſyderat. Atq; hec



caris/viduis/ac familiaribus mandat tributa virginibus: illa vt birrum
rigentē: hec vt fluentē texat lacernā. Verum hec deſcribenda morda=
cius beato viro Hieronymo relinquam⁹: & ad propoſitū reuertamur Hierony=
Tū vero inquit Gallus meus: Neſcio quid Hieronymo reliqueris di= mus.
ſputandū/Ita breuiter vniuerſa noſtrorū inſtituta cōplexus es: vt pau
ca hec tua verba/ ſi equanimiter acceperint & patiēter expenderint tā
tum eis arbitrer profutura/vt non indigeant libris poſt hac Hierony=
mi coerceri. Sed tu illa potius euolue que ceperas: & illud quod aduer
ſus falſā iuſticiā dicturū te eſſe dicebas ꝓde documētū. Nā vt vere ti
bi fatear: nullo pernicioſius malo intra gallias laboramus. Ita faciam
Poſtumianus inquit: nec te diutius tenebo ſuſpenſum. Adoleſcens q=
dam ex Aſia prediues opibus genere clarus/habens vxorem & filiū Aſia.
paruulū cū in egypto tribunus eſſet/& frequentibus aduerſus blēbos
expeditionibus ageretur: & quendā eremū contigiſſet: ſanctorū etiā
tabernacula cū plura vidiſſet/a beato viro Ioanne verbum ſalutis ac Ioannes.
cepit. Nec moratus eſt inutilē militiā cū vano illo honore cōtēnere:
Eremū conſtanter ingreſſus/ breui tēpore in omni genere virtutū p=
fectus emicuit. Potens ieiuniis/humilitate conſpicuus/ fide firmus/fa
cile ſe antiquis monachis ſtudiis virtutis equerat: cū interim ſubiit eū
cogitatio iniecta p diabolū recti⁹ eē vt rediret ad patriā/ filiūq; vnicū
ac domū totā cum vxore ſaluare/qđ vtiq; eſſet acceptius deo. q̃ ſi ſo=
lum ſe ſeculo eriperet: ſalutē ſuorū nō ſine impietate negligeret. iſtiuſ
modi ergo falſe iuſticie colore ſuperatus poſt quadrienniū fere cellulā
ſuā atq; propoſitū eremita deſeruit. Sed vbi ad proximū monaſteriū
quod a multis fratribus habitabatur acceſſit: cauſam diſceſſionis atq;
conſiliū querentibus confitetur. Retinentibus cunctis & precipue lo
ci illius abbate retinente: male animo fixa ſententia non potuit auelli.
Igitur in felici ſe obſtinatione proripiens cū dolore omniū digreſſus
a fratribus vix de conſpectu abſceſſerat: impletur demone/ cruentaſq;
ſpumas ore prouoluens ſuis dentibus ſe ipſe lacerabat. Deinde ad idē
monaſteriū fratrum humeris reportatus/ cū coerceri immūdus in eo
ſpiritus nō valeret/neceſſitate cogente ferreis nexibus alligatur: pedes
cū manibus vinciuntur/nō immerita pena fugitiuo: vt quē nō cohi=
buerat fides/cathene cohiberent. Poſt bienniū demum oratione ſan=
ctorum ab immūdo ſpiritu liberat⁹ ad eremū vnde diſceſſerat mox re
greſſus eſt. & ipē correctus & aliis poſt futur⁹ exēplo: ne quē aut falſe
iuſticie vmbra decipiat: aut incerta mobilitas inutili leuitate cōpellat
ſemel cepta deſerere. Hec vos de virtutibus domini quas in ſeruis ſuis
vel operatus eſt: vel timēda ſcire ſufficiat. Sed quia ſatiſfeci veſtris au=
ribus/imo etiā verboſior fui fortaſſe quā debui: tu modo (ad me autē

loquebatur) debituꝫ ſenꝰ exolue: vt te Martino tuo (vt es ſolitus) plu
ra referente iã pridem in hoc deſyderiis meis eſtuantibus audiamus.
Quid inq̃ tibi de Martino meo liber ille non ſufficit: quẽ ipſe tu noſti
me de illius vita atqꝫ virtutibus edidiſſe. Agnoſco id quidẽ Poſtumi
anus inquit: neqꝫ inquã a dextra mea liber ille diſcedit: Nã ſi agnoſcis
& aperit librũ qui ſub veſte latebat: en ipſum. Hic mihi inquit in terra
ac mari comes: hic in peregrinatione tota ſociꝰ & cõſolator fuit. Sed
referã tibi / quod liber iſto penetrauerit: & quod nullus fere in orbe ter
rarum locus ſit / vbi nõ materie tam felicis hiſtoria peruulgata teneat̃.
Prius eñ romane vrbi ſtudioſiſſimus tui Paulinus hunc obtinuit. de
inde cũ tota certatim vrbe raperetur / exultantes librarios vidi: ꝙ nihil
ab his queſtuoſius haberetur. Si quidẽ nihil illo promptius: nihil ca=
rius venderetur. Hic nauigationis mee curſum longe ante progreſſus

Aphrica.
Carthago.
Alexandria.
Egyptus
Nitria.
Thebaida.
Mẽphis,

cũ ad Aphricã veni / iam per totã Carthaginẽ legebatur. Solus eũ ci=
renenſis ille preſbyter non habebat: ſed me largiente deſcripſit. Nam
quid ego de Alexandria loquar: vbi pene omnibus magis quam tibi
notus eſt? Hic Egyptũ / Nitriã / Thebaidaꝫ / ac tota Mẽphica regna trã
ſiuit. Hunc ego in eremo a quodaꝫ ſene legi vidi: Cui cũ me familia=
rem tuũ eſſe dixiſſem / & ab illo & a multis fratribus: hec mihi iniun=
cta legatio eſt. vt ſi vnquam terras iſtas te incolumi contigiſſem: ea te
ſupplere cõpellerẽ / q̃ in illo tuo libro de virtutibus beati viri te profeſ
ſus es preteriſſe. Age ergo quia non illa a te audire deſydero que ſcri=
pta ſunt: ſufficiet ſi illa que propter legentiũ vt credo faſtidiũ preteriſti
multis id vnamecũ a te poſcentibus explicentur. Equidẽ Poſtumia=
ne inq̃ / cũ te iãdudũ de ſanctorum virtutibus intentus audirẽ / tacitus
ad Martinũ meum cogitationibus recurrebã: merito perſpiciens om
nia illa que ſinguli feciſſent / per vnũ iſtum facile cõplecti. Nã cũ ex=
celſa retuleris (quod mihi dixiſſe licet pace ſanctorũ) nihil a te penitꝰ
audiui: in quo Martinus eẽt inferior. Sed ſicut nullius vnq̃ cũ illius vi
ri meriti profiteor conferendã eſſe virtutẽ: ita & illud animaduerti de
cet / nõ equa illũ atqꝫ eremitas vel etiã anachoritas conditione confer
ri. Illi enim ab omni impedimento liberi cœlo tantũ atqꝫ angelis teſti
bus / plane admirabilia docentur operari. Iſte in medio cœtu & cõuer
ſione populoruꝫ inter clericos diſſidentes inter epiſcopos ſeuientes:
cuꝫ fere quottidianis ſcandalis hinc atqꝫ inde premeret̃ / in expugna=
bili tñ aduerſus oĩa virtute fundatus ſtetit. Et tanta operatꝰ eſt: quãta
ne illi qdẽ / quos ante audiuimus eẽ in eremo vel fuiſſe fecerũt. At ſi il=
li paria feciſſent / quis iudex tã eſſet iniuſtus: vt non iſtũ eſſe potiorem
merito iudicaret? puta eñ iſtũ militem qui pugnauerit in equo loco &
tñ victor euaſerit: illos autẽ eq̃ cõpone militibꝰ / ſed q ex equo loco aut



etiã de ſuperiore certauerint. & ſi omniũ vna victoria eſt: nõ põt oiuꝫ
eſſe par gloria. Et tñ cũ p̃clara retuleris: a nemine / retuliſti mortuũ ſu=
ſcitatũ quo vno vtiqꝫ te neceſſe eſt cõfiteri / Martino neminẽ eſt confe
rendũ. Nã ſi admirandũ eſt / quod illũ Aegyptium flãma non attigit:
hic quoqꝫ ſepius impauit incendiis. Si reuoluas quod anachoritis fe=
ritas beſtiarũ victa ſuccubuit: hic familiariter & rabiem beſtiarũ & ſer=
pentũ venena cõpeſcuit. Quod ſi illum conferas / qui in mundis ſpiri=
tibus obſeſſos verbi imperio aut etiã fimbriarũ virtute curabat: ne in
hac quidẽ parte inferiorẽ fuiſſe Martinũ multa documẽta ſunt. Si etiã
ad illũ recurras / qui ſetis ſuis pro veſte contectus putatur ab angelis vi
ſitari: cũ iſto angeli quotidie loq̃bant̃. Iã vero aduerſus vanitatẽ atqꝫ
iactantiã ita inuictũ ſpiritum geſſit / vt illa vitio fortius nemo cõtẽpſe=
rit: q̃nquidẽ in mundis ſpiritibus afflatos abſens plerunqꝫ curauerit /
nec ſolũ comitibus aut prefectis / ſed ipſis etiam regibus imperauerit.
Minimũ id quidem in illis virtutibus ſi credas illũ nõ vanitati reſtitiſ
ſe: ſed credas velim non ſolum vanitati / ſed & cauſis & occaſionibus
vanitatis neminẽ fortius repugnaſſe. Parua quidẽ ſed non pretereun=
da dicturus ſum: quia & ille laudandus eſt / qui ſumma preditus pote=
ſtate tã religioſam ad reuerentiã beati viri oſtenderit voluntatẽ. Me= Vincẽtiꝰ.
mini Vĩcentiũ prefectũ virũ egregium & quo nullus ſit intra gallias
omni virtutũ genere preſtãtior: dum Turonas preteriret / a Martino
ſepius popoſciſſe / vt ei cõuiuium in ſuo monaſterio daret: in quo qui=
dem exemplum beati Ambroſii epiſcopi preferebat / qui eo tempore Ambroſii
conſules & p̃fectos ſubinde paſcere ferebatur. ſed virũ altioris inge=
nii ne qua ex hoc vanitas atqꝫ inflatio obriperet: noluiſſe. Ergo fatea
ris neceſſe ẽ in Martino oĩum quos enumeraſti fuiſſe virtutes: Martini
aũt in illis oibꝰ nõ fuiſſe. Quid tu inq̃t Poſtumianꝰ ita mecũ agis / q̃ſi
nõ eadẽ tecũ ſentẽtiã / ſẽpqꝫ ſenſeri? Ego vero quo ad viuã: Aegypti
monachos p̃dicabo / Laudabo anacharitas / mirabor heremitas: Mar
tinũ ſemp excipiã cõparare. Hoc Aegyptus fatet̃ / hoc Syria / hoc Ae= Syria.
tiops cõperit / hoc Indus audiuit: hoc Parthus & perſa nouerunt. Nec Parthia.
ignorat Armenia Boſſorus excluſa cognouit: & poſtreõ ſi qs aut for= Armenia
tunatas inſulas aut glacialẽ frequẽtat occeanũ. quo miſerior eſt regio Boſſorus.
iſta veſtroꝝ que tñ virũ cũ i ꝓximo habuerit noſſe nõ meruit? Nec tñ
huic crimini miſcebo populares: ſoli illũ clerici ſoli nõ illi audebo ego
quẽpiã monachorũ certo nõ, epiſcopoꝝ quenquã neſciũt ſacerdotes
Nec imerito noſſe illũ inuidi noluerunt: quia ſi virtutes illius noſſent
ſua vicia cognouiſſẽt. Horreo dicere quod nup audiui: ĩfelicẽ dixiſſe
(neſcio quẽ) te illo libro tuo plura mẽtitũ. Nõ ẽ hoĩs vox iſta: ſed dia=
boli nec Martino ĩ hac pte detrahit̃: ſed fidei euãgelii derogat̃. Nã cũ
dñs ip̃e teſtatus ſit: iſtiuſmõi opera q̃ Martinus impleuit: ab omnibus

ſidelibus eſſe facienda qui Martinum non crediti illa feciſſe: non cre=
dit & Chriſtum iſta dixiſſe. Sed infelicis degeneres/ ſomnolenti q̄
ipſi facere ponſſunt: facta ab illo erubeſcunt. & malūt illius negare vir
tuaes: q̄ ſuam inertiam confiteri. Verum nobis ad alia properantibus
omnis iſtorum memoria relinquatur. Tu potes vt iam dudum deſy=
dero: reſidua Martini opera contexere. At ego inquam arbitror re=
ctius iſtud a Gallo eſſe poſcendum/quippe qui plura nouerit: neqꝫ em̄
ignorare potuit magiſtri facta diſcipulus & qui non immerito iſtaꝫ vi
cem non ſolum Martino ſed etiam nobis debent. vt quia ego iam li=
brum edidi/tu hactenus orientalium geſta memoraſti: iſtam demuꝫ ne
ceſſarii ſermonis hiſtoriam Gallus euoluat. Quia vt dixi/& nobis de=
bet loquendi vicem/& Martino ſuo credo preſtabit nec non grauati
illius facta commemoret. Ego plane inqnit Gallus licet impar ſim tā
to oneri/tamen delatis ſuperius a Poſtumiano cogor exemplis: vt mu
nus iſtud quod imponitis non recuſem. Sed dum cogito me homi=
nem gallum inter Aquitanos verba facturum: vereor/ne offendat ve=
ſtras nimium verbanas aures ſermo ruſticior. Audietis me tamen vt
gorgonicum hominem : nihil cum fuco aut cothurno loquentem.
Nam ſi mihi tribuiſtis/Martini me eſſe diſcipulum: illud etiam conce
dite/vt mihi liceat exemplo illius inanes ſermonum: & verborum or=
namenta contemnere. Tu vero inquit Poſtumianus vel celtice/ aut
mauis gallice loquere: dummodo iam Martinum loquaris. Ego auteꝫ
profiteor/quia etiam ſi mutus eſſes. non defutura tibi verba: quibus
Martinum etiam facundo ore loquaris/ſicut Z acharie in Ioannis no
ʒacharias mine lingua reſoluta eſt. Cæterum cum ſcis ſcholaſticus hoc ipſum
Ioannes. quaſi ſcholaſticus artificioſe facis: vt excuſes imperitiam, qui exuberas
eloquentias At neqꝫ monachum tam aſtutum : neqꝫ Gallum decet eſ=
ſe tam callidum. Verum aggredere potius : & quod te manet explica.
Nimium enim dudum alias res agentes conſumimus tempus. Etiam
ſolis occiduis vmbra prolixior monet: non multum diei vicina nocte
ſupereſſe. Deinde cum paululum omnes conticuiſſemus : Gallus ita
cœpit. Cauendū itaqꝫ mihi in primis eſſe arbitror/ ne ea de Martini
virtutibus repetam. quæ in libro ſuo Sulpitius iſte memorauit. Vnde
prima illius inter militandum geſta prętereo: neqꝫ attingam/ que lai=
cus egit aut monachus: nec vero audita ab aliis/potius q̄ quæ vidi ipe
dicturus ſum.

.S. Senea dialogus ſecundus.

QVo ꝑmū igr̄ tp̄e relictis ſcholis btō me viro iūxi: paucos
pꝰ dies eūtē ad eccl'iaꝫ ſeq̄bamur. Interī ei ſeminudꝰ hybe
nis mēſibꝰ pauper occurrit: orās ſibi veſtimētū dari. Tūc



ille accerſito archidiano: iuſſit algentem ſine dilatione veſtiri. Deinde
ſecretariuꝫ ingreſſus cum ſolus (vt erat illi conſuetudo reſideret hanc
enim ſibi etiam in eccleſia ſolitudinē permiſſa clericis libertate preſta
bat) cū quidam in alio ſecretario preſbyteri reſiderent: vel ſalutationi
bus vacantes/vel audiendis negotiis occupati. Martinum vero vſqꝫ i
eam horam qua ſolēnia populo agi conſuetudo depoſceret: ſua ſolitu
do cohibebat. Illud non preteribo: quod in ſecretario ſedens nunq̄ ca
thedra vſus eſt. Nam in eccleſia nemo vnq̄ illū ſedere conſpexit: ſicut
quendā nuper (teſtor deū: non ſine meo pudore) vidi ſublimi ſolio &
quaſi regio tribunali celſa ſede reſidentē. Sedebat autem Martinus i
cellula ruſticana/vt ſunt iſte in vſibus ſeruulorum: quas nos ruſtici gal
li trepecias/vos ſcholaſtici (aut certe tu qui de Grecia venis) tripodas
nuncupatis. Ergo hoc ſecretum beati viri pauper ille captans cū ei ar=
chidiaconus dare tunicam diſtuliſſet/irrupit: diſſimulatum ſe a clerico
conquerens/algere deplorans. Nec mora ſanctus paupere nō viden=
te intra amphibalū ſibi tunicā latenter educit: pauperēqꝫ contectū di
ſcedere iubet. Dein paulo poſt archidiaconus ingreſſus admonet pro
cōſuetudine expectare in eccelesia populū illum ad agenda ſolemnia
debere procedere. Cui ille reſpondens ait. Pauperē prius (de ſe autem
dicebat) oportere veſtiri: ſe ad eccleſiam non poſſe procedere/niſi ve=
ſtem pauper acciperet/Diaconus vero nihil intelligens/quia extrinſe=
cus indutum amphibalo/veſte nudum interius nō videbat: poſtremo
pauperē non cōparare cauſatur. Mihi inquit veſtis que preparata ē de
feratur: pauper nō deerit veſtiendus. Arctatus demū clericus neceſſita
te compulſus: iamqꝫ felle commoto e proximis tabernis bigerricā ve
ſtem breuem atqꝫ hiſpidā quinqꝫ comparatā argenteis rapit atqꝫ ante
Martini pedes iratus exponit. En inquit veſtē: ſed pauper hic non eſt
Ille nihil motus iubet eum paululum ſtare pro foribus ſecretū vtiqꝫ ꝓ
curans/dum ſibi veſtem nudus imponeret: totis viribus elaborans/vt
poſſit occultum eſſe/ quod fecerat. Sed quando in ſanctis viris latēt
iſta? Querentibus velint nolint : cuncta produntur. Cum hac igitur
oblaturus ſacrificium deo veſte procedit. Quoquidem die/ mira dictu
rus ſum/ Cum iam altarium (ſicut ſolemne eſt) benediceret: globum
ignis de capite illius vidimus emicare/ita vt in ſublime contendēs lō
gius collum crimenqꝫ flām a produceret. Hoc licet celeberrimum fa=
ctū in magna populi multitudine viderimus: vna tantum de virgini=
bus/& vnus de preſbyteris/ tres tantum videre de monachis. Ceteri
cur non viderint: non poteſt noſtri eſſe iudicii. Per idem fere tempus
cum Euantius auunculus meus vir licet ſeculi negotiis tamen admo= Euantius
dum chriſtianus grauiſſima egritudine extremo mortis periculo cœ=

piſſet vrgeri: Martinum euocauit. Nec cunctatus ille properauit. Pri⁹
tamen quam medium vie ſpacium vir beatus euolueret: virtutem ad=
uenientis egrotus recepta continuo ſanitate venientibus nobis ob=
uiam ipſe proceſſit. Altera die redire cupientem magna prece tenu=
it: cum interim vnum e familia puerum letali ictu ſerpens perculit.
Quem iam exanimē vi veneni ipſe. Euantius ſuis humeris illatum an
te pedes ſancti viri nihil illi impoſſibile confiſus expoſuit. Itaq; ſe ma=
lum ſerpentis per oīa membra diffuderat. Cerneres oībus venis in fla
tam cutem/& vtris inſtar tenſa vitalia. Manu Martinus porrecta pro=
pe ipſum vulnuſculum: qua beſtia virus infuderat fixit. Tum vero mi=
ra dicturus ſum. Vidimus venenum ex omni parte reuocatū ad Mar=
tini digitum cucurriſſe. Deinde per illud hulceris foramen exiguū ita
virus ſtipaſſe cū ſanguine videres: vt ſolet ex vberib⁹ caprarū ouiū ma
nibus preſſis longa linea copioſi lactis effluere. Puer ſurrexit incolu=
mis. Obſtupefacti tante rei miraculo/id quod ipſa cogebat veritas fa=
tebamur: non eſſe ſub celo qui Martinum poſſet imitari. Conſequen=
ti itidem tempore: iter cum eodem dum dioceſes viſitaret agebam⁹
nobis neſcio qua neceſſitate remorantibus aliquantulum ille proceſſe
rat. Iuterim per aggerem publicū plena militantibus viris fiſcalis/rhe
da veniebat. Sed vbi Martinum in veſte hiſpida/nigro & pendulo pal
liolo circumtectum contigua de laterere iumenta viderunt: paululum
in partem alteram pauefacta heſerunt Deīn funibus implicatis porten
tus illos quibus (vt ſæpe vidiſtis) miſera illa animalia conglobātur or
dines miſcuerunt. Dūq; egre expediuntur morā facere properantib⁹
qua permoti iniuria militantes precipitatis in terram ſaltibus ſteterūt
Deinde Martinum flagris ac fuſtibus vrgere cœperunt. cumq; ille mu
tus & incredibili patientia prebens terga cedentibus maiorem inſa=
niam infœlicibus commoueret: magis ex hoc furentibus/ q̄ ille qua=
ſi non ſentiēs verbera illata contemneret. Nos illico cede cruentum/
atq; vniuerſa corporis parte laniatum: cum ex animis in terram concu
buiſſet inuenimus. Statimq; aſello ſuo impoſuimus: ac locum cedis il
lius execrantis raptim abire properauimus. Interea illi regreſſi ad rhe
dam ſuam furore ſuo ſaciati: agi quo ire cœperant iumenta præcipi=
unt: quæ omnia ſolo fixa ac ſi enea ſigna riguiſſent attollentibus alti=
us vocem/ a magiſtris flagris hinc atq; inde reſonantibus nihil peni=
tus mouebantur. Conſurgunt deinde omnes pariter in verbera conſu
mit gallicas mularum pœna maſtigias tota rapitur ſylua de proximo=
trabibus iumenta tunduntur ſed nihil penitus ſeue manus agebant/



vno atq; eodemq; in loco ſtabant fixa ſimulachra. quid agerent in=
felices hoīes: neſciebant. Nec iā vltra diſſimulare poterāt: quin qlibet
brutis pectorib⁹ agnoſceret diuino numine ſe teneri. Tādē ergo in ſe
ſe reuerſi ceperūt q̄rere qs ille eēt: quē in eodē loco āñ paululū cecidiſ=
ſent. tū percūctantes cognoſcūt ex viantib⁹ Martinū a ſe crudeliter ver
beratum Tum vero apparet omnibus cauſa manifeſta: nec ignorare iā
poterant: quin ob illius viri iniuriam tenerentur. Igitur oēs rapidis
nos paſſibus conſcii facti ac mentis pudore confuſi flentes: & puluere
quo ſe ipſi fedauerāt caput atq; ora conſperſi ante Martini ſe/genua ꝓ
uoluūt/veniā precantes/& vt eos abire ſineret poſtulantes ſatis ſe vel
ſola conſcientia dediſſe pœnarum: ſatiſq; intellexiſſe q̄ eoſdem ipſos vi
uos abſorbere terra potuiſſet/vel ipſi potius amiſſis ſenſibus immobi
lem ſaxorum naturam rigeſcere debuiſſent/ſicut affixa locis quib⁹ ſte=
terant iumenta vidiſſent. orare ſe atq; obſecrare: vt indulgeret celeri
veniam copiam preſtaret abeundi. Senſerat etiam priuſq̄ accurrerent
vir beatus illos teneri: nobiſq; id ante iam dixerat. Veniam tamen
clementer indulſit: eoſdemq; permiſit animalibus reſtitutis. Illud
autem adimaduerti ſepe Sulpici/Martinum tibi dicere ſolitum: nequa
q̄ ſibi in epiſcopatu eam virtutum gratiam ſuppetiſſe: quam prius ſe
habuiſſe meminiſſet. Quod ſi verum eſt (imo quia verum eſt:) conii=
cere poſſumus: quanta fuerint illa/ quæ monachus operatus eſt / &
quæ teſte nullo ſolus exercuit. cum tantum illum in epiſcopatu ſigna
feciſſe ſub oculis omnium viderimus. Multa quidem illius prius
geſta inuotuere mundo: neq; potuere celari. Sed innumerabilia
eſſe dicuntur quæ dum iactantiam vitaret occultauit: neq; in homi=
num notitiam paſſus eſt peruenenire. Quippe in humanam ſub=
ſtantiam ſupergreſſus: virtus ſue conſcientie mundi gloriam calcans
cœlo teſte frueretur. Quod verum eſt vel ex his quæ comperta nobis
ſunt nec latere potuerunt / poſſumus exiſtimare. Siquidem ante
epiſcopatum duos mortuos vitæ reſtituerit quod liber tuus plenius
eſt locus in epiſcopatu vero (quod pretermiſiſſe te minor) vnum
tantummodo ſuſcitarit. Cuius rei ego teſtis ſum: ſi tamen non ni
hil de me minus idoneo teſte dubitatis. Id ipſum autem vobis q̄=
liter ſit geſtum explicabo. Fuerat cauſa neſcio qua: carnotum op=
pidum petebamus. Interea dum vicum quendam habitantium
multitudine frequentiſſimum/ preterimus: obuia nobis immanis tur=
ba proceſſit / quæ erat tota gentiliam. Nam nemo in illo vi=
co nouerat chriſtianum. Verum ad famam tanti viri: campos

omnes late petentes confluentium multitudo contexerat itellexit hic
Martinus operandum : & annuente ſibi ſpiritu totus infremuit. Nec
tamen mortalem ſonans/verbum dei/gentibus predicabat:ſepius in-
gemiſcens cur tanta dominum ſaluatorem turba neſciret. Interea qua
nos incredibilis circundederat multitudo/mulier quædam cuius filiꝰ
pauloante defecerat: corpus exanime beato viro protenſis manibus
cœpit offerre dicens:Scimus quia amicus dei es: reſtitue mihi filium
meum/quia vnicus mihi eſt. Iunxit ſe cetera multitudo & matris preci
bus acclamabat. Tum Martinus proſpectantiũ ſalute(vt poſtea nobis
ipſe dicebat)conſequi ſe poſſe virtutem:defuncti corpus propriis ma-
nibus accepit. Et ſpectantibus cunctis genua flexit: & vbi continua-
ta oratione ſurrexit/ viuum paruulum matri reſtituit. Tum vero mul-
titudo omnis in celum clamore ſublato:cœpit Chriſtum dominum fa
teri. Poſtremo cuncti cateruatim ad genua beati viri currere ceperunt
fideliter poſtulantes/vt eos faceret chriſtianos. Nec cunctatus in me-
dio(vt erat)campo impoſita vninerſis manu cathecuminos fecit:vbi
ſolerent martyres conſecrari. Viciſtis inquit Poſtumianus ad Gallum
viciſti. Non vtiq; me qui Marrini ſum potius aſſertor/& qui hæc om-
nia de illo viro) ſciui ſemper & credidi: ſed heremiras omnes & ana-
choritas viciſtis. Nemo eñ illorum ſicut Martinus hic veſter(immo
noſter)mortibus imperauit/defunctũ puerulũ ſuſcitauit. Merito hunc
iſte Sulpitius apoſtolis cõparat & prophetis:quem per omnia illis eſſe
conſimilem/fidei virtus ac virtutum opera teſtantur. Sed perge queſo
quanquam nihil magnificentius audire poſſimus perge tamen Galle
Quod etiam nunc de martino ſupereſt ſermonis euoluere. Nam etiaꝫ
minima illius & quotidiana animus feſtinat agnoſcere: quia minima
illius aliorum maximis maiora eſſe nulli dubium eſt. Ita faciam Gallꝰ
inquit. Verum id quod dicturus ſum:ipſe non vidi. Prius enim geſta
res eſt:ꝙ me illi viro iungerẽ. Sed factum celebre eſt fidelium fratrum
qui interfuerant ſermone vulgatum. Eodemfere tẽpore qñ primũ epiſ
Valentinianus copus datus eſt:fuit ei neceſſitas adire comitatum. Valentinianus tum
maior rerum potiebatur. Is cum Martinum ea petere cognouiſſet quæ
preſtare nolebat:iuſſit eum palatij foribus arceri. Et enim ad animum
illius immitem ac ſuperbum vxor acceſſerat arrhiana:quę totum illum
a ſancto viro ne ei debitam reuerentiam preſtaret auerterat. Itaq; Mar
tinus vbi ſemel atq; iterum ſuperbum principem fruſtra adire tentauit
recurrit ad nota p̃ſidia:cylicio iuoluitur/ cinere conſpergitnr/cibo po
tuq; abſtinet/orationem noctibus diebuſq; perpetuat. Septimo die aſ-
ſiſtit ei angelus/iubetq; eũ ad palatium ire ſecurum:regias fores quatũ
libet clauſas ſponte reſerandas/imperatoris ſuperbum ſpiritum molliẽ



dum. Igitur iſtiuſmodi preſentis angeli confirmatus eloquio:& fretus
auxilio palatium petit Patent limina nullus obſiſtit/poſtremo vſq; ad
regem nemine prohibente peruenit. Qui cum venientem eminus vi-
deret infrendens cur fuiſſet admiſſus/ nequaquã aſſurgere eſt dignatꝰ
aſtanti:donec regiam ſellam ignis operiret/ipſumq; regeꝫ ea parte cor
poris qua ſedebat afflaret incendium. Ita ſolio ſuo ſuperbus excutitur
& Martino inuitus aſſurgit. Multumq; complexus/ queꝫ ſpernere an
te decreuerat:virtutem ſenſiſſe diuinam emendatior fatebatur. Nec
expectatis Martini precibus:prius omnia preſtitit quam rogarẽ. Col
loquio illum atq; cõuiuio freqnenter acciuit. poſtremo abeunti multa
munera obtulit:que vir beatus vt ſemper paupertatis ſue cuſtos cũcta
reiecit. Et quia palatium ſemel ingreſſi ſumus:licet diuerſis in palatio
temporibus geſta connectan. Nequãquã enim preter mittendũ vide
tur: circa admiratiouem regine fidelis exemplũ. Maximus imperator
rẽpublicam gubernabat/vir om̃i vita merito predicandus ſi eum vel
diadema non legitime tumultuante milite impoſitum repudiare / vel
armis ciuilibus abſtinere licuiſſet Sed magnũ imperiũ nec ſine perfcu
lo renui: nec ſine armis teneri potuit. Hic Martinum ſepius euocatuꝫ
receptumq; intra palatium venerabiliter honorabat. Totus illi cuꝫ co
ſermo de preſentibus/de futuris de fidelium gloria/de eternitate ſan-
ctorum fuit cũ interim diebus ac noctibus de ore Martini regina pen
debat euangelico illo non imferior exemplo pedes ſancti fletu riga-
bat:crine tergebat Martinus quem nulla vnq̃ femina contigiſſet:iſtiꝰ
aſſiduitatem immo potius ſeruitutem non poterat euadere. Non il-
la opes regni/non imperii dignitatem:non diadema/non purpuram
cogitabat. diuelli a Martini pedibus ſolo ſtrata nõ poterat. Poſtremo
a viro ſuo poſcit:dein Martinum vterq; compellit vt ei remotis om̃i-
bus miniſtris preberet ſola conuiuium. Nec potuit vir beatus obſtina-
tius reluctari. Cõponitẽ caſtis regine manibꝰ apparatus. ſellulã ipa cõ
ſternit/menſam admouet/aquam manibus ſubminiſtrat/ cibum quẽ ip
ſa coxerat apponit:Illo edente ipſa eminus ſecundũ famulantiũ diſci-
plinam ſolo fixa conſiſtit immobilis: per omnia miniſtrantis mode-
ſtiam & humilitatem exhibens ſeruientis. Miſcuit ipſa bibituro: &
ipſa porrexit finita cenula fragmenta panis aſſumpti micaſq; collegit
ſatis fideliter illas reliquias imperialibus epulis anteponens Beata mu
lier tante pietatis affectu/illi merito cõparanda:que venit a finibus ter
re audire ſapientiã ſolomois. Si qdẽ ſimplicẽ ſequamur hiſtoriam. Sꝫ
ſi fides reginaruꝫ ẽ cõferenda(quod mihi liceat ſeparata myſterii ma
ieſtate dixiſſe)illa expetiit audire ſapientem iſta non tantũ audiſſe cõ-
tenta/ſed & meruit ſeruire ſapienti. Ad hec Poſtunianus. Iamdudum

Inquit Galle audiẽs te loquentẽ vehemẽter admiror regine fidẽ. Sed
vbi iſtud ẽ: quod nulla vnq̃ fœmina ferebatur proptiius aſtiſſe Marti=
no? Ecce iſta regina non ſolũ aſtitit: ſed etiã miniſtrauit. & vereor/ ne
iſto aliquantulum ſe/tueanť exemplo: qui libenter feminis inſeruntur.
Tum Gallus/quid tu inquid non vides: quod ſolent docere gramma=
tici locum tempus perſonam? Propone enim tibi ante oculos captum
in palatio imperatoris præcibus ambiri/regine fide cogi/temporis ne
ceſſitate conſtringi: vt clauſos carcere liberaret/exiliis datos reſtitueret
bona adempta redimeret. Hec quanti putas conſtare debuiſſe epiſco
po: vt pro his omnibus non aliquantulum de rigore propoſiti reli=
garet. Veruntamen qui huius exempli male vſuros eſſe aliquos arbi
traris illi vero felices erunt: ſi a diſciplina exempli iſtius non recedãt
Videont quia Martino ſemel tantum in vita/iam ſeptuagenario/non
vidua libera nõ virgo laſciuiens/ſed ſub viro viuens ipſo viro ſupplicã
te regina ſeruiuit & miniſtrauit. Hec edẽti nõ cũ epulãte diſcubuit Nec
auſa eſt particlpare cõuiuiũ: ſed deferebat obſequiũ. Diſcat igitur diſci
plinã ſeruiat/nõ recũbat ſicut Martha illa miniſtrauit dño nec tamẽ eſt
accita conuiuio imo prelata eſt miniſtranti/que verbũ potius audiebat
Sed in Martino iſta regia vtrũq; cõpleuit & miniſtrauit vt Martha: &
audiuit: vt Maria. Quod ſi quis hoc vti do luerit exẽplo: per oĩa teneat
exẽplũ. Talis cauſa ſit taliſq; pſona/tale obſequiũ: & in oĩni vita ſemel
tantũ. Preclare inqt Poſtumianus/noſtros iſtos/vt Martini nõ agredi
antur exẽplũ: tua cõſtringit oro. Sed profiteor tibi quia hec ſurdis au=
ribus audiẽtur Nã ſi Martini ſequeremur vias/ nunq̃ cauſas de oſculo
diſceremus: & vniuerſis ſeue opinionis obprobriis careremus. Veruz
ſicut tu ſoles dicere/cũ edacitatis argueris/galli ſumus: in hac pte nũ=
q̃ vel Martini exẽplo vel tuis diſputatiõibus corrigendi fatemur teu=
thones ſumus. Verũtamẽ hoc nobis iamdudũ agẽtibꝰ: qd tu tã obſti=
nate Sulpicitates? Ego in quã nõ ſolummodo taceo: ſed oli de iſtis ta
cere diſpoſui. Nã quia quãdã viduã/vagã/nitidulã/ ſumptuſam/obiur
gauerim laſciuius victitantem: itidẽq; virginẽ adoleſcenti cuidã mihi
caro indecentius adherentẽ(cũ quidẽ ipſam frequenter audiſſez alios
etiã quia talia agerẽt increpantẽ)tãta mih oĩm fœminaruz cũctorũq;
monachorũ odia cõcitani: vt aduerſum me vtreq; legiões iurata bella
ſuſciperẽt. Vnde queſo taceatis: ne etiã hoc quod vos loqmini ad meã
referať inuidiã. Tota nobis iſtorũ mẽtito relinquať: ad Martinũ potiꝰ
reuertamur. Tu galle vt aggreſſus es cœptum opus explica. Tũ ille iã
quidẽ vobis inqt tãta narraui: vt ſatiſfacere ſtudiis vr̃is meus ſermo de
buerit. Sed quia voluutati veſtre non obſecundare mihi non licet: quã



tũ adhuc diei ſupereſt loquar Nã certe dum ſtramen illud qd̄ in lectos Claudio=
nr̃os paratos aſpicio: ſubuenit in memoriam etiam de ſtramnie in quo magus.
Martinus iacuerit factam eſſe virtutem. Res iſta geſta eſt. Claudioma=
gus vicus eſt in confinio Biturigum atq; turonorum. Eccleſia eſt ce=
lebris religione ſanctorum nec minus gloria ſacrarum virginum mul
titudine. Preteriens ergo Martinus in ſecretario eccleſie habuit man
ſionem. Poſt deceſſum illius cuncte in ſecretarium illud virgines ir=
ruerunt: Adlenibant ſingula loca: vbi aut ſedebat vir beatus / aut ſte=
terat ſtramentum in quo quieuerat partiuntur. Vna earum poſt dies
paucos partem ſtraminis quam ſibi pro benedictione collegerat
Mergumino quem ſpiritus erroris agitabat de ſeruice ſuſpendit. Nec
mora: dicto citiꝰ eiecto demoue pſona purgata ẽ Per idẽ fere tp̄s Mar
tino a Treueris reuertẽti fit obuia vacca: quã demõ agitabat. Que reli=
cto grege ſuo in hoĩes ferebať: & iã in multos noxie petulãs cõfode=
rat. Verũ vbi nobis cœpit eſſe cõtigua/qui eã emimus ſeqbãť/ p̄dicere
magna vobe cœperũt: vt caueremns. Sed poſtq̃ ad nos toruis furibun
da luminibus propiꝰ acceſſit: Martinꝰ eleuata obuiã manu pecudẽ cõ
ſiſtere iubet. Que mox ad verbũ illius ſtare cœpit immobilis: cũ inte=
rea videt Martinus dorſo illius demonẽ ſupſedẽtẽ. Qnẽ increpãs de=
ſcẽde inquit funeſte de pecude: & innoxiũ aĩal agitare deſiſte. Paruit
ne quam ſpiritus: & receſſit. Nec defuit ſenſus in buccula: quin ſe in=
telligeret liberatam. Ante pedes ſancti recepta quiete proſternitur.
Dein iubente Martino gregem ſuum petiit: ſeq; agmini cæterarũ oue
placidior immiſcuit. Hoc illud fuit tempus: quo inter medias flam=
mas poſitus non ſenſit incendium. Quod mihi non arbitror eſſe re=
ferendum: quia hoc plenius iſte Sulpitius licet in libro ſuo præteri= Euſebius.
tum ſit in epiſtola tamẽ poſtea: quam ad euſebium tum preſbyterum
modo epiſcopum fecit/ expoſuit. Quam tu poſtumanes vt credo le=
giſti: aut ſi incognita tibi eſt / cnm libuerit in promptu ex illo arma=
rio habes/nos illi omiſſa referimus. Quodam autem tempore cum
dioceſis circueret venantum agmen incurrimus. Canes leporem ſe=
quebantur/ Iamq; multo ſpacio victa beſtiola/cum vndiq; campis la=
te patentibus nullum eſſe effugium: mortem imminentem iam iam=
q; capienda crebris flexibus differebat. Cuius periculum vir beatus
pia mente miſeratus imperat canibus/ vt deſiſterẽt ſequi: & ſinerẽt ab
ire fugientem. Qui continuo ad primum ſermonis imperium conſti=
terunt. Crederes vinctos imo potius affixos in ſuis herere veſti=
giis. Ita lepuſculus perſecutoribus alligatis incolumis euaſit.
Opere præcium autem eſt: etiam familiaria illius verba ſpiritualiter

ſale cōdita memorare. Quā recēs tōſaꝫ forte cōſpexerat: Euāgelicū i=
quit mādatū iſta cōpleuit: Duas habuit tunicas: vnā earū largita ē nō
habenti. Ita ergo vt vos facere debetis. Itē cū ſubulcū algentem ac pe
ne nudū in pelliceaveſte vidiſſet: en ī quit adam eiectus de paradiſo in
veſte pellicia ſues paſcit: ſed nos illo vetere depoſito: qui adhuc in
iſto manet: nouum adam potius induamus. Boues ex parte prata de
pauerant: porci etiam nonnulla ſuffoderant: pars cetera que manebat
illeſa diuerſis floribus quaſi picta vernabat. Speciem inquit gerit
pars illa coniugii: que pecore depaſta: & ſi non penitus gratiam ami=
ſit herbarū/ nullam tamē florum retinet dignitatē. Illa vero: quā por
ci pecora īmunda foderunt: fornicationis imaginē fedaꝫ pretēdit. Ce
terum illa portio: que nullā ſenſit iniuriā: gloriam virginitatis oſten=
dit. Herbis fecunda luxuriat: ſui in ea fructus ex huberat: & vltra om=
nem ſpeciē diſtinctā floribus quaſi gēmis mirantibus ornata radiat.
Beata ſpecies & deo digna. Nihil enim virginitati eſt cōparandū. Ita
& illi qui coniugia fornicationi cōparant: vehementer errant Et illi q
coniugia virginitati equanda exiſtimant miſeri/ penitus & ſtulti ſunt.
Verum hec a ſapientibus tenenda diſtinctio eſt: vt coniugium perti=
neat ad veniam: virginitas ſpectet ad gloriam: fornicatio deputetur
ad pœnam niſi ſatiſfactionepurgetur. Miles quidam cingulum in ec
cleſia monachoruꝫ profeſſus abiecerat cellulam ſibi eminus in remo
to quaſi eremita victurus erexerat. Interea aſtutus inimicus variis co=
gitationibus brutum pecus agitabat: vt coniugem quaꝫ Martinus in
monaſterio puellarum eſſe preceperat: voluntate mutate ſecum potius
vellet habitare Adit ergo Martinum fortis eremita: & quid haberet
animi confitetur. Ille vero vehementer abnuere feminā viro rurſus iā
monacho nō marito incongrua ratione miſceri. Poſtremo cum miles
inſtaret affirmans nihil hoc propoſito eſſe nociturū ſe ſolo coniugis
vti velle ſolatio. Porro ne rurſum ſe in ſua reuoluerent nō eſſe metuē=
dum: ſe eſſe militē Chriſti: illa quoqꝫ in eadē eiuſdem militie ſacramen
ta iuraſſe: pateretur epiſcopus ſanctus eos ſexum ſuū fidei merito ne=
ſcientes pariter militare (tū Martinus) verba vobis ipſa dicturus ſuꝫ.
Dic mihi inquit/ ſi vnquā in bello fuiſti: ſi in acie conſtitiſti? At ille re=
ſpondēs frequenter inquit in acie ſteti: & bello frequenter interfui. Ad
hec Martinus: dic mihi ergo: nūquid in illa acie que armata in preliuꝫ
parabatur: vt iā aduerſus hoſtilem exercituꝫ collocato cominus pede
diſtricto enſe pugnabat: vllā fœminā ſtare vt pugnare vidiſti? Tū de=
mū miles cōfuſus erubuit: gratias agēs errori ſuo ſe nō fuiſſe pmiſſuꝫ:
nec aſpa increpatione verborū ſed vera & rationabili ſecundū pſonaꝫ
militis cōparatione correctū. Martinus aūt cōuerſus ad nos ſicut euꝫ



fratrū turba vallauerat: mulier inquit virorū caſtra nō adeat: acies mili
tū ſeparata cōſiſtat. Procul femina in ſuo degēs tabernaculo ſit remo
ta. Cōtēptibilē em̄ reddit exercitum: ſi virorū cetibus turba fœminea
miſceat. Miles in acie miles pugnet in cāpo: mulier ſe intra muroꝝ mu
nimēta cōtineat. Habet & illa gloriā ſuā: ſi pudiciciā viro abſente ſer=
uauerit. Cuius hec prima virtus & cōſummata victoria: eſt nō videri.
Illđ vero ſulpici memiſſe te credo: quo affectu nobis dū & tu coraꝫ ad
eſſes illā virginē pdicarit: q̄ ita ſe penit⁹ ab oīum viroꝝ oculis remo=
uiſſet: vt ne ipſum quidem ad ſe Martinum: cū eam ille officii cauſa vi
ſitare vellet: admiſerit. Nā cū per angelulū illius preteriret: in quo ſe
iam ante cū plures annos pudica cohibebat audita fide illius atqꝫ vir
tute deuertit: vt illuſtris meriti puellam religioſo officio epiſcopus ho
noraret. Nos conſequenter gauiſurā illā virginē putabamus: ſi qui=
dem hoc in teſtimoniū virtutis ſue eſſet habitura ad quam tanti nomi
nis ſacerdos depoſito propoſiti rigore veniſſet. Vere illa fortiſſima vī
cula propoſiti: ne Martini quidem contemplatione laxauit. Ita vir
beatus accepta per aliam fœminam excuſatione laudabili ab illius fo
ribus: quæ ſe videndam ſalutandamqꝫ non dederat: letus abſceſſit. O
virginem glorioſam que ne a Martino quidem paſſa eſt ſe videri. O
Martinum beatum: qui illam repulſam non ad contumeliam ſuam du
xit: ſed magnificans illius cū exultatione virtutē inuſitatum in his dū
taxat regionibus gaudebat exemplum. Ergo cum haud longe ab illa
villula nos mares nox īminens coegiſſet: ēxenium beato viro eadem
illa virgo tranſmiſit: fecitqꝫ Martinus quod ante nō fecerat. Nullius
enim ille vnq̄ ēxenium: nullius munus accepit. Nihil ex his quævir=
go venerabilis miſerat refutauit: dicens benedictionem illius a ſacer=
dote minime reſpuendā: que eſſet multis ſacerdotibus preferenda. Au
diant queſo virgines iſtud exemplū: vt fores ſuas: ſi eas mali obſidere
voluerit: etiā bonis claudāt & ne a ſe improbris ſit liber acceſſus: non
vereantur excludere etiam ſacerdotes Totus hoc mundus exaudiat:
videri ſe a Martino virgo non paſſa eſt. non vtiqꝫ illa quemcunqꝫ a ſe
repulit ſacerdotē: ſed in ei⁹ viri cōſpectū puella nō venit: q̄ videre ſal⁹
videntiū fuit. Quis aūt hoc ali⁹ p̄ter martinū ſacerdos nō ad ſuā iniu
riā retuliſſet quos aduerſus ſc̄ām virginē mot⁹: quātaſqꝫ iras mēte cō
cepiſſet: hereticā īdicaſſet anatematiꝫādū eē decreuiſſet: quā vero illi
beate aīe illas virgines p̄tuliſſet: q̄ crebris occurſib⁹ vtiqꝫ ſe p̄bēt ob=
uias ſacerdotib⁹: q̄ cōuiuia ſūptuoſa diſponūt: q̄ vna pariter accūbunt?
Sed quo me ducit oratio? Paululū iſte liberior ſermo reprimēd⁹ ē: ne
in aliquoꝝ forſitā incurrat offenſā. Et em̄ infidelib⁹ obiurgatiōis ver
ba nō pderūt: fidelib⁹ aūt ſatiſfaciet exēplū. Verū ego ita virtutē hui⁹

ſale cōdita memorare. Quā recēs tōſaȝ forte cōſpexerat: Euāgelicū i=
quit mādatū iſta cōpleuit: Duas habuit tunicas: vnā earū largita ē nō
habenti. Ita ergo vt vos facere debetis. Itē cū ſubulcū algentem ac pe
ne nudū in pelliceaveſte vidiſſet: en ī quit adam eiectus de paradiſo in
veſte pellicia ſues paſcit: ſed nos illo vetere depoſito: qui adhuc in
iſto manet: nouum adam potius induamus. Boues ex parte prata de
pauerant: porci etiam nonnulla ſuffoderant: pars cetera que manebat
illeſa diuerſis floribus quaſi picta vernabat. Speciem inquit gerit
pars illa coniugii: que pecore depaſta: & ſi non penitus gratiam ami=
ſit herbarū/ nullam tamē florum retinet dignitatē. Illa vero: quā por
ci pecora īmunda foderunt: fornicationis imaginē fedaȝ pretēdit. Ce
terum illa portio: que nullā ſenſit iniuriā: gloriam virginitatis oſten=
dit. Herbis ſecunda luxuriat: ſui in ea fructus ex huberat: & vltra om=
nem ſpeciē diſtinctā floribus quaſi gēmis mirantibus ornata radiat.
Beata ſpecies & deo digna. Nihil enim virginitati eſt cōparandū. Ita
& illi qui coniugia fornicationi cōparant: vehementer errant Et illi q
coniugia virginitati equanda exiſtimant miſeri/ penitus & ſtulti ſunt.
Verum hec a ſapientibus tenenda diſtinctio eſt: vt coniugium perti=
neat ad veniam: virginitas ſpectet ad gloriam: fornicatio deputetur
ad pœnam niſi ſatiſfactione purgetur. Miles quidam cingulum in ec
cleſia monachoruȝ profeſſus abiecerat cellulam ſibi eminus in remo
to quaſi eremita victurus erexerat. Interea aſtutus inimicus variis co=
gitationibus brutum pecus agitabat: vt coniugem quaȝ Martinus in
monaſterio puellarum eſſe preceperat: voluntate mutate ſecum potius
vellet habitare Adit ergo Martinum fortis eremita: & quid haberet
animi confitetur. Ille vero vehementer abnuere feminā viro rurſus iā
monacho nō marito incongrua ratione miſceri. Poſtremo cum miles
inſtaret affirmans nihil hoc propoſito eſſe nociturū ſe ſolo coniugis
vti velle ſolatio. Porro ne rurſum ſe in ſua reuoluerent nō eſſe metuē=
dum: ſe eſſe militē Chriſti: illa quoqȝ in eadē eiuſdem militie ſacramen
ta iuraſſe: pateretur epiſcopus ſanctus eos ſexum ſuū fidei merito ne=
ſcientes pariter militare (tū Martinus) verba vobis ipſa dicturus ſuȝ.
Dic mihi inquit/ ſi vnquā in bello fuiſti: ſi in acie conſtitiſti? At ille re=
ſpondēs frequenter inquit in acie ſteti: & bello frequenter interfui. Ad
hec Martinus: dic mihi ergo: nūquid in illa acie que armata in preliuȝ
parabatur: vt iā aduerſus hoſtilem exercituȝ collocato cominus pede
diſtricto enſe pugnabat: vllā fœminā ſtare vt pugnare vidiſti? Tū de=
mū miles cōfuſus erubuit: gratias agēs errori ſuo ſe nō fuiſſe ꝑmiſſuȝ:
nec aſꝑa increpatione verborū ſed vera & rationabili ſecundū ꝑſonaȝ
militis cōparatione correctū. Martinus aūt cōuerſus ad nos ſicut euȝ



fratrū turba vallauerat: mulier inquit virorū caſtra nō adeat: acies mili
tū ſeparata cōſiſtat. Procul femina in ſuo degēs tabernaculo ſit remo
ta. Cōtēptibilē eñ reddit exercitum: ſi virorū cetibus turba fœminea
miſceat. Miles in acie miles pugnet in cāpo: mulier ſe intra muroꝝ mu
nimēta cōtineat. Habet & illa gloriā ſuā: ſi pudiciciā viro abſente ſer=
uauerit. Cuius hec prima virtus & cōſummata victoria: eſt nō videri.
Illđ vero ſulpici memiſſe te credo: quo affectu nobis dū & tu coraȝ ad
eſſes illā virginē p̄dicarit: q̄ ita ſe penitꝰ ab oīum viroꝝ oculis remo=
uiſſet: vt ne ipſum quidem ad ſe Martinum: cū eam ille officii cauſa vi
ſitare vellet: admiſerit. Nā cū per angelulū illius preteriret: in quo ſe
iam ante cū plures annos pudica cohibebat audita fide illius atqȝ vir
tute deuertit: vt illuſtris meriti puellam religioſo officio epiſcopus ho
noraret. Nos conſequenter gauiſurā illā virginē putabamus: ſi qui=
dem hoc in teſtimoniū virtutis ſue eſſet habitura ad quam tanti nomi
nis ſacerdos depoſito propoſiti rigore veniſſet. Vere illa fortiſſima vi
cula propoſiti: ne Martini quidem contemplatione laxauit. Ita vir
beatus accepta per aliam fœminam excuſatione laudabili ab illius fo
ribus: quæ ſe videndam ſalutandamqȝ non dederat: letus abſceſſit. O
virginem glorioſam que ne a Martino quidem paſſa eſt ſe videri. O
Martinum beatum: qui illam repulſam non ad contumeliam ſuam du
xit: ſed magnificans illius cū exultatione virtutē inuſitatum in his dū
taxat regionibus gaudebat exemplum. Ergo cum haud longe ab illa
villula nos mares nox īminens coegiſſet: ēxenium beato viro eadem
illa virgo tranſmiſit: fecitqȝ Martinus quod ante nō fecerat. Nullius
enim ille vnq̄ ēxenium: nullius munus accepit. Nihil ex his quæ vir=
go venerabilis miſerat refutauit: dicens benedictionem illius a ſacer=
dote minime reſpuendā: que eſſet multis ſacerdotibus preferenda. Au
diant queſo virgines iſtud exemplū: vt fores ſuas: ſi eas mali obſidere
voluerit: etiā bonis claudāt & ne a ſe improbris ſit liber acceſſus: non
vereantur excludere etiam ſacerdotes Totus hoc mundus exaudiat:
videri ſe a Martino virgo non paſſa eſt. non vtiqȝ illa quemcunqȝ a ſe
repulit ſacerdotē: ſed in eiꝰ viri cōſpectū puella nō venit: q̄ videre ſalꝰ
videntiū fuit. Quis aūt hoc aliꝰ p̄ter martinū ſacerdos nō ad ſuā iniu
riā retuliſſet quos aduerſus ſc̄ām virginē motꝰ: quātaſqȝ iras mēte cō
cepiſſet: hereticā īdicaſſet anatematiȝādū eē decreuiſſet: quā vero illi
beate aīe illas virgines p̄tuliſſet: q̄ crebris occurſibꝰ vtiqȝ ſe p̄bēt ob=
uias ſacerdotibꝰ: q̄ cōuiuia ſūptuoſa diſponūt: q̄ vna pariter accūbunt?
Sed quo me ducit oratio? Paululū iſte liberior ſermo reprimēdꝰ ē: ne
in aliquoꝝ forſitā incurrat offenſā. Et eñ infidelibꝰ obiurgatiōis ver
ba nō ꝓderūt: fidelibꝰ aūt ſatiſfaciet exēplū. Verū ego ita virtutē huiꝰ

virginis predicabo: vt tñ nihil illis q̃ ad Martinũ videdũ ex lõginqs
regionibꝰ ſepe venerũt arbitror derogãdũ. Si qdẽ hoc beatũ virũ fre=
quẽter affectu et angeli frequentant. Cæterũ id qđ doctorꝰ ſuꝫ Poſtu=
miane hoc tibi me aũt intuebať teſte ꝓhibeo Quodã die ego & iſte Sul
picius pro foribus illiꝰ excubãte iã ꝑ aliqđ horas cũ ſilẽtio ſedebamꝰ
ingẽti honore & tremore quodã: ac ſi añ angeli tabernaculũ mãdatas
excubias duceremꝰ. Cũ qdẽ clauſo cellulæ ſue hoſtio nos ibi eſſe ne=
ſciret. Interi colloquẽtiũ murmur audiuimꝰ; & mox horrore quodam
circũfundimur: ac obſtupẽtes nec ignorare potuimꝰ neſcio qd fuiſſe
diuinũ. Poſt duas fere horas ad nos Martinꝰ egrediť: ac tũ eũ iſte Sul
piciꝰ (ſicut apud eũ nemo familiariꝰ loqbať) cœpit orare: vt pie q̃ren
tibus ĩdicaret: qd illud diuini fuiſſet honoris: qđ fatebamur nos ambo
ſenſiſſe: vel cũ qbꝰ fuiſſet in cellula collocutꝰ: tenuẽ eñ nos licet & vix
intelligibilẽ ſermocinãtiũ ſonũ ꝓ foribus audiſſe. Tũ ille diu multũqꝫ
cũctatꝰ: ſed nihil erat qđ ei Sulpiciꝰ nõ extorq̃ret ĩuito: ĩcredibilia for=
te dicturꝰ ſũ: ſed Chriſto teſte nõ mẽtior: niſi qſquã ẽ tam ſacrilegꝰ: vt
Martinũ fuiſſe mẽtitũ dicã inquit vobis: ſed vos ipſi nulli q̃ſo dicatis

Agnes:
Tecla.
Maria.
Petrus.
Paulus.
Mercuriꝰ
Iupiter.

Agnes tecla & Maria mecũ fuerũt. Referebat aũt nobis vultũ atqꝫ ha=
bitũ ſingularũ. Nec vero illo tñ die: ſed frequẽter ſe ab eis cõfeſſus eſt
viſitari. Petrũ etiã & Paulũ apoſtolos videri a ſe ſepius non negauit.
Iam vero demones prout ad eũ quiſqꝫ veniſſet ſuis nominibus incre=
pabat: Mercurium maximo patiebatur infeſtum: Iouẽ brutum atqꝫ he
betem eſſe dicebat. Nec pleriſqꝫ etiam in eodem monaſterio cõſtitutis
incredibilia videbantur: ne dum ego confidi omnes qui hec audient
credituros. Nã niſi inextimabilem vitã atqꝫ virtutem Martinus egiſ=
ſet: nequaquã apud nos tanta gloria preditus haberetur. Equideꝫ qđ
mirum ſi in operibus Martini infirmitas humana dubitauerit: cũ mul
tos hodieqꝫ videamus ne euangeliis quidẽ credidiſſe. A Martino aũt
ſepe angelos viſos familiariter & ſenſimus & experti ſumus. Rẽ mini
mam dicturus ſum: ſed tamen dicam. Apud Emanſum epiſcopatum
ſinodus habebatur. ad quaꝫ quidem ire noluerat: ſed quid geſtũ eſſet:
ſcire cupiebat. Caſu cũ eo iſte Sulpicius nauigabat: ſed ꝓcul vt ſẽp a ce
teris ſolus in remota nauis parte reſidebat. Ibi ei angelus quod geſtũ
eſſet in ſinodo nũciauit. Cæteruꝫ cũ de fine ſeculi quereremus: ait no

Nero.
Antichri
ſtus.

bis Neronẽ & antichriſtũ prius eſſe vẽturos. Neronem in occidenta=
li plaga ſubactis decẽ regibus imperaturum: perſecutioñeqꝫ ab eo ratꝰ
excercendaꝫ: vt idola gentium coli cogat. ab Antichriſto vero primũ
orientis eſſe capiendum imperium: ipſumqꝫ caput regni in hieroſo=
lima habiturum: ab illo vrbem & templuꝫ reparanda. Illius enim per
ſecutione futurum dicebat: vt Chriſtum deuꝫ cogat negari: ſe potius



Chriſtum eſſe confirmans: omneſqꝫ ſecundum legem iubeat circun=
cidi. Ipſum deniqꝫ Neronem ab Antichriſto eſſe perimendum: atqꝫ
ita ſub illius poteſtate vniuerſum orbem cunctaſqꝫ gentes eſſe redigẽ
das: donec Chriſti aduentu impius opprimatur. hec cũ maxime Gal=
lus ne dum explicitus que ſtatuerat referre loqueretur: puer familiaris
ingreſſus eſt: nunciãs refrigerium preſbyterum ſtare pro foribus. Du=
bitare cœpimus vtrum Gallum ad huc eſſet melius audire: an ex opta
tiſſimo nobis viro qui officii cauſa ad nos veniebat occurrere. Tũ Gal
lus. Etiam ſi non aduentu ſanctiſſimi ſacerdotis relinquenda nobis
eſſet oratio: nox ipſa cogebat hucuſqꝫ protractũ finire ſermoneꝫ. Ve=
rum quia de Martini virtutibus nequaquã explicari vniuerſa potue=
rũt hec vos hodie audiſſe ſufficiat: cras reliqua dicemus. Ita pariter ac
cepta hac Galli reſponſione ſurreximus.

De vita ſancti Martini liber ſecundus.

TVreſcito Galle: ſurgendũ eſt. Nã vt vides & Poſtumianus
inſtat: & hic preſbyter qui heſternũ auditoriũ amiſit expe=
ctat: vt q̃ de Martino in hodiernũ diẽ explicanda diſtule
ras: debitor ſpõſionis euoluas. Nõ ignarus quidẽ oĩumqꝫ
quecũqꝫ memoranda ſed dulcia & grata cognitio eſt etiaꝫ
nota relegenti: ſi quidẽ nature tam cõparatum ſit: vt meliore quis cõ
ſciẽtia ſe noſſe cõgaudeat: q̃ multorũ teſtimonio nõ eẽ incerta cogno
ſcat. Nã & hic a prima adoleſcentia Martinũ: ſecutus nouit quidẽ oĩa:
ſed libẽter cognita recognoſcit. Fatebor eñ tibi Galle: Martini mihi
ſepius auditas eſſe virtutes: quippe qui de eo etiam litteris multa man
dauerim: ſed per geſtorum admirationẽ ſemper mihi noua ſunt: q̃ de
illo licet audita ſepius reuoluuntur. Proinde additũ nobis refrigeriũ
auditorem eo impenſius gratulamur: quo promptius Poſtumianus
iſte qui hec orienti inferre feſtinat: quaſi ſub teſtibus cõſignatuꝫ abſte
accepturus eſt virtutẽ. Hec me loquẽte & Gallo ad narrãdũ parato: ir
ruit turba monachorũ. Enagrius preſbyter: Aper Sebaſtianus Agri=
cola & poſt paululum ingreditur preſbyter noſter externis cum Cal=
lipione dracona & amatore ſub diacono: poſtremus Aurelius preſby
ter dulciſſimus longiore via victus anhelus occurrit. Nos inquiunt
heſterno cognouimus Gallum iſtum: per totum diem Martini nar=
raſſe virtutes & reliqua in hodiernum diem quia nox oppreſſerat di=
ſtuliſſe: propterea frequẽs auditoriũ facere tanta materiã locuturo In
terea nũciatur multos ſecularium ſtare pro foribus nec ingredientes
ſed vt admitterentur orantes. Tum aper nequaquam inquit iſtos no=
bis admiſceri conuenit: quia audiendum curioſitate potius quam reli=
gione venerunt. Confuſus ego illorum vice: quos non admittendos

eſſe cenſebat : ægre tamen obtinui : & Thucerium ex vicariis & Cel=
ſum admitterent conſularem Ceteri ſunt repulſi . Tum Gallum media
in ſede componimus: Qui cum diu nobili ſua verecundia ſilentium te
nuiſſet: tandem ita exorſus eſt. Conueniſtis ad me audiendum & ſan=
cti & diſerti: ſed religioſas potius q̃ doctas aures arbitror attuliſtis: au
ditori me fide eſtis non oratoris copia locuturum. Que autẽ heſterno
dicta ſunt non reuoluaʒ Illa qui nõ audierunt: ex ſcriptis recognoſcẽt
Noua Poſthũianus expectat nnnciaturus orienti ne ſe in comparatio
ne Martini preferat occidenti. Ac primũ cogitat/cupit/deſyderat/ge
ſtit animus. quod Refrigerius in aurem ſuggerit explicare Res in Car
noto geſta eſt ciuitate. Pater filiaʒ duodecennem ab vtero mutã Mar=
tino cœpit offerre: poſcens vt linguam ligatam meritis ſuis ſanctus ab
ſolueret. Ille cedens epiſcopis qui tum forte latus illius in ambiebant.
Valentiano atqꝫ Victricio imparem ſe eẽ tante moli : ſed illis quaſi ſan
ctioribus nihil eẽ impoſſibile fatebatur. At illi pias preces vna cum pa
tre ſupplici voce ingentes cœperũt orare Martinũ: vt ſperata preſtaret
Nec cunctatus vltra vtrũqꝫ preclarum : & oſtendẽdo humilitatem nec
differendo pietatem: iubet cirunſtantis populi multitudinem ſubmo
ueri. Epiſcopis tm̃ & puelle patre aſſiſtẽtibus in orationẽ ſuo illo mo
re proſternit. Dein pauxillũ olei cũ exorſini perfatione benedicit: atqꝫ
ita in os puelle ſanctificatum liquorem: cũ linguã illius digitis tene=
ret: infudit. Nec fefellit ſanctũ virtutis euentus: patris nomẽ interro=
gat: mox illa reſpondit. Proclamat pater cũ gaudio pariter & lachry=
mis Martini genua cõplexus & hanc primaʒ ſe filie audiſſe vocẽ cun=
ctis ſtupentibus fatebatur. Ac ne cuiquã id forte incredibile videatur:
perhibeat preſens Enagrius teſtimoniũ veritatis. Nã res ipſo preſen=
te tum geſta eſt Paruũ illud eſt quod nuper Arpagio preſbytero refe=
rente cognoui: ſed non pretermittendũ videtur. Auitia nicomitis vx
orem miſiſſe Martino oleum quod ad diuerſas morborum cauſas ne=
ceſſariuʒ ( ſicut eſt conſuetudo ) benediceret: ampullam vitreã iſtius mo
di fuiſſe: vt rotunpa in ventrem creſceret oro producto: ſed oris exten
tis cõcauum non repletum: quia ita moris ſit vaſcula illa compleri: vt
pars vm bonibus obſtruendis libera relinquatur. Teſtabatur preſbyter
vidiſſe ſic oleum ſub Martini benedictione creuiſſe: quod exũdante co
pia ſuperne diffflueret eandemqꝫ dum ad matrem familias vaſculuʒ re
ferretur ſeruaſſe virtutem. Nam iuter manus pueri reportantis ita ſem=
per exundaſſe oleum: vt omne illius veſtimentum copia ſuperfuſi li=
quoris operiret: matronam ita vſqꝫ ad ſummum labrum plenum vaſcu
lum recepiſſe: vt preſbyter hodieqꝫ fateatur obdendi peſſuli quo clau=
di diligentius ſeruanda conſueuerunt. in vitro illo ſpacium non fuiſſe



Mirũ & illud ( quod huic ) me autẽ intuebat: memini contigiſſe Vas vi
treũ cũ oleo: quod Martinus bñdixerat in feneſtra paululũ editiore de
poſuit: puer familiaris icautior linteũ ſuperpoſitũ ampullã ibi eẽ igna=
rus abſtraxit: vas ſuper conſtratũ marmore pauimẽtũ decidit . Cũctis
metu ex pterritis: ne benedictio dixiſſet. ampula proinde incolumis ẽ
reperta: ac ſi ſuper plumas molliſſimas decidiſſet. Que res non potiꝰ
ad caſuʒ quam ad Martini eſt referenda virtutem: cuius benedictio pe
rire non potuit. Quid illud quod factũ a quodã cuius nomẽ quia pre=
ſens eſt: & prodi ſe vetuit ſupprimetur: Cui quidẽ tẽpori hic etiã Satur Auitianꝰ.
ninus interfuit Canis nobis in portunior ob latrabat In nomine inqt
Martiui iubeo te obmuteſcere. Cani heſit latratus in gutture: ita vt lin
guam abſciſam putarem obmutuit Ita patum eſt ipſum Martinum fe=
ciſſe virtutes credite mihi quia etiam alii in nomine eius multa fecerũt
Auitiani quondã comitis nouerat barbaram nimis & vltra oĩa cauẽ
dam feritatem. Hic rabido ſpiritu ingreſſus turonum ciuitatẽ ſequenti
bus eum miſerabili facie ordinibus cathenatis: diuerſa perdẽdis para=
ui iubet generat pœnaꝶ: diſponẽs poſtero die attonita ciuitate ad opꝰ
tam triſte procedere: Quod vbi Martino cõpertũ eſt: ſolus paulo ante
mediã noctẽ ad pretoriũ beſtie illius tendit. Sed cũ profunde noctis
ſilentio quieſcentibus cunctis: nullis foribus obſeratis pateat ingreſſꝰ
aut limina cruenta proſternitur. Interea Anitianus graui ſomno ſepul
tus: angelo ingruente ꝑcellitur . Seruus inqt dei ad tua limina iacet: &
tu quieſcis? Qua ille voce percepta lecto ſuo turbatus excutitur . Cõuo
catiſqꝫ ſeruis: trepidus exclamat Mattinũ eẽ proforibus. Irent protinꝰ
clauſtra reſerarent: ne dei ſeruus iniuriã pateret. Sed illi vt eſt oĩm natu
ra ſeuuorũ vix prima limina regreſſi irridentes dominũ ſuũ quod ſom
no fuiſſet illuſꝰ: negãt queq̃ eſſe proforibꝰ: ex ſuomet ingenio coniectã
tes neminẽ nocte poſſe vigilare: ne dũ illi crederent in illo noctis hor
rore iacere ante a liena limina ſacerdotẽ Idqꝫ Auitiano facile perſuaſuʒ
rurſum ſoluitur in ſoporem . Sed mox vi maiore concuſſus exclamat
Martinũ ſtare pro foribus: ſibi ideo nullam quietem animi corporiſqꝫ
permitti. Tardantibus ſeruis ipſe vſqꝫ ad limiã exteriora progreditur.
Ibi Martinum vt ſenſerat deprehendit percuſſus miſer tante mani=
feſtatione virtutis: quid inquit mihi hoc domine feciſti? nihil te loq ne
ceſſe eſt ſcio quid deſyderes video quid reqras diſcede quantocyꝰ Se=
ne me ob iniuriã tum celeſtis ira conſumat. Satis ſoluerim hucuſqꝫ pœ
narum: crede quia non leuiter apud me actum eſt: vt ipſe procederem
Poſt diſceſſum autem ſancti aduocat officiales ſuos: Iubet omnes cu=
ſtodias relaxari: & mox ipſe proficiſcitur . Ita fugato Auitiano letata ẽ
ſe ciuitas liberatam. Hec cum multis Auitiano referente cõperta ſunt:

tum nuper Refrigerius preſbyter quem coram videtis ab Agarido fi-
deli viro ex tribunis ſub inuocatione diuine maieſtatis audit: qui ſibi
hoc ab ipſo Auitiano iuratum eſſe dicebat Ceterum nolo miremini me
hodie facere qd heſterno die nō feci vt ad ſingulas quaſq; virtutes noi
na teſtiūq; perſonaſq; ſubnecta3. Ad quas ſi qnis fuerit incredulus: qa
adhuc in corpore ſunt recurrat. Exigit id infidelitas pulurimoru3 qui
in aliquibus heſterno memorata ſun nutare dicuntur. Accipiunt ergo
teſtes adhuc incolumes atq; viuentis: quibus quia de fide noſtra dubi
tant: magis credant. Sed ſi q deo infideles ſunt: profiteor quia nec il-
lis ſunt credtiuri. Miror autem quēq̄ qui vel tenuem ſenſum religiōis
habeat: tantum piaculi velle committere: vt putet quenquam de Mar
tino poſſe mentiri. Faceſſat a quo quam qui ſub deo viuit iſta ſuſpicio
Nec enim Martinus hoc intelliget vt mandaciis aſſeratur: ſed tamen
totius ſermonis fidem apud te Chriſte depromimus: nos nec alia di-
cturos: quam que aut ipſi vidimus: aut que manifeſtis auctoribus vel
plerumq; ipſo referente cognouimus. Cætetum et ſi dialogi ſpeciem
quo ad leuandum faſtidium lectio variaretur aſſumpſimus: pie nos p̄-
ſtare profitemur hiſtorie veritatem: Hec me extrinſecus inſerere non
nullorum incredulitas non ſine meo dolore compulerit: ſed redeat
ad noſtrum ſermo conſenſum. In quo me cum tam ſtudioſe aut audi-
ri videam: fatebar neceſſe eſt aprum feciſſe conſtanter: qui repulit infi-
deles eos: tantum iudicans audire debere qui crederent. Efferor ſi qd
creditis ſpiritu & pre dolore totus inſanio: quia non credunt Martini
virtutibus Chriſtiani: qnas demones fatebantur. Monaſterium beati
viri duobus a ciuitate erat millibus diſparatum. Sed ſi quotiens ven-
turus ad eccleſiam pedem ex ſue cellule limen extulerat videres per to-
tam eccleſiam inergumimos rugientes: & quaſi audiente iudice agmi
na damnanda trepidare: vt aduentum epiſcopi clericis qui venturum
eſſe neſcirent demoniorum gemitus indicaret: Vidi quendam appro-
pinquante Martino in aere raptum manibus extenſis in ſublime ſu-
ſpendi: vt ne quaquam ſolum pedibus attingeret. Si quando exorci3
andorum demonum Martinus operam recepiſſet: neminem manib9
attrectabat: neminem ſermonibus increpabat: ſicut plerumq; per cle
ricos rotatur turbo] verborum: ſed amotis inerguminis ceteros iube-
bat abcedere ac foribus obſeratis in medio eccleſie cylicio circūtectus
cinere reſperſus ſolo ſtratus orabat. Tum vero cerneres miſeros diuer
ſo exitu urgeri: hos ſublatis in ſublime pedibus quaſi de nube pende-
re: nec tamen veſtes defluere ſuper faciem: ne faceret verecundiam nu-



data pars corporum. At in parte alia videres viros ſine interrogatio-
ne vexatos & ſua crimina confitentes. Nomina etiam nullo interro-
gante prodebant. Ille ſe Iouem: iſte mercurium fatebatur impletum
quod ſcriptum eſt: quoniam ſancti de angelis iudicabunt. Pagum
quendam in ſenonico: annis ſingulis grando vaſtabat. Compulſi
extremis malis incole a Martino auxilium popoſcerunt: miſſa per Au
ſpicium prefectorium virum ſatis fide legatione: cuius agros ſpe-
cialiter grauius q̄ ceterorum aſſueuerat ptocella populari. Sed facta
ibi oratione Martinus ita vuiuerſa penitus liberauit ab ingruenti pe-
ſte regionem: vt per viginti annos quibus poſtea manſit in corpo-
re grandinem in illis locis nemo pertulerit. Quod ne fortuitum eſ-
ſe et non potius Martino preſtitum putaretur: eo anno quo ille defun-
ctus eſt rurſus incubuit rediuina tempeſtas? Adeo ſenſit & mun-
dus viri fidelis exceſſum. vt cuius vita iure gaudebit eiuſdem mortem
lugeret. Cæterum hæc ſi ad probanda quæ diximus teſtes etiam
infirmior auditor exegerit: non vnum ego hominem ſed multa mil-
lia producā: & totā in teſtimonium virtutis expertam Senonum aduo
cabo regionem. tamen tu Refrigeri preſbyter credo meminiſti nuper
nobis ſuper hoc cum Romulo auſpicii illius filio honorato & religio
ſo viro fuiſſe ſermone3 qui hæc nobis tanq̄ ſibi comperta referebat: &
cum futuris prouentibus per aſſidua damna trepidiaret: vt ipſe vidi-
ſti magno ſecum mœrore lugebat Martinum non ad hęc tempora re
ſeruatum Sed vt ad auitianum recurram: qui cum in omnibus locis
cunctiſq; in vrbibus ederet crudelitatis ſuæ infanda monumenta: tu-
ronis tantum innocens erat: & illa beſtia quæ humano ſanguine &
infelicium mortibus alebatur: mitem ſe atque tranſquillium beato vi-
ro præſente præſtabat. Memini quodam die ad eum veniſſe Mar-
tinum: qui vbi ſecretarium eius ingreſſus eſt: videt poſt tergum ip-
ſius demonem miræ magnitudinis aſſidentem. Quem eminus
vt verbo quia ita neceſſe eſt parum latino loquamur exufflans. Aui-
tianus ſe exufflari exiſtimans: quid me inquit ſancte ſic accipis? Tum
Martinus non te inquit: ſed eum qui ceruici tuæ teter incumbit. Ceſ-
ſit diabolus: & reliquit familiare ſubſellium. Satiſq; conſtat poſt
illum diem Auitianum mitiorem fuiſſe: ſeu quod intellexerit egiſſe ſe
ſemper aſſidentis ſibi diaboli voluntatem: ſeu quod immundus ſpi-
ritus ab illius conſenſu per Martinum fugatus priuatus eſt ptāte craſ-
ſādi: cū erubeſceret miniſter auctorē: nec miniſtrū auctor vigeret. In vi
co āt ābatienci id ē caſtello illo veteri: qd nūc frequēs habitatur a fra-

tribus: idolũ noueratis grandi opere cõſtructum. Politiſſimis ſaxis
moles turrita ſurrexerat:que in thronũ ſublime procedẽs ſuperſtitio=
Marcellꝰ. nem loci operis dignitate ſeruabat Huius deſtructionẽ Marcello ibi=
dem conſiſtenti preſbytero vir beatus ſepe mandauerat. Poſt aliquaʒ
tulum tempus regreſſus increpat preſbyterũ: cur adhuc idoli ſtructu=
ra conſiſteret. Ille cauſatus vix militari manu & vi publice multitudi=
nis tantã molem poſſe ſubuerti:ne duʒ id facile peto imbecillos cleri=
cos aut infirmos monachos quiuiſſe curari. Tum Martinus recurrẽs
ad nota preſidia noctem totam in oratione peruigilat. Mane orta tẽ=
peſtas edem idoli vſqꝫ ad fundamentũ prouoluit. Verum hec Marcel
Refrige=rius. lo teſte dicta ſunt Aliam eius nõ diſſimilẽ in ſimili opere virtutẽ Re=
frigerio aſtipulante perhibeo: Colũnam in mẽſe molis:cui idolum ſu=
perſtabat:parabat euertere: ſed nulla erat facultas:qua id daretur effe=
ctui. Tum ad orationem ſuo more conuertitur. Viſam certum ẽ pari=
lem quodam modo colũnam ruere de cœlo: quæ impacta idolo totã
illaʒ ĩexpugnabilem molem ſoluit in puluerẽ. Parũ ſcilicet eſſet: ſi in=
uiſibiliter celi virtutibus vteretur: niſi ipſe virtutes viſibiliter ſeruire
Martino humanis etiã oculis cernerentur. Idem autẽ refrigerius mihi
teſtis eſt: mulierem profluuio ſanguinis laborantẽ: cum Martini ve=
ſtem exemplo mulieris illius euangelice contigiſſet: ſub momento tẽ
poris fuiſſe ſanatam. Serpens flumen ſecabat:& ripe in qua conſtiterat
annatabat. In nomine ĩquit domini iubeo te redire. Mox ſe mala be=
ſtia ad verbũ ſancti retorſit:in vlteriorẽri pã nobis inſpectantibus trãſ
meauit. Quod cũ omnes non ſine miraculo cerneremus: altius inge=
miſcens ait Serpentes me audiunt:& homines non audiunt. Piſcẽ paſ
che diebus edere conſuetus paulo ante horam refectionis interrogat:
Gato. an haberetur in promptu. Tum Gato diaconus ad quẽ monaſterii ad
miniſtratio pertinebat doctus ipſe piſcari negat per totum diẽ ſibi vl
lam ceſſiſſe capturam:ſed neqꝫ alios piſcatores qui vendere ſolebant
quicꝗ agere quiuiſſe Vade inquit mitte linum tuũ. captura proueniet.
Cõtiguum flumini: vt Sulpicius deſcripſit:habebamus habitaculum.
Proceſſimus cuncti vt pote feriatis diebus videre piſcantem:omnium
rebus intentis non incaſſum futura temptamina: quibus piſcis Marti
no auctore Martini vſibus quereretur. Ad primum iactum in rete p=
modico immanem Iſocem diaconus extraxit: ad monaſterium letus
accurrens Nimirum vt dixit poeta neſcio quis:vtimur eñ verſu ſcho
laſticos fabulamur: captiuũqꝫ ſuem mirantibus intulit Argis vere iſte
Chriſti diſcipulis geſtarum a ſaluatore virtutum:quas in exemplũ ſan
ctis ſuis edidit: emulator Chriſtum in ſe monſtrabat operantem qui
ſanctum ſuum vſquequaqꝫ glorificans diuerſarum munera gratiaruʒ



in vnum hominem conferebat. Teſtatur arborius ex prefecto vidiſſe
ſe Martini manum ſacrificium offerentis veſtitam quodammodo no
biliſſimis gemmis:luce micare purpurea: & motu dextere colliſarũ in
ter ſe fragorem audiſſe gemmarum. Veniam ad illud quod propter
notã ſemper occultauit: ſed nos celare non potuit. In quo illud eſt mi
raculi:quod facie ad faciem cum eo eſt angelus collocutus. Maximus
ĩperator alias ſane bonus deprauatus conſiliis ſacerdotuʒ poſt priſcil=
liani necem Ithacium epiſcopum priſcilliani accuſatorem ceteroſqꝫ il
lius ſocios: quos nominari non eſt neceſſe: vi regia tuebatur:ne quis
ei crimini daret opera illius cuiuſcunque modi hominem fuiſſe dam=
natum. Interea Martinus multis grauibuſqꝫ laborantiuʒ cauſis ad co
mitatum ire compulſus procella ipſam totius tempeſtatis incurrit. Cõ
gregati apud Treueros epiſcopi tenebantur:qui quotidie cõmunican=
tes Ithacio communem ſibi cauſam fecerũt. His vbi nunciatum eſt in
opinantibus adeſſe Martinum totis animis labefactati muſſare & tre=
pidare cœperunt. Et iampridem imperator ex earum ſententia decre
uerat tribunos ſumma poteſtate armatos ad Hiſpanias mittere:.qui he
reticos inquirerent deprehenſis vitam & bona adimerent. Nec dubi=
um erat: qui in ſctõrum etiam maximam turbam tempeſtas iſta depo
pulatura eſſet:paruo diſcrimine inter hominum genera. Etenim ſolis
oculis iudicabatur:cum quis pallore potius aut veſte quam fide here=
ticus extimaretur. Hæc nequaꝗ placitura Martino epiſcopi ſentiebãt:
ſed male conſciis illa vel moleſtiſſima erat cura: ne ſe ab eorum com=
munione aduenieus abſtineret: non de futuris qui tanti viri conſtan=
ciam premiſſa auctoritate ſequerentur. Iueunt cum imperatore conſi=
lium vt miſſis obuiam magiſtri officialibus vrbem illam propius veta=
retur accedere: niſi ſecum pace epiſcoporum ibi conſiſtentium affoe
fateretur. Quos ille callide eſt fruſtratus profitetur ſe cum pace Chriſti
eſſe venturum. Poſtremo ingreſſus nocturno tempore adit eccleſiam
tantum orationis gratia. Poſtero die palatium petit Preter multas
quas euoluere longum eſt:has principales petitiones habebat pro nar
ſete comite & leucadio preſide:quorum ambo gratia partium fuerant
partinatioribus ſtudiis:quibus non eſt nunc temporis explicare iram
intenſionis & meriti. Illa principue cura ne tribuni cum iure gladiorũ
ad Hiſpanias mitterentur. Pia enim erat pollicitudo Martino: vt non
ſolum chriſtianos qui ſub illa erant occaſione vexandi: ſed ipſos etiaʒ
hereticos liberaret. Verum primo die atqꝫ altero ſuſpendit hominem
callidus imperator: ſiue vt rei pondus imponeret ſiue quia obnoxius
ſibi implicabilis erat:ſeu quia vt pleriqꝫ tum arbitrabantur auaritia re

pugnabat: ſi quidez in bona eorum i hiauerat. Fertur enim vir ille mul
tis boniſq; actibus prœditus aduerſus auaritiam parum conſuluiſſe: ni
ſi regni neceſſitas quippe ex hauſto a ſuperioribus principibus rei
publice erario pene ſemper in expectatione atq; procinctu bellorū ci
uilium conſtitutus: facile excuſabitur quibuſlibet occaſionibus ſubſi=
dia imperio parauiſſe. Interea epiſcopi quorum cōmunionē nō inibat
Martinus trepidi ad regem cucurrerunt præ damnatos ſe conqueren
ſancti Martini diuitis caſtri noui dicitur de qua primo Rollonem fu=
giens ſublatus fuerat in qua etiam ab vniuerſis epiſcopis dioceſis ſue
a clero etiam & populo ſuſceptus in loco vbi nunc adoratur hucuſqꝫ
ſeruatur. Domino igitur vt diximus turonenſi Martino turoni ſuã in
milibus ſuis ingrediente tota ciuitas obuiam fuit & ab adalardo ar=
chipreſule turonenſi & fratre eius Raimone aurelianeñ & mainoldo
cenomanenſi & ſancto Lupo andegauenſi & a ſuffraganeis prouintie

totius epiſcopis & congratulanter occurritur & omnis ſexus indiffe=
renter deſyderato diu domino ſuo letabundus occurrens lachrymis
quas gaudiũ extorſerat perfunditur. Ab epiſcopis ſiquidem & abba=
tibus a clero & virginibus a populis & baronibus a pueris etiam & ſe
nibus in eccleſiam ſuam cum cereis & crucibus cum hymnis & laudi
bus glorioſus antiſtes glorioſe deducitur: & in proprie ſedis priſtino
gradu cum debito honore & ſumma reuerentia collocatur.

¶ Hec eſt igitur glorioſa & ſolẽnis exceptio qua adeo archipreſul tu
ronẽſi Martinus ab exilio reuertens ab alũnis ſuis officioſe excipitur
& in propria vt dictum eſt ſede reſidens omni petenti ſe vt ſui moris
eſt plurimum ſuffragatur. Hoc exceptionis celebre feſtum anno ab in
carnatione domini octingenteſimo octogeſimo ſeptimo a tranſue=
ctione triceſimo primo. Idus decembris celebriter agi ab adalando
archiepiſcopo turonenſi. & a comprouincialibus epiſcopis celebrata
Sinodalis ſanciuit auctoritas q̃ quando recolitur a danis facta deſtru
ctio & Martini repatriãtis celebris & iocunda a ſuis memorialis exce
ptio memoratur.

¶ Te ergo o bone Martine pie pater paſtor & patrone noſter nobis fi
liis & alũnis necnon & veneratoribus tuis more tuo bona confer no
xia ſubmoue & orationũ iugi inſtantia gaudia nobis interminabilis
vite obtine. Preſtante dño noſtro Ieſu xpo Qui cum patre & ſpiritu
ſancto viuit & regnat deus. Per oĩa ſecula ſeculorum Amen.

¶ Tractatus ade al's odonis abbatis cluniacenſis.
Q̃ beatiſſimus Martin⁹ par dicitur apoſtoli.

OMnibus beatiſſimi Martini memoriam pie venerantibus
Adam al's odo inter veneratores eius exigu⁹ patris eiuſdẽ
veſtigiis inherere. pleroſq̃ ſcandaliſari audio q̄ Martinũ
noſtrum parem apoſtolis canat & glorietur eccleſia. Que
Martini laus fere vbiq̃ terrarũ in ore eccleſie reſonat ma
xime in illis locis vbi celebrius & deuotius eius ſanctitas honoratur.
Vnde propoſiti mei eſt Martini confutare emulos obtrectatores per
ſequi ab eo vtiq̃ auxilii implorans gratiam a quo ille accipere meruit
vt par apoſtolis diceretur & eſſet Epiſcopalis quippe gratie virũ ſin
gulari donatum gloria apoſtolis parificare potuit: & proculdubio pa
rem fecit. Qui ſolus exiſtens omnino incomparabilis ſine compara=
tione ſummus ẽ cuius pax exuperat omnem ſenſum. Ceterum ea que
infra eum ſunt q̃tumlibet talis nature ſue dignitas vel bonitas creato=
ris extulerit non refugiunt paritatis conſortium Et quod inſtituit cõ



ditoris auctoritas non inuidet cõmunio charitatis. Quid igitur Vt
Martinus par apoſtolis eſſet fieri potuit: aut non potuit? Si nõ potuit
& limitibus quibuſdam coarctabitur dei oĩpotentia. Vbi eſt q̄ in ſcri
pturis deus omnipotens appellatur? An fortaſſe omnipotens deus eſt
ſed gratie preuilegiũ quo donauit apoſtolos perfectis eoꝝ ſequacib⁹
non voluit elargiri? Si aũt quod verum potuit facere omnipotens vt
qui perfectionẽ apoſtolicam bene viuendo tenuerũt equalitatẽ quoq̃
glorie ſortiantur. Quid impedit Martinũ ne gradus apoſtolici ſubli=
mitate donetur? An quia ad promerendũ gratie ſufficientiam non ac
cepit? An accepit quidẽ ſed apoſtolorũ inuidia (q̄d nefas eſt dicere)
& glorie conſortium denegauit? Quis hoc vel cogirare andeat? Et di
cit fortaſſe aliquis ideo Martinum non eſſe apoſtolis parem in gloria
quia eis fuerit inferior ſanctitate Vnde hoc probas quicũq̃ hoc dicis?
An inde ſumis argumentum quia apoſtoli prius electi q̃ a domino p̄=
ſente per carnem vocati/q̃ apoſtoli antonomatice ab eo ſunt appellati?
Sed ſi hac de cauſa eis Martinus inferior q̄ nichil horum habuerit/
ergo inferior & Paulus quia & poſterius ad fidem venit/& dominũ Paulus
in carne mortali non vidit nec ab eo apoſtolici nominis impoſitio=
ne honorari meruit/ſicut alii de quibus ſcriptum eſt quia eos apoſto=
los nominauit. Q̃ ſi ideo apoſtolos preferas quia dominum anteq̃
pateretur in carne preſentem & poſt reſurrectionem ſibi apparentem
& colloquentem videre meruerunt: quod & multis aliis datum eſt
teſte Paulo quia viſus eſt pluſq̃ quingentis fratribus ſimul. Certe &
hoc Martinus aſſecutus eſt quod nulli alii conceſſum legitur vt non=
dum renatus videre chriſtum dominum mereretur.

¶ O glorioſam cathecumini noſtri chlamydẽ qua ſe tegi chriſt⁹ glo
riã reputat. Sed longe rer ati fides glorioſior: cui chriſtus nil quod
peteret denegauit. Nam ſi quis contendat de miraculis preferriq̃ in
virtutib⁹ apoſtolos velit: totus exclamat orbis Martino teſtimonium
perhibem plura eum in eo ſigna feciſſe q̃ de aliquo vnq̃ aliqua ſcriptu
ra proteſtetur. Deniq̃ ſi quis obiciat q̄ in vmbra Petri ponebantur S. Petrus.
infirmi & ſanabantur & nos de ſtramine in quo Martinus iacuit le=
gimus frequenter factas fuiſſe virtutes. Plus eſt ſane vile ſtramen
abſenti Martino operari virtutem: q̃ vmbram Petri (quod ſine eius
preſentia non potuit fieri) preſtare remedium poſtulanti vel infir=
manti. Verum ſine chriſto nec Petrus preſens potuit: nec Marti=
nus abſens virtutis aliquid fecit. Mira quidem ſunt hec & digna
omni admiratione miracula: vel vmbra Petri ſub eius preſentia vel
in abſentia Martini paleas in quibus iacuerat Martinus operari mi
rabilia. Sed longe mirabiliora & in ſolo Martino eminentia

reperimus Contigit nonuũq́ vt eo feſtinante ad viſitandum egrotũ aliquem priuſq́ medietatẽ confeciſſet itineris aduenientis virtutẽ ſenſiſſe egrotum/obuiã venienti proceſſiſſe incolumem:ſatis eſſe languẽti ad recuperandam ſalutem non ſolum perueniſſe/ſed vel iter veniendi inchoaſſe Martinum. Hoc de euantio auũculo ſuo ſeuerus ſulpitius teſtatur. In apoſtolis fortaſſe aliquis prerogatiuã martyrii anteponit: Martinus autẽ per effuſionem ſanguinis martyr non fuit/niſi q̄ tota vita eius martyriũ fuit. Apoſtolos certe voluntas & tẽporis neceſſitas martyres fecit. Sed quid propter hoc glorie Martinus perdere debuit Cui & ſi temporis neceſſitas non obtulit gladium perſecutoris:a corde tamen eius voluntas non defuit paſſionis. Ergo caret gloria martyris quem conſtat deſiderio martyrem extitiſſe. Alioquin Ioanni apoſtolo quia vitam ſupplicium non extorſit: martyrii negatur gloria. cũ tamen teſtetur veritas q̄ ſit ſuum calicem bibiturus. Hunc procul dubio Martinus calicem paſſionis bibit qui immuneras abſtinentias incredibiles cruces ſuſtinuit:ſeipſum voluntate macerans. Incinere & cilicio teſtis Ieſu Inuictiſſimus ſpiritum exalauit. Si ergo Martinus q̄tũ in ipſo erat martyr fuit/apud eum qui de voluntatibus iudicat:non habebit facti pondus ſanctiſſime efficatia voluntatis? Preſertim cum om ne hominis meritum in bona voluntate conſiſtat. Non eñ opera hominis merita eius ſunt/ſed ſigna meritorum potius:q̄q́ ſi perfectionẽ colligamus ex omnibus/nemo Martino p̄fertur. Sed forte ideo quis inferiorem iudicet apoſtolis Martinum q̄ illi fuerunt principes populorum doctores orbis/fundatores & fũdamenta eccleſie/primi eruditores fidelium:tanq̄ in ſchola xp̄i teneãt magiſtralis cathedre dignitatem. Vnde nec ratio patitur magiſtris equari diſcipulos:maxime cum magiſter & dominus omnium dicat non eſt diſcipulo ſuper magiſtrũ nec ſeruus ſuper dominũ ſuum. Quid igitur quia ſummi magiſtri prohibet auctoritas magiſtro diſcipulum preferri:Ideo negat poſſe equari? Attende quod ſequitur. Sufficit diſcipulo vt ſit ſicut magiſter eius: Ecce diſcipulus magiſtri equalis nõ negatur. Si tamẽ perfectionẽ magiſtri per imitationis ſtudium emulatur. Cum ergo perfectus apoſtolorum diſcipulus Martini & gradu ſacerdotii apoſtolicus/& apoſtolicis actibus inſignitus/& in operatione ſignorũ pene fuerit pluſq̄ apoſtolus:quid impedit vt paritatem glorie non obtineat? Quem per omnia vite ſimilitudo cõmẽdat. Quid ergo ſunt Iſta de Martino credim⁹ vel aſſerimus ſublimitati apoſtolice derogamus? Abſit Apoſtolos magis pro noſtra facultate extollimus:dum eorum imitationem Martini perfectionem fieri non negamus. Veruntamen licet non ſit & diſpar gloria quia non fuit diſpar in vita:tamen ſecundum aliquid apoſtolica

Euantius S. Seuer⁹. Ioannes. Ieſus.



ſublimitas antecellit precedit: ſicut cauſa effectum/ ſicut materiatum materia/ ſicut principium prius eſt eis que ex ipſo inchoant eſſe ſuũ. Vnde quoniam apoſtolica doctrina cauſa & materies & principiũ eſt fidei diſcipline & religionis in patribus: in hoc poteſt & debet preferri omnibus nõ tamen ideo vel meritis vel gloria preemiet vniuerſis. Quo enim pacto apoſtolis pares non ſunt qui ſimilem apoſtolis vitam ducunt: Paria miracula faciunt pariter iudicabunt/ pariter regnabunt/pariter vnum denarium poſt vnum vnius vinee laborẽ habebunt? Hoc ſolum intereſt q̄ in erogatione denarij non eſt apud patremfamilias perſonarum acceptio: ſed fiunt nouiſſimi primi & primi nouiſſimi. Nec eſt inter accipientes inuidia: nec iactantia meritorum. Quomodo ergo Martinum apoſtolis parem eſſe inuides: cum tanta ſit diſpenſatoris veritas/ tanta accipientium charitas vt qui fuit in labore nouiſſimus inueniatur in acceptione primus? Erunt inquit nouiſſimi primi: & primi nouiſſimi: An oculus tu⁹ nequam eſt quia bonus eſt diſpenſator premij? quia tale eſt remunerationis beneplacitum vt cum omnes eiuſdem acceptione parificentur denarij : primo tamen remunerentur nouiſſimi q̄ primi. Que poteſt eſſe inter eos diſparitas quibus par idemq́ denarius erogatur. Certe q̄uis ſit inter electos diſpar claritas quia ſtella a ſtella differt claritate : eſt tamen in diſpari claritate par gaudium cum ſit deus omnia in omnibus. Q̄ ſi omnium electorum q̄tumlibet merita differant: eſt ea paritas vt vnũ idemq́ ſit omnibus in conſummatione charitatis/in viſione conditoris/in eternitate beate immortalitatis gaudium. quid putas glorie Martinus pre ceteris obtinuit. Quem apoſtolorum veſtigijs inherentem perfectio apoſtolica/virtutum prerogatiua: ſignorum potentia/preceteris illuſtrauit. Q̄ ſi ea que proſecutus ſum aſſertioni mee non ſufficiunt : iam demum proponatur aliquid ex quo manifeſtum ſit perfectioni apoſtolice non imparem eſſe Martinum. Certe ſpiritus ſanctus apoſtolis & apoſtolorum imitatoribus datus eſt. Sed eo modo quo ſuper apoſtolos venit nunq̄ vel raro in aliquem ſanctorum deſcendit. At qui viſibilem ſuper apoſtolos in igne apparuit:ſe quoq́ conſimili ſpecie in globo igneo ſuper Martini caput dũ ſacramenta offerret oſtendit. Qui & ſi varijs loqui linguis quia neceſſitate non erat Martino nõ contulit: ita tamen ſingulari flãma diuini amoris igniuit eum/vt viuens in corpore per cordis charitatẽ totus igneus eſſet. Et poſtq̄ migrauit a corpore aliquotiens viſibilter totus igneus appareret. Hinc eſt q̄ traiano ſancto ſanctonenſi epiſcopo in igne oſtenſus eſt/& ad exequias pelagie matris aredij abbatis globus igneus totam illuſtrans eccleſiam de celo venit: clamantibus

Traianus Pelagia Aredius

Gregoriꝰ turoneñ.

inerguminis ad defūcte exequias veniſſe Martinum Non diſſimiliter gregorio turonenſi eius reliquias in nouam baſilicam inferenti apparuit. Brichio quoq; oratorium ingrediens: globum igneum per eccleſie ſuperiora diſcurrere ſepius videre conſueuit. Non eſt igitur hereticum confiteri virum per omnia apoſtolicum: ad apoſtolice paritatis conſortium ſublimari. Qui ergo ex ignorantia Martini meritis detrahit intueatur legat & diſcat dominum non ſolum de apoſtolis ſed de apoſtolorum imitatoribus dixiſſe: volo pater vt vbi ego ſum illic & illi ſint mecū. Quid vbi ſum niſi qualis ego ſum: ac ſi dicat. Volo vt ad eā equalitatē glorie quam ego habeo per naturam: perueniant & miniſtri per gratiam. Inde ſcriptum eſt. Cum apparuerit ſimiles ei erimus: quia videbimus eum ſicuti eſt. Quid igitur An ſoli apoſtoli miniſtri chriſti ſunt? An non chriſti miniſter & Martinus: & ipſe inter perfectos pefectiſſimus? Si ergo miniſtri chriſti chriſto in gloria ſimiles/& per hoc pares ſunt: quo pacto inter chriſti miniſtros paritas eſſe non poteſt? Q; ſi aliquis ex inuidia Martini titulis derogat corrigatur. Alioquin potens eſt Martini deus in Martino mirabilia faciens: vlciſci ſanctum ſuum/& temerarie preſumptioni finē imponere. Preſertim cum ſit dubitatio pia melior de occultis: q̄ litigioſa contentio de incertis. Venerare itaq; de cetero Martinum qui ei hactenus aut ignorando / aut inuidendo detraxeras: & ne diffidas apoſtolis parem/quem etiam chriſto eſſe non dubitas in gloria ſimilem. Si tamen verum tibi videtur dixiſſe qui ait: Similes ei erimus quando videbimus eum ſicuti eſt. Hic interuentu Martini opus eſt vt qui chriſto ſimilis ac per hoc non diſpar eſſe apoſtolis apoſtolice viuēdo chriſtum imitando chriſto donante promeruit nobis adhuc in diſſimilitudinis regione viuentibus impetret veniam reducat ad gratiam repreſentet ad gloriam quam cum chriſto habet a chriſto. Qui viuit & regnat Per omnia ſecula ſeculorum. AMEN.

Explicit tractatus Odonis abbatis Cluniaceñ. q; beatus Martinus Par dicitur apoſtolis.



Tractatus de ſancta Trinitate a beatiſſimo Martino editus.

Clemens Trinitas: eſt vna diuinitas. Vt autem per ſacramentū cognoſcatur: vnitas eſt ab eo qui eſt. & ſpiritus ſanctus a quo qui eſt/& vnigenitus. ſic exiſtens diuine nature lucis ſpiritus/a ſe ſe per naturam/per ſubſtantiam maieſtatis/poteſtatis/virtutis/diuine lucis: ſpiritus vnus in duobus/& vterq; in idipſum. Pater in filio/filius in patre: in vterq; ſpū ſancto. Sic tribꝰ perſonis cōfitemur corpus p̄ſcientie/quod ſuper omnia cuncta concludit. In hoc miſterium ergo credimus eſſe ex nullis extantibus cuncta orta. Quod miſterium mēs humana concipere non poteſt/nec oratoria lingua enarrare/neq; diffuſi ſermonis bibliothecarum volumina. Si totum mundum libri repelant diuina ſcientia/non poſſit inenarrabilis enarrari. qui eſt indicibilis nullo modo poſſit deſcribi/neq; concludi aut verbum aut ſubſtantia propria diuinitatis ſue qui eſt fons diuine lucis ſubſtantie ſua natura Sileat lingua oratoria quia deficit ſermo de indicibili. Cum conſummauerit mēs humana de diuina maieſtate dicere aut differere tunc incipit. Quanta ſit autem diuina clementia nemo ſit niſi qui genuit: & nemo comperit ſecreta patris/niſi is qui p̱ naturā naſcēdi initium amiſit. Om̄is ergo manſuetudo & modeſtia peritorum conuertatur ad prophetam de dominica auctoritate preſumat dicendo. Credidi propter quod locutus ſum. Quod autem per miſterium ſimplex ſit profeſſio vt fundamentū eccleſie ſolidat apoſtolica auctoritate predeſtinatio ſequēs preſumat dicens De cetero nemo michi moleſtus ſit. Ego credo in chriſtum & hunc crucifixum quia cum confitetur filium hominis confitetur & ſpiritum ſanctum quia e ſpiritu ſancto & maria virgine mediator naſcitur. Cum confitetur primogenitum neceſſe eſt de vnigenito qui teſtimonium dicat vnum/ & ſolum ſine origine eſſe in tertiam perſonam patrē confitetur exiſtentis diuine nature lucis ſpiritus vt dixi qui ſecundum naturam vt ſupra dixi eſt vnus in duobus & vterq; in idipſun pater in filio filius in pater in ſpiritu ſancto vnum in ſancta eccleſia nunc & per immortalia ſecula ſeculorum AMEN.

Explicit tractatus beatiſſimi Martini de ſancta Trinitate.

Prologus fortunati in vitam ſancti Martini.

Domino ſacto atq; apoſtolico piiſſimo in chriſto & peculiari patri gregorio pape fortunatus.

Cum iuſſeris vt opus illud chriſto preſtante interceſſiōibus dñi Martini quod de ſuis virtutibus explicuiſti verſibus debeat digeri Id age vt ipſum mihi relatum Iubeatis tranſmitti. Nam pietate domini concedēde quod de vita eius vir diſertus dominus ſulpicius ſub vno libello proſa deſcripſit & reliquū quod dialogi more ſubnectit primum quidē opus a me duobus libellis & dialogus ſubſequēs aliis duobus libellis cōplexus eſt breuiſſime iuxta modulū paupꝛtatis nr̄e in quatuor libellis totū Illud op⁹ verſu in hoc ter bimeſtre ſpaciū audax magis q̄ eloquēs nec & efficax curſim Impolite iterfriuolas occupatiōes ſulcareȝ dño meo pio domino Martino ſi ipſe commeatum obtinet in quaternionibus quos direxiſti Ipſe per vos oblaturus confeſtim tranſcribendos curabo Illud certe poſtulans vt eius a nobis pietas reparata pro nobis humilibus & ſuis peculiaribus intercedere non deſiſtat. Da pr̄ dulcis veniam quia lituram tantam in meſſe ſcribenti pluuia ſuper lapſa ſuffudit Ora pro me domine ſancte & mihi dulcis pater

Ex cronica Martiniana.

Fortunatus poeta vir egregius vita & ingenio clarus de Italia turonenſis tempore Iohannis pape veniens geſta beati Martini cōſcripſit: & deinde in epiſcopum pictauenſem conſecratus eſt

Nauta rudis tumipo cum vult dare bela profundo
Atq; procelloſas neſcius intrat aquas
Rauciſono latrante ſalo cum perſtrepit equor
Et vaga terrifico murmurat vnda freto
Exiliens pelagus colles vbi voluit aquoſos
Planaq; dorſa maris mobile rupe timent
Naufragii cumulos capiens per confraga pontus
Qua crepitat rapidus monte natante liquor
Certatim implicita quatiunt vaſa cerula cymba
Cum liquidi campi penſile tranſit iter
Si fera creſcat hyems vt ſpumis verberet auras
Et mare ceruleum tollat ad aſtra campos
Fluctibus excuſſus per nubila nauita currit
Intrat & aerias pendula prora vias
Pars ſubit vna ratis pars altera vergit harenis
Natat & in dubio lubrica libra freto



Nunc ſurſum inſpicitur pelagi furibunda ruina
Pontus & iratas deſuper armat aquas
Nunc quoq; proſiliens ȝephiri pelagiq; repulſu
Fluctibus eximiis euolat acta ratis
Afficitur tremulis temerarius arbiter vndis
Et ſtupet implicitas quas petat arte vias
Attonitus trepidus hebetans vagus anxius anceps
Confuſo ingenio mox ope nauta caret
Iamq; gubernaclum amittens ratione regendum
Pondere victus aque neſcius arte iacet
Sic ego de modicis minimus venerabiles agnis
Cum radegunde ſacra quaȝ colo ſorte pia
Tendere pollicitum quia cogor ad ardua greſſum
Imperiis tantis viribus impar agor
Fluctuat ingenium cui non natat vnda camene
Senſus harenoſua non rigat ore lacus
Nam celſum meritis Martinum ad ſydera notum
Cum ſunt vota mihi non valet archa loqui
Poſcendum eſt vobis ne naufraga prora labor &
Flatibus ille ſuis ſed mea vela iuuet
Credere tunc potero ad portum mea carbaſa ferri
Aſpirante fide ſi ſua flabra fauent
Ferte precanter opem & de verbo poſcite verba
Si fons illi rigat riuulus iſte meat
Vos date quod vobis cum fenore reddat alumnus
Addam vt theſauris parua talenta ſuis

Explicit proennium fortunati

Prologus primi libri

Alti tronus poſtq̄ repedauit ad ethera chriſtus
Carne triumphali victricia ſigna reportans
Inclitus inferni ſpoliato carcere diues
Tartarei reprimens feralia iura tiranni
Et ſtigis omnipotens adamantina clauſtra reuellit
Sede fera populi longa caligine tecti
Captiuum retrahans portis bipatentibus agmen
Milibus ereptis ergo eſt vt redditus aſtris
Et patris in ſolio ſedit ſua dextera dextre
Que conuerſatus dedit hec miracula terris
Multa euangelici referante volumine libri
Hebraicus cecinit ſtilus atticus atq; latinus

Proſaico digeſta ſitu commune rotatu
Primus enim docili diſtinguens ordine carmen
Iuuencus Maieſtatis opus metri canit arte iuuencus
Sedulius. Hinc quoq; conſpicui radiauit lingua ſeduli
Paucaq; perſtrinxit florente oroncius ore
Martyribuſq; piis ſacra hec donaria mittẽs
Prudentiꝰ Prudens prudenter prudentins immolat actus
Panlinus. Stemmate corde fide pollens paulinus & arte
Verſibus explicuit Martini dogma magiſtri
Sortis apoſtolice que geſta vocantur & actus
Facundo eloquio vates ſulcauit arator
Quo ſacra explicuit ſerie genealogus olim
Alchinus egregio digeſſit acumine preſul
Aſt ego ſenſus inops Itale quota portio lingue
Fec e grauis ſermone leuis ratione pigreſcens
Mente hebes arte carens vſu rudis ore nec expers
Paruula grammatice lambens refluamina gutte
Rethorice exiguum prolibans gurgitis hauſtum
Cote ex iuridica cui vix rubico receſſit
Que prius addiſci dediſcens plurima cuiq;
Artibus ex illis odor eſt in nauibus iſtis
Non pretexta mihi rutilat toga penula nulla
Fama ve nuda fames ſuper eſt de paupere lingua
Scilicet inter tot ſanctorum culmina vatum
Flumina doctorum & geminantia prata loquentum
Nullo flore virens ego tendam texere ſertum
Mellis & irrigui hec auſtera abſintia miſcam
Quod tamen vt facerem fieri res illa coegit
Quominus ipſe reus pro crimine redderer amplo
Conuenienter enim ratio quia plena popoſcit.
Huius pontificis ſolui preconia verbis
Cuius cauſa fuit hac me regione venire

Q; pauperi algenti in porta ambianenſi chlamidis ſue dimidium tribuit

Cum vndas tris hyems freno glacieq; ligaſſet
Et vaga libertas fluuiorum incluſa lateret
Aſperiore gelu de ſe ſibi vincula nectens
Plus aqua frigidior tunica veſtita rigoris
Occurrente igitur porte ambianẽſis egeno



Qui ſibi reſtiterat chlamydis partitur amictum
Et feruente fide membris algentibus offert
Frigoris iſte capit partem capit ille teporis
Inter vtroſq; inopes partitur feruor & algor
Et noua mercandi ſitnũdina frigus & eſtus
Vnaq; paupertas ſatis eſt diuiſa duobus
Hac ſe veſte tamen tectum obtulit ipſe creator
Martiniq; chlamys texit velamine chriſtum
Nulla auguſtorum meruit hunc veſtis honorem
Militis alba chlamys plus eſt q̃ purpura regis
Prima hec virtutum fuit arca & pignus amoris

De hoſtibus fidei virtute ſuperatis

Poſt fera barbaries peteret cum gallica clauſtra
Ac prope vuangionũ premeret loca feruidꝰ hoſtis
Militie ſanctus cuncta emolumenta recuſat
Hinc ſibi ceſareas fremuit Iulianus in iras
Imparat vt clauſum teneat cuſtodia iuſtum
Ac veniente die primus properaret in agmen
Quo tamen ante aciem ſacer ire fatetur inermis
Venerat ergo dies belli pacem expetit hoſtis
Atq; orante vno cecidit furore omnibus armis
Imuneraſq; acies ſolus ſine ſanguine vicit

Q; in latrones incidit & vnum ex eis cui ad cuſtodiendum traditus fuerat conuertit

Hinc loca latronum incedens ratus ire per alpes
Vinctis poſt tergum manibus deductus ab vno
Tempore ſub mortis hoſtis compendia tractans
Credit latro deum dum predicat iſte colendum
Et dare qui voluit mortem capit ore ſalutem
Ducitur ille ferox a religione ligatus.
Atq; ſuus predo Martini preda fit vltro
Q; bonus ille iſti ſed plus pius hic fuit illi
Seruantur ſimul ille fide hic corpore viuens
Ambo valent dum nemo cadit ſic vicit vterq;

Q; dum ad viſitandum patriam parenteſq; proficiſceret ei diabolus in humana ſpecie apparuit cõminans q; quocunq; tẽderet ſibi aduerſaretur

Hinc loca preteriens pulcherrima mediolani
Forte viamq; terens per amena vireta viator

Obuius occurrit vetus & temerarius hoſtis
Mentitus ſpēm humanā ſub ymagine forme
Falſiloquax pereunte fide maledoctus in arte
Quo peteretur iter querit cui quominus ille
Huc properare refert qua ſe deus ire vocaret
Cui ferus hoſtis ait quacunq; accedere temptes
Tecum pergo nocens vota in contraria currens
Voce prophetali ſanctꝰ cui protinus infit
Eſt meus adiutor dominus mala nulla verebor
Ne timeam timidū timor eſt deus arma timentum
Tutus in aduerſis gradior rectore ſuperno
Inſidijs via nulla patet ſub tegmine diuo
Hec ait & validi tranſfixus cuſpide verbi
Demon abeſt ſic vmbra fugit quem chriſtus obumbrat.

¶ Q; matrem ad fidem conuertit & q; ab arrianis multis ſuppliтijs eſt affectus.

Interea matrem gentili errore reſoluens
Illa iſtum mūdo hic illam generauit olympo
Decrepitāq; ſenem ſancto facit amne renaſci
Et meliore ſinu deuegant ſua viſcera matrem
Dogmaq; ſacrilego quod fuderat arius ore
Tempeſtate graui totū populauerat orbem
Perq; mare illiricum male naufraga lingua natabat
Hinc quoq; cœperunt naſci noua preglia iuſto
Fortior vt fieret reparatis belliger armis
Ad virtutis opus per multa pericula creſcens
Vir pius ergo ſagax fideiq; fidelis atleta
Sparſa veneno hereſis reprimens dum dimicat hoſti
Supplitijs lacerus flagris datus vrbe repulſus
Rem patris ac geniti equalem velſpritus almi
Vim genus & ſpecimē virtutem lumen honorem
Vnum veſſe trium ſua per tormenta fatetur
Dulcia membra viri per amara flagella cauantur
Et chriſti iuuenem veterata piacula torquent
Sed grauis hec ſit pena leuis per nomen amantis.

¶ Q; Hylario pictaueñ epiſcopo ob defenſiōnē fidei in exiliū miſſo ipſe mediolani ſibi monaſteriū ſtatuit inde q; ab anxētio arriano principe expulſus eſt.

Et quia ſummus apex fidei virtutis honoris
Hilarius fame radios iaculabat in orbem



Rite ſacerdoti penetralia iura gubernans
Buccina terribilis tuba legis preco tonantis
Pulcrior electro ter certo ardentior auro
Largior eridano Rhodano torrentio amplo
Vberior nilo generoſo ſparſior hiſtro.
Cordis inundantis docilis ructare fluenta
Fontibus ingenii ſitientia pectora rorans
Mens euangelii bis bini plena libelli
Quatuor ore ſuo manans noua flumina mundo
Ornatum eccleſie pollens diadema coruſcum
In membris chriſti capitis velut infula fulgens
Pectore belligerens adamantinus arte thopazos
Ad virtutis opus meus Inconcuſſa paluſtris
Gemmifer eloquiis radiantior ore lapillis
Doctor apoſtolicus vacuans ratione ſophiſtas
Dogmate luce fide informans virtute ſequaces
Hoſtibus hic quoniam grauis inſuparabilis eſſet
Ducitur exilio qua longa ſilentia ten dit
Regis & auxilio petit hinc ſua premia miles
Cuius in abſceſſu errori vaga gallia cedit
Et regio titubat tanta ſe turre mouente
Hoc vbi perproprie Martinus comperit inde
Conſtituit cellam ſub vertice mediolani
Expulit vnde virum tum auexntius auctor iniquus

Q; expulſus a mediolano in Inſulam gallinariā ſeceſſit vbi venenum in cibnm ſumptum vi orationis repulit

Hinc pius exul adit qua gallinaria turget
Inſula frugis Inops paſcens radicibus herbe
Ergo venenatum eleborum mox ſumpſit ab ore
Incipit inde mori quis viuere credidit eſcis
Sed graue virus agens oratio ſola fugauit
Et viuente viro intra ſe ſua mortua mors eſt

Q; hilario ab exilio regreſſo ad eum venit ſibiq; prope pictauis monaſteriuʒ collocauit vbi cathecuminū mortuū ſuſcitat

Rurſus vt hilario redeundi eſt facta facultas
Excurrit properus ſua poſt veſtigia iuſtus
Excipit hic cupidum cupiens & amator amantem
Fitq; monaſterium pictaua cominus vrbe
Iungitur inde ſacro cathecuminus ore docendus
Atq; abſente viro rapuit graue funus amicum

En ſubito Martinus adeſt qui defuit abſens
Ecce redit pietas redit & ſimul arca ſalutis.
Ergo vbi conſpexit gelidum de febre cadauer
Flet gemit accurrit dolet eiulat vritur augit
Concipienſq; fidem cella omnes iuſſit abire
Excluſitq; foras foribus ſine teſte relictus
Tunc ſuper algentis corpus proſternitur ardens
Iudicis exactor reuomant vt tartara functum
Interea geminis ſpacio remorante ſub horis
Ecce redit facies ſaliunt per membram vapores
Stat rubor Inde genis oculos pupilla repingit
Rurſus & inſertus renouat ſpecularia viſus
Vena tumet riuis animato fonte cruoris
Paulatim aſſurgit fabrica titubante columna
Erigiturq; iacens pariter domus & ſuus hoſpes
Ipſe iterum poſt ſe viuens idem auctor & heres
Qui rediuiuus ait ſe iudicis aūt tribunal
Ductum damnandum Martino orante reductum

De ſeruo lupicini q ſe laqueo ſuſpenderat p eūſuſcitato/

Lupicini demum celerans dum preterit agrum
Comperit heu famulum crudeli funere raptum
Elidendo ſuum fera per ſuſpendia collum
Acceſſitq; vbi ſic mala pendula preda iacebat
Expulit hinc cunctos ſolus ſolita arma requireris
Incubuit ſuper exanimis pallentia membra
Et premit arca ſacri hunc deprimat arca ſepulcri.
Mox tamen ore precem vt viuentis miſit in aurem
Mors pede verſa retro predam fugitiua reliquit
Euomuitq; vorax auida de fauce rapinam
Protiuus exiliit lento conamine functi
Iam leuior ſe terrra mouens animata calore
Languida colla leuans oculoſq; ex morte ſoporos
Vix referans grauido vigilantia lumina viſu
Mortis odore/& adhuc remanente In naribus illis
Sed preſtante manu totos ſimul erigit artus
Et ſtetit intrepidus membrorum machiua plantis
Viuificatus enim greſſum meditando rediſcens
Reddidit obſequium vite pro munere ſancto
Vſq; ad veſtibulūq; domi Illum ducere tendens
Defunctum eripuit ſubito qui ex limine mortis



Pro mercede manens hec conmpenſatio iuſto
Gloria chriſte tibi facis hec qui mira per orbem

Q; ad epiſcopatum turonice vrbis aſſumptus eſt.

Accidit vt turonum preſul peteretur ad vrbem
Nec tamen educi poſſit de limine celle.
Ruritius quidam ſimulata febre iugalis
Obtinet egreſſum ſancti ad veſtia ſupplex
Vrbibus ex reliquis noua conciliabula currūt
Letificata ſimul ſanctā ſe ferre capinam
Ne tamen effugiat iuſtum cuſtodia vallat
Interea paucis tunc obſiſtentibus inſons
Eligitur trahitur ſacratur & arce locatur
Emulus vnus erat defenſor epiſcopus obſtans
Ne Martinus oues paſtor curaret alendas
Nec mora iudicio domini lectore canente
Verſiculo pſalmi defenſor ſponte notatur
Ex ore infantum & lactentum perfice laudem
Nunc defenſorem qui ſic bene deſtruis inquit
Mox fragor aſtra petit clamor vagus atria complet
Et docet ille fauor de deffenſore reatum
Addictuſq; vir eſt ſe iudice teſte propheta

Q; prope turonis adiuncta ſibi plurimorum fratruȝ caterua monaſterium ſtatuit Et q; prope monaſte rium locum quēdā fraude inimici exſtructū ab errore liberauit

Inde monaſterium ſibi condit rupe ſub alta
Protinus exiluit lento conamine functi
Vir monachus preſtans in pontificatus honore
Plurima conueniunt vbi ſancta exami na fratrum
Ergo aderat propius locus & celeberrimus olim
Ampla vetuſtatis cum tempora tranſiluiſſent.
Martyris eſſe pium ſpargebat opinio cultum
Quo ſacer exorans tumulo ſalit vmbra ſepulcrum
Leua ex parte loquens meritis res ipſe ſiniſtra
Imperat vt nomen fateatur imago vel actum
Latronem ſe voce refert pro crimine ceſum.
Nil cum martyribus ſe participare beatis.
His quia palma mauet nam ſe male pena teneret
Om̄ibus auditur Martino cernitur vni
Iſta ſuperſtitio tali ſub ſorte vetaur
Sic altar pariter remouetur laruafugatur

¶ Vbi gentilium turbas cum voluit ſtare fecit & eum libuit abire permiſit.

Poſt iter arripiẽs comitatu religioſo
Exequiis ſubito gentilibus obuius exit
Dum putat inde vehi cultu ſimulachra prophano
Pingit in aduerſis ſignum crucis illa cucurrit
Ante virum ſua bella gerens pietatis amica
Obuia turba riget greſſuq; extorpuit eger
Atq; immota gradu vertigine rapta rotatur
Additur illud onus deponunt colla cadauer
Nec iam ferre valent & mors in pondere creſcit
Tunc ſacer inſpiciens opus hôc eſſe exequiarum
Iuſſit abire procul dignis crucis arma repingens
Vnde ligauit iter miſeratus & inde reſoluit
Vna eadẽq; manu mandata per aera mittens
Hoc mirum faciens de ſuſpitione ſacerdos.

¶ De phano antiquiſſimo diruto & arbore pinu ſucciſa.

Protinus antiquũ cupiens exurere phanum
Iuſſit & accliuem propius ſuccidere pinum
Obuia congreditur cui ruſtica concio pugnax
Ne ſuccidatur res nata & debita flammis
Proinde paciſcuntur hac lege excidere pinum
Si Martinus eã valeat retinere ruentem
Annuit hoc populus hoc ſpondet ſponte ſacerdos
Mollia ſubduntur rigido ſub ſtipite membra
Et ſuſpectatur pini peritura ruina
Interea rapidi ſonat icta bipẽnibus arbor
Atq; ſub increpitans caſura cacumine nutat
Paulatim inclinans iam victa ſecure ruebat
Turbati monachi ſpectant extrema magiſtri
Credentes ramis tranſfigere viſcera iuſti
Vir tamen intrepidus perſtat pinoq; cadenti
Obtulit arma crucis cumulans ſua bella triumphis
Extimuit fugitiua virum repedabilis arbor
Et ruitura procul ſuſpendit in aera lapſum
Excutiens retro verſa comas ſine more caducum
Continuit ſaltum ſeſe per inania librans
Contra naturam ſucciſa & curua repugnans
Mox petit illud iter qua non ſua pondera torquent
Hinc ad ruricolas vertigo infeſta rotatur



In montem exiliens vindex vt puniat hoſtes
Reſq; parata neci fuit vlcio facta ſaluti
Fit fragor in partes monachi per gaudia deflent
Gentiles ſtupidi noua per miracula pallent
Indicio eſt ligni hominum mollita voluntas
Experit arma crucis conuerſa errore relicto
Et timor hic pini Martinum fecit amari
Maiorem generans fructum cum decidit arbor.

¶ Q; phano incẽſo ignem domui iminentẽ fide repulit.

Hinc iubet alterius ſuccendere culmina phani
Vicinãq; domum cum flammea lingua vocaret
Viribus ardor agens totus laxatus habenis
Obuius ipſe volat qua tunc globus igneus ibat
Scandens tecta dom⁹ huic verba precantia mittit
Mox tota in ventos reuoluta incendia feruent
Et contra boream vulcanius ardor anhelat
Seditione mouent elementa domeſtica rixat
Aduerſis zephiris videas pugnare fauillis
Hinc furor auſtralis premit hinc velocibus alis
Flamma volans borinas mordebat in aera pẽnas
Obluctata diu tandẽq; euicta per auras
Quas armare ſolent fugiebant flamina flammas
Conditione noua ſatis hec res mira per orbem
Flabra timent ignẽ timet ignis ligna vorare
Atq; auide flammę ſua nutrimenta paueſcunt
Paulatimq; feri ſe languida lingua reſorbet
Vrere qui ſolet a ſeipſo conſumitur ignis
Martiniq; fides ſiue nubibus intulit imbres.

¶ Q; ad diruendum phanum angeloꝝ preſidiũ meruit.

Rurſus vt hinc aliud cuperet ſubuertere templum
Ruſtica turba vetat diuelli phana prophana
Vnde repulſus adit loca proxima ſed biduano
Contectus cinere & ſetis ieiunia ducens
Numis auxilium ad templa imminuẽda precatur
Militie angelice coram duo protinus aſſunt
Siderei proceres haſtas & ſcuta tenentes
Comunis hiis ſanctum compellant vocibus vltro
Preſidiis Martine tuis delabimur aſtris
Squalidus ipſe ſedes ſed ſit tua cura tonantis
Suffragiiſq; tuis celi fremit arduus axis

Belliger & totis conſpirat olympus in armis
Vt cepta efficies per nos tibi militat ether
Mittimur a domino gemini tua caſtra regentes
Hac proparte duces melior qua cauſa laborat
Nunc age rūpe moras neu ruſtica turba rebellet
Arma miniſtra vides noſtrum eſt ſuperare ſuperbos
Irrue ne trepides ope noſtra ad templa ruenda
Nec titubare decet fauor eſt tibi numinis almi
Tum ſacer aggrediens properus diſſoluere templum
Idola extinxit phana eruit obruit aras
Totaq; ſublimis iacuit ſub puluere moles
Ruſticitas inimica prius fauet ipſa ruine
Inſtat & excidio que defendebat iniquum
Idola eijciens numē confeſſa tonantis
Vno eodemq; ictu hoc reſpuit eligit illud

¶ Q; percutere eum volens reſupinus ruit.

Poſt eduorum dum templum diuellere tentat
Obſtant inculti cultores ruricolares
Ne colerent melius ſua ſi cultura periret.
Ex quibus audaci niſu male fortior vnus
Aggreditur gladio caput obtrūcare ſacratum.
Cui nuda ceruice pater ſeſe obtulit vltro:
Aſt vbi mente ferox totas collegerat iras
Exacuens rabiem ſed cordis acumine tonſus
Acrius inſiliens totos ſuſpenderat artus
Bis furor armatus iuguli ruiturus in ictum
Iam grauius feriens q̄tum alte educitur enſis
Aſtrictis capulo digitis dum temperat vngues
Noxius horrifica meditatus vulnera dextra
Mortis amicus amans facinus crudeliter auſus
Iam ferro incumbens capiti mucrone reducto
Sternitur ipſe ſolo qui ſic pendebat in ictum
Ac reſupinus humi qui pronior ibat in auſum
Mittit & ore precem cum membra ſuperba iacereut
Iuſto ſtante cadens quo credit ſtare cadente
Dum vice diuerſa ſtat inops ruit ille ſuperbus.

¶ Q; pcutere eū volentis ferrū de manib⁹ elapſū nō cōpuit.

Rurſus opus peragens idola euertit & ecce.
Vir quidam tractans Martini de nece/cultrum
Dum rapit eripitur rapienda rapina rapaci:



Excuſſumq; fugit ſine more volatile ferrum
Iam leuiore via neq; poſt comparuit vſq̄
Sic cultro ablato manibus latro extitit inſons
Redditur & mitis poſtq̄ fit nudus ab armis
Nec furor ante animi periens niſi tela periſſent
Inuita hec pietas que perdidit vnde noceret

¶ Q; eius predicatione gentiles ſua templa ſubuertebant.

Sepe beatus item cotradicentibus ipſis
Agricolis preſtante fide ſe orante iubebat
Vt male culta ſuis caderent fera phana miniſtris
Sic quoq; pontificem ſoliti impugnare rebelles
Dum templa euertunt ipſi ſunt arma beato
Hoſtiliq; manu Martini bella geruntur
Partibus atq; ſuis alieno milite vincit.

¶ Q; treueris puellā paraliticā olei bn̄dicti infuſione curauit

Tum etiam fuerit curatio quanta patrono
Quanta medelifero manauit gratia tactu
Laudibus in tantis muta eſt facundia mundi
Quem cunctis vidiſſe fuit meruiſſe ſalutem
Eſt ſatis ipſe ſuus teſtis generoſus & auctor
Qui quondam ingrediens treuerorum menia mitis
Qua reſoluta diu per viſcera fluxa rigebat
Tabida paraliſis gelido langore puella
Flatibus extremis quaſi iam de funere viuens
Cuius erant oculi vigiles cuſtodia mortis
Funeris exequias reddentia lumina membris
Soluere feſtinans animata vincula carnis
Spiritus archano vix mobilis ibat anhelo
Fine trahens dubio perituram naribus aurem
Pes manus ora gene recubabat ymago ſepulte
Nec tumulata quidem ſed portio tota ſepulchri
Cuius amore pio patris exanimata ſenectus
Dilacerata genis niueis male compta capillis
Cum impatiens ageret nec adeſſet cura medele
Comperit vt ſanctum aduectum dignanter ad vrbem
Aduolat inde ſenex vetulis iuueniliter annis
Impiger exiliens curſu ſua tempora vincens
Pontificum vallante choro populoq; fremente
Irruit in medios clamoribus inuerecundus
Nam dolor inſignis non reſpicit arma pudoris
Corruit ergo ſenex ſancti ad veſtigia pronus

Genua manus plantaſq; per oſcula mollia lambens
Vix gemitu laxante loqui ſic incipit eger
Vir Martine dei populari nate ſaluti
Vir cunctis bonitate parens tibi ſuggero luctus
Ne miſeri pereant lacrime pietatis amice
Quem mea cauſa trahit loca tam longinqua venire
Vt labor iſte vie tribuat cõpendia vite
Eſt mihi nata domi decumbens vulnere morbi
Exequiis vicina ſuis ſine ſorte medele
Que quondam incolumis ſtabat mea ſola voluptas
Obſequiis intenta piis placabilis in qua
Vita mihi hec dulcis erat ſolando ſenectam
Ecce perit ſecumq; trahit mea viſcera leto
Caniciemq; patris miſerandi in tartara ducit
Ire ſed ipſe prior cuperem ſi forte liceret
Quenam vita ſeni vel quo mihi vota parenti
Spe pereunte patris cum nomine prolis adempte
Qua nubente viro per dona futura nepotum
Aridus in ramis Poteram reuireſcere prolis
Cum magis hec reputem preſentis damna ſalutis
Me ſpectante rapi natam mea lumina luci
Ordine depoſito melius cui cauſa placeret
Vt ſenis illa patris oculorum clauderet orbes
Vnde ſacer dignare auidam ſuſpendere mortem
Atq; miniſter opis rapiende occurre puelle
Si mora ſit mea cauſa perite ſuccurre duobus
Nam me cura necat ſi illi curatio ceſſat
Qua ſacer erubuit confuſus voce ſacerdos
Indignum ſeſe tali virtute miniſtrum
Sed pater inſtabat compellens vocibus hiſdem
Debitus inſanis medicus venis exere curas
Sentiat aduentum medici purgatio morbi
His impulſus adit qua laſſa puella iacebat
Turba aſtante foris faceret quid paſtor ouili
Hinc ſua bella gerens orator ad arma recurrit
Sternens membra ſolo ſenſu ſuper aſtra reducto
Hinc vbi conſurgens faciem conſpexit alumne
Ilico vox rediit peregrini ſedibus hoſpes
Et rediuiua ſue cecinerunt organa lingue
Paulatimq; artus liquor vt penetrauit oliue



Viuificata pedum geminis ſtetit archa columnis
Et fundata ſuo viguerunt culmina greſſu

Qꝫ tetradii ſeruum a demonio liberauit & ipſum tetradium a gentilitatis abſoluit errore

Poſt quoq; tetradii famulus proconſulis expes
Mancipinm alterius ſub hoſpite demone factus
Dentibus vt rabies alienis frenderet armis
Nec ſua ſed hoſtis fieret ſe milite pugna
Quem dominus famulum ſupplex purgare precatur
Sed duci ad ſanctum vetuit ferus hoſpes & hoſtis
Tetradius rurſus iuſti veſtigia lambens
Supplicat vt pergant vbi ſeuus latro latebat
Sed ſacer ipſe domum gentilis adire recuſat
Spondit tedradius humilis cum faſtibus altis
Si eripiat hoſti famulum ſe credere chriſto
Impoſita ergo manu puero fera larua recedit
Et mala iocundum paſtorem beſtia fugit
Tetradius pariter catecuminus eſſe meretur
Atq; ſalutiferi baptiſmatis amne nouatur
Sic puer & dominus maculis purgantur ademptis
Iſte hoſtis laqueis erroribus ille ſolutis
Ille carens anime penis hic carnis crumnis
Liber vterq; manens gemino micuere triumpho
Conditio famuli libertas facta patroni
Accipit iſte fidem cum de illo perfidus exit

Qꝫ demõiaco furenti digitos ĩ os intulit & cõfeſti purgat

Nec longo ſpacio ſub eodem tempore ſanctus
Forte domum ingrediens in limine ſubſtitit ipſo
Terribilẽ referens ſe cernere demonis vmbram
Arreptoq; coco vexat fera belua predam
Dentibus armatis lecerans ſe ſiue ſodales
Terga dabant ſocii nec quiſq̃ ire obuius audet
Vix loca tuta fuge cupientes perpete ſaltu
Hoc ſatis eſſe ſuum vel ſe ſubducere morſu
Martius ergo calibs Martinus belliger armis
Nec pede diffudit nec ſinit abire fugacem
Peſtem ſtare iubens acuit qui fauce molares
Cui digitos vir ſanctus in os dum mitteret infit
Si potes ecce vora oblatam lupe noxie predam
Quam peteres alibi datur vltro dentibus eſca

Quo dicto fauces gemine reuocantur vtrimqꝫ
Ne violet digitos ſuſpendit belua rictus
Et manibus tangi timuit qui dente vor aret
Qui dum intra obſeſſum penis ageretur acerbis
Nec tamen ob digitos exire per ora liceret
Feda minrſterii fedus veſtigia linquens
Sordibus egreditnr qua ſordibus eſt via fluxu
Tale iter arreptum ſic te decet ire viator

Qꝫ ciuitatem a metu barbarorum liberauit

Hinc cum barbariem ſparſiſſet fama per vrbem
Prouentumqꝫ trucem crudelia ſemina ferrent
Paſtor adeſſe iubet quendam ex grege demoniaco
Imparat vt prodat ſi nuncia vera vagarent
Tortus vt ore reus veluti ſub iudice miſſus
Greſſibus humanis aduectus larua fatetur
Hanc famam in populos bis quino demone fuſam
Vt cogente metu Martinus abiret ab vrbe.
Barbara tempeſtas tranquilla lege quieſcit
Formidanda tibi nulla eſt irruptio gentis
Nec cauſam armorum verearis pacis amator
Martino preſente aditum fallatia perdit
Mendax vera refert & certum nunciat error
Inſaciata malis que ſic fremit ore cruento
Beſtia bella mouens reuocauit munera pacis

Qꝫ in porta pariſiaca lazarum oſculo purgauit

Inde pariſiacam ſacer intrans concite portam
Obuiat in faciem leproſum verſus euntem
Qui ſibi diſpar erat nec iam a ſe cognitus ibat
Vir maculis variis cute nudus vulnere tectus
Tabe fluens greſſu eger inobs viſu aſper amictu
Mente hebes ore putris lacerus pede voce refrictus
Induerat miſerum peregrino tegmine pallor
Improuiſus enim hunc ſanctus ſua ad oſcula traxit
Aſtringenſqꝫ virum fuſo medicamine laxat
Nam ſimul vt tetigit benedictas ore ſaliuas
Effugit vnguiferum languoris ſarcina tactum
Merſa figura redit faciem cutis aduena veſtit
Ad ſpeculum remeat peregrina fronte caracter
Et deleta diu reſcribitur oris imago
Virtutum quam celſa fides vbi concite ſancti



Pacis ab officio perierunt prelia morbi
Complexu res dira fuit langoris iniqui
Peſte cadente nouam geſſerunt oſcula pugnam:
Inclita relligio Martini cuius honore.
Federe fida fides forma dat feda fidelis
Felix relligio ſancti pede lumine tactu
Illuſtris luſtrante viro loca luſtra liguſtra
Vrbes rura domos templa oppida menia villas
Queqꝫ viri inſignis tam inſignia ſigna mereris
Cuius ab ore ſacro magnalia cetera vincens
Leproſi ad curam iordanis in oſcula fluxit
Et fontem fluuide macule lauat vnda ſaliue

Explicet liber primus

Incipit liber ſecundus eiuſdē. Prologus

PEndula iamdudū laxaui carbaſa pinu
Dum pelagus cōponit Iter dum nauta reſumit
Et reſtricta ſemel leuius ſe ſarcina ducit
Me quoqꝫ iam primi finita parte libelli
Ad curſum leuis aura vocat paro lintea ventis
Spiritus alte volans imple mea vela ſecundās
Ne trepidam claſſem contraria flabra flagellent
Martinum mea prora vehat ſancta emptica naute
Dulcis apex ſpes fida ratis leue pondus amantis
Mercis onus ſuaue eſt & ſiue erretur in vlnis
Qui tetigit quodcūqꝫ manu vel tactus ab vllo eſt
A digitis ſalit alta ſalus fluit vnguen ab vngue
Fimbria quinetiam quod nobilis attigit vnq̄
Sparſit abundantem modica de veſte ſalutem
Fontis & huius aque reſtricta eſt vnda cruoris
Siccauitqꝫ ſuo refluamina fluxa fluento
Sumens eger opem per furta ſalubria fili
Dum neſcit medicus aliquid conferre iuuamen

Qꝫ filia arborii epiſtole ſue tactu ſanata eſt

Arbiter arborius vir prefectorius idem
Quartano genitam grauiter cruciante camino
Plurima dum faceret neq; cura mederet alumne
Miſſa beata viri reſtrinxit epiſtola febrem
Que ſuper impoſita charta recubante puella
Mox ſudoris aquas vbi littera ſicca rigauit
Febris ab internis extracto eſt arida membris:

Axe ſerenato madidans ſine vellere nymbi
Rore atramenti reſtincta eſt flamma camini
Iſraelitarum veluti moyſiticus alter
Ne vapor excruciet protendit pagina nubem
Q̃ mirum artificem dantem per ſcripta ſalutem
Sic operabatur preſens vbi nouerat ipſe
Que patre ab arborio Martino offertur opimo
Conſideranda manu qua ſaluificata ſit ipſa
Quam bene bis ſanam cum virginitate puellam
Reddidit ipſe patri proprio pater ille ſuperno
Sic meruit geminam ſolo curante medelam
Dum caram ſobolem morti ſubduxit vtriqꝫ.

❡ Qꝛ oculum beati Paulini ſanauit.

Paulini qꝫ oculum tetra caligine merſum
Impoſitis manibus radius penetrauit acutus
Atqꝫ ſerena dies deterſa nube refulſit
Lumen & emicuit facies non luſca gemellum
Martini digitis oleo manante lucerne
Cuncta ſalutifero ſuperans colliria tactu.

❡ Qꝛ eſt per angelum a vulneribus curatus dum a caſu ſcalarum lapſus eſt.

Ipſe etiam caſu ſcalarum vertice lapſus
Dinumeranſqꝫ cadendo gradus capite ore relìſus
Attritus membris deſcendens ſaltibus amplis
Multorum medicus q̃ plurima vulnera portans
Dum celle recubat grauiter ſub nocte ſopora
Peruigilis domini venit angelus aere fuſus
Vlcera queqꝫ viri tractans dum ſingula palpat
Tangens membra manu ſolidat veſtigia greſſu
Excutiturqꝫ lues fugitiuo tabida ſaltu
Et ſudibus laceros rediit cutis vna per artus
Craſtinus incolumi proceſſit corpore comptus
Angelicāqꝫ fidem teſtes preſentia fecit
Nec preferre pium longinqua flagella decebat
Quando flagellari grauiter non pertulit vllum.

❡ Qꝛ in conuiuio imperatoris preſbiterum impatori ꝑtulit cui & predixit futura que impleta ſunt.

Pretereunda michi neqꝫ ſunt hec maxima rerum
Maximus auguſtus nece regis maximus armis
Imperium nactus ciuili clade ſuperbus



Dum regit inſolitas frenorum infrenus habenas
Pontificum cui tunc adulatio laxa fauebat
Principis & nutu cleri tunc circulus ibat
Martino veniente tamen rex ipſe precatus
Vt ſanctum ad menſam habeat qui ſepe repulſus
Tandem promeruit fieri conuiua beati
Imperio plaudente ſimul ſedet vrbe fauente
Conuiuam celi ꝗ terrena excipit aula.
Conueniũt proceres prefectus conſul honores
Certatim acciti regalia feſta colentes
Principe poſtpoſito mirari acta ſacrati
Auguſti obſequijs fremit vndiqꝫ concitus orbis
Diuitias pariter producens delitiaſqꝫ
Quas habet indus arabs getta trux perſa afer hiberus
Quod fert meridies arthos occaſus & ortus
Quod boreas aquilo libs certius auſter & eurus
Quod geon & phiſon tigris eufrateſqꝫ redundant
Renus atax Rodanus tibris padus hiſter orontes
Quod mare terra polus piſce alite fruge miniſtrat
Emblema gemma lapis toreumata thura falerna
Gazaqꝫ creta ſamos ciprus coloſona ſeraptis
Lucida perſpicuis certantia vina libellis
Vix diſcernendis criſtallina pocula potis
Inde calix niueus variat per vina colores
Hinc mentita bibunt patera fucante falerna
Hic abacum picto bombocina flore decorant
Arte laborata & vel qualia penſat aragus
Serica purpureis ſternuntur vellere villis
Totaqꝫ permixtis radiant velamina gemmis
Inde pari pariter rutilant ętate miniſtri
In cunctis varius habitus nitor omnibus vnus
Quod valet ore loqui potuit ſub principe ferri
Ordine cęſareo Martino hec pompa paratur
Qui modicis contentus erat ſaciandus in vno
Accubat interea princeps ſimul ordo ſenatus
Preſbiter inde thoro veneranda acclinat in aula
At iuxta regem ſella ſacer adſidet alta
Porrigit hinc regi mox pocula prima miniſter
Qui ſancto iubet ante dari quo poſſit ab ipſo

Auguſtus calicem excipere & potare ſecundus
Martinus patera oblata vt bibit ore parumper
Diuino ſitiens potius e fonte rigari
Principe poſtpoſito partem libaminis vnam
Preſbitero tribuit noſcens ꝙ dignior eſſet
Miratur princeps proceres conuiua miniſtri
Iudicioq; ſuo ſe penſauere minores
Ilico percurrit res geſta palatia complens
Hoc quod apud ſanctum fuit ordine preſbiterali
Auguſtus conuiua minor vox vna per vrbem
Martiuum feciſſe canit ſub principis ora
Iudicis in minimi menſa quod nemo valeret
Erubuitq; aliud hinc dicere turba ſatellis
Si quid enim voluit pro ſupplice forte precari
Induperatori Martinus & imperat ipſi
Qui tamen auguſto predixit forte futura
Proſpera que meteret que mox contraria ferret
Motibus italie pugnante valentiniano
Maximus vt cecidit poſt bella ſecunda tyrannus
Qui graue ſuccubuit aquileia protinus vrbe
Martini dictis & verbo libra pependit.

¶ Q; angeli ſepius cum eo locuti ſunt.

Cetibus angelicis viſus ſepe atq; locutus
Miſcuit humanas turmis celeſtibus aures
Voce ſalutatus vel mitibus ipſe ſalutans
Aligeros proceres tenuata per aera lapſos
Mitibus alloquijs ageret quid ſepe mouerent
Qui celo expeterent terrena ſede parentem
Et conſanguineum quaſi longa in ſecula ciuem
Voce requirentes iunctiq; & amore perhenni
Quid faceret terris anima hec tam libera culpis
Vt ſubeat celis peregrinus & hoſpes ab aruis
Demonicas etiam ſpecies falſaſq; figuras
Quaſlibet in formas ſe verteret inficiatur
Perſpicuas habuit penetralis acumine viſus
Martiniq; oculos neq; falſa fefellit ymago
Nam q̃uis varia tegeretur larua figura
Sancto nuda fuit cum non ſe abſconderet vmbra
Cũq; maglinantis illuſio nulla valebat
Prenſus in arte ferox iaculabat probra beato



Et cum fraus ceſſat hoſtis cõuicia iactat.

¶ Q; diabolus cũ cornu bouis cruẽtato cellã eius irrupit.

Tempore nam quodam cornu bouis eſſe cruento
Ipſe cruentus habens infert ad tecta beati
Irruit in cellam cauſamq; exponit iniquam
Quo virtus Martine tua eſt hoc aſpicis inquit
Vnum namq; tuum nuper hac cede peremi
Et michi preda iacet pecorali capta miniſtro
Iniunctumq; nefas ſceleris bos armiger implet
Damno creſco tuo congaudens vbere fletu
Protinus hijs dictis frẽs ſacer aduocat omnes
Et pater ore refert quicquid ferus indicat hoſtis
Sollicitus ne quid lupus arripuiſſet ouili
Perquirunt ſocios monachi numerumq; recenſent
Sed grege de niueo modicus neq; defuit agnus
Conductus mercede tamen deeſt ruſticus vnus
Ligna trahenda focis nemorum vectore bubulco
Quo propero iubet ire gradu cauſamq; requirit
Semianimũ inueniunt miſſi ſuprema gementem
Indicat atq; necẽ dum adhuc ſuperalitus erat
Quod ſua laxato thaurus foret inguina cornu
Explicitaq; fide vitam cum voce reliquit
Nec ſanctum hoc errare facit quod fecerat error

¶ Q; diabolus viſibilem ſe & diuerſis formis ingerebat.

Additur hinc etiam rerum mirabilis ordo
Mille nocendi artes dum perfidus exerit hoſtis
Nunc iouis in faciem nunc ſe mentitus anubem
Sepe habitu veneris ſepiſſime fronte minerue
Sedulus inſidiis ſancto ſua ſeria rumpens
Diuerſis formis vt terror creſceret offert
Et vacuus generet ſpecie variante timorem
Qui virtute nequit ſuperatus vt arte rebellet
Sed tamen intrepidus perſiſtit inania temnens
Semper in aduerſis iaculans crucis arma beatus
Belliger hoc clipeo hoſtilia tela relidens
Qua penetrante acie ſe machina falſa reſoluit
Sepe etiam in ſanctum vacuos acuere tumultus
Inficiatores falſo minitante flagello
Sed fremitus fragilis per inania cymbala tinit
Oppoſitiſq; minis interritus ipſe reſiſtit

Nec fundata decet contra euacuata moueri

Qꝫ eū diabolus increpat eo qꝛ criminoſos ī monaſterio reciperet

Hinc quoqꝫ letiferi ſuffuſus felle veneni
Perfidus horribiles trux lubricus inuidus anguis
Ore cruentatus Martinum prouocat armis
Cur habeat monachos oneroſo crimine preſſos
Cur maculoſa cohors habitet pia ſepta
Nerea turba malis violet conſortia iuſti magiſtri
Morbida neu reliquos vicii contagia furent
Qui male polluerint lauachri venerabilis vndam
Ac ſua perdiderint baptiſmata crimine merſi
Nec via ſit venie periit quibus orbita lapſis
Cum ſemel in foueam vix eſt reuocare ruentem
Ac neqꝫ reſtitui vaſtato in corpore florem
Nec redeat miſeris vltra indulgentia chriſti
Tunc Martinus ait hec contra demonis iram
Perfide deſipiens quia non tua commoda cernis.
Hoſtis inique tibi tibi noxie te pereunte
Si nunc peniteas ſi nunc reſipiſcere velles
Percipitare animas vt iam per crimina nolles
Nec tua ſeuirent aliene tela ruine
Erroreſqꝫ tuos damnares vltime iudex
De pietate dei fidens promittere poſſim
Vt tibi tam miſero miſereri chriſtus haberet
Et cito donaret ſcelerata piacula culpe
Ob hoc arce poli deſcendit ad arua redemptor
Perdita vt eriperet peritura nec ipſa perirent
Inmaculatus enim maculas detergere venit
Vulneribuſqꝫ ſuis curaret vt vlcera mundi.
Funeris ordo ſui noſtre fuit archa ſalutis
Sputa flagella chlamys fel acetum lancea claui
Crux pia mors tumulus lapis inferus vmbra tirannus
Victa ſimul triduo premit & redit auctor ad aſtra
Deſcenſuſqꝫ ſuus meus eſt aſcenſus in altum
Nec peccatoris mortem magis eligit vltor
Quando ſuis penis nobis dedit arma ſalutis
Sic pius indomitam peſtem manſueſcere tentat
Promiſitqꝫ lupo bona paſtor ouilia reddi
Quanto magis homini reſerari premia chriſti
Propter quem ipſe deus homo fit iacet atqꝫ reſurgit



O pietas & celſa fides preſumptio dulcis
Que promittit opem deceptori & perituro
Explicuit votum ſi non valet ire iuuandum
Cui minus in poſſe eſt ſatis eſt oſtendere velle
Nam totum impendit qui non abſcondit amorem

Qꝫ beatus clarus omnibus relictis ei adheſit

Huic clarus placidus adoleſcens moribus expers
Martinum amplectans patrem & ſua cuncta relinquens
Tempore quiqꝫ breui micuit virtute fideqꝫ
Cum prope pontificem habitacula conſtituiſſet
Ac ſua complures peterent conſortia fratres
Huic ſe tunc monachus ſocians anatholius addit
In commune prius humilis cenſura ſodalis
Qui rudis ingenii verſuto illuſus ab hoſte
Poſt ait ad ſeſe quo celitus angelus iret
Ac reſerare ſibi miſteria clauſa tonantis
Et cito ſiderea volitent ſua nuncia penna.
Atqꝫ remiſſa viri reſponſio nubila tangat
Inter ſe & dominum memorans iter eſſe propinquum
Ac ſibi contigui iactat confinia celi
De ſecreta dei ſciendo iam eſſe prophetam
Sed clarum vt credat nec opinio falſa mouebat
Tunc ſine more furens anatholius aſſerit audax
Qꝫ ſibi de celo dominus tranſmittat amictum
Induat ac veſtem delatam nocte ſilenti
Vt ſignis ſtupeant cuius modo verba cauillant
Eleuat huic varium monachorum turba tumultum
Et ſuſpenſa tenet ſpectatio vana ſodales
Interea medias quaſi nox tranſcurrerat horas
Et rota flexa equo girabat cardine metam
Fit ſubito ſtrepitus quatitur locus arua mouentur
Et concuſa ſimul vario fremit aula ſuſurro
Murmure raucisono frangente lepore loquellas
Credas pugnaces volitare per aſtra phalanges
Et videas rapidas diſcurrere turbine turmas
Hic vbi concuſſus redierunt ocia turbis
Motaqꝫ tempeſtas tranquilla ſilentia ſumpſit
Aduocat ex monachis confeſtim anatholius vnum
Cominus & tunicam oſtentat iactantior albam
Qui vacuo tumidus falſo & vmbrabatur honore

Candidus exuuiis ſed nigri demonis arte
Inde ciet reliquos occurrit clarus & ipſe
Palpat molliciem veſtis candore niuali
Serica con fingunt tenuato ſtamina filo
Mec contacta manu diſcerni vellera poſſunt
Ducitur interea monachis nox peruigil hymnis
Et cōpacta choris dauitica canna reſultat
Vt coram altithronus velamina viſa reuellet
Et iam ſpumat equis aurore auriga rubores
Sol quoq; luciſluas circūflectebat habenas
Atq; renata dies reuocabat in arua labores
Mox clarus monachum martino oſtendere tendit
Noſcens pontificem fantaſmata nulla latere.
Cum ſancti ante oculos vario fuit vna figura
Decipulāq; ſuam deceptor perdit in illum
Ceperat hus demens anatholius ergo reniti
Interdicta ſibi Martini occurrere ouili
Dum tn̄ inuitis traheretur paſſibus herens
Tegmina falſiloqui vaneſcunt alba nigelli
Et male deſtituunt monachum vaga pallia nudum
Nec ſtat ymagineis ſimulatilis vmbra figuris
Territa martini ſic nomine larua refugit

Q; ei diabol⁹ i regio habitu apparuit. Et q̄uo ad ip̄m venit Sulpicius qui ab eo benigne ſuſceptus eſt.

Hoſtis iners maiora ſuis dehinc viribus audens
Perfidus & totiens eliſus nec ſibi credens
Debilis arma mouens & degener ardua tentans
Vt ſua laus fieret vel ſollicitaſſe potentem
Creſceret & titulis fortem pulſaſſe ſagittis
Deniq; cum ſanctus recubaret in aggere fuſus
Inſinuando preces domino pro plebe ſacerdos
Conſtitit ante oculos deformis forma rebellis
Sulphurea ſub luce migrans radiantius vmbra
Lumine mentito tenebroſus & atra vorago
Fulgidus exuuiis regali veſte ſatellis
Tectus bracteolis vacuo diademate pulcher
Ordine gemmarum memoroſa luce coruſcus
Falſa veſte potens cui calceus illitus auro
Latior & tumido iactans ſe pompa triumpho
Cuius ad aſpectum ſanctus hebet ore repreſſo



Mutuaq; ambo diu tenuere ſilentia faſtu
Mirans ille virum dum deſpicit iſte ſuperbum
Quem prior alloquitur reus & temerarius hoſtis
Que dudum martine cupis penetrante precatu
Iam pia vota tenes ego ſum tua gloria chriſtus
Exigis vt veniam vaudos recreare labores
Et ludata tuis vt ſolers bella triumphis
Debita milicie dare oportet munera regem
Deſcenſurus em̄ ad terras huc dirigo greſſum
Vt tua ſollicitis requieſcant pectora curis
Hus ſacer intrepidus nolens reſponſa referre
Deſpicit & reticet tractat neq; verba relaxat
Mens ſolidata manens rimans alta atq; profunda
Cardine nec tremulo vento neq; flante rotatur
Lubricus hinc repetit mordacia ſibila ſerpens
Credere quid dubitas proprio quod lumine cernas
En ego ſum Chriſtus tecum qui confero voces
Et loquor hec ſecreta palam dignando futura
Nec de me trepides teſtis mihi fulgida lux eſt
Spiritus vt verax martini igniuit acumen
Ac patefecit iter ne clauſa venena laterent
Hoſtis & auguini poſſit diſcernere fraudem
Libertate potens ſanctis ſermonibus inquit
Non ita ſe dominus venturū dixit in orbem
Se neq; purpureum nec ſic diademate fultum
Pandit apoſtolicis voce inſinuante colūnis
Cum ſua carnalis raperetur ad aſtra figura
Atq; piis plantis ſtrauerunt flamina pennas
Cum pede preſſa ſacro ſeruirent aera regi
Angelicis victus manibus celer ethera calcans
Ingrediens teneras neq; frangens greſſibus auras
Pendula planta volans cum nubila finderet intrans
Remige pennigero qua non facit ala ſigillum
Cum galileis tunc ſpectantibus angelus aſtans
Sic ait altithronū rediturum qualiter iret
Vnde probanda probo reprobo reprobantia probra
Non ſunt ſigna mei regis ſed caſtra tyranni
Aſt ergo tranſfixas clauis niſi videro palmas
Atq; beata crucis tū ſtigmata carne gerentem
Ac latus & foſſas traiecto milite coſtas

Vnde cruentati pariunt baptiſmata riui
Et ſacra purpureo maculas lauat vnda fluento
Que dedit in precio generoſa talenta redemptor
Inq; crucis trutina precii nũmiſmata penſans
Telum auctor redimens theſauro corporis orbem
Cum gemma vna fuit que cuncta in vaſa valeret
Hac niſi veſte tegi videam qua pertulit auctor
Iudicio ſine hoc chriſtum veniſſe negabo
Nam decet vt victor doceat per ſigna triumphum
Plaga q; fixa poteſt laudem accumulare trophei
Mox inimicus iners vibratus verbere vite
Peſtifer aerius tenuata per ethera lapſus
In propriam ſpeciem rediens ad mane ſolutus
Effugit ex oculis liquidas quaſi fumus in auras
Et leuis vmbrifere volitauit ymago figure.
Viſibus excluſus cellam pedore repleuit
Agnitus indiciis ſua per veſtigia ſordens
Et fetore ſibi comitante ſatellite fugit
Martiniq; fidem nec fugida forma fefellit
Nec radium mentis deluſit ſplendor inanis
Luce ſuperfuſa qua ſe nox tetra tegebat
Nunquid non poterat humilis ſuperare ſuperbum
Aut non deiceret tam mente benignus iniquum
Pacificis armis doctus domitare rebelles
Cuius dulcis erat fauor & honor altus amoris
Non ſolum abluere alterius ſed lambere plantas
Hoſpitis atq; noui veſtigia tergere lingua
Semper aquam manibus tribuens venientibus ipſe
Celeſtibus cupiens homini ſeruire miniſter
Et manus alma pedes de corpore ſepe luebat
Cum ſua porrigeret vel fimbria tacta ſalutem
Qui illecebras mundi fugiendas inſtituebat
Et ſeclo ſua lucra dari nil querere terris
Vt cenſum fugeret qui aſcendere vellet olimpum
Vt graue pondus agri vel nũmi nullus haberet
Nec retineret opes qui celo occurreret heres
Nãq; onus aſcenſum vetat & deſcendere preſtat
Imum verſa trahunt nec in altum pondera ducunt
In montem gradiens titubat ſub faſce colũna
Deficit & fragilis valido ſub pondere planta



Mergit in vndoſum cumulatam ſarcina proram
Vt petat ad portum rerum facit emptica iactum
Qui pater illuſtris paulini geſta beabat
Floruit Italie quo poſt antiſtite nola
Qua regio campana ſedet rectore ſuperno
Diues agris opulans famulis locuples & aceruis
Vir cenſu vaſtus latre celſus & ore rotundus
Ditior ipſe fide pro chriſto fit ſibi pauper
Et dedit innumeros redimentes crimina nummos
Cuius ſparſa ſolo migrauit ad aſtra facultas
Fecit & in celum pigras aſcendere terras
Vno dando loco & dant bruta ad ſidera ſaltum
Ergo euuangelicum paulino implente relatum
Martinus monitat cunctis talem eſſe ſequendum
Tramite difficili potuit qui pergere diues
Depoſitoq; onere aſcendit qui liber in arcem
Exemploq; mouens vocat altius ire ſequaces
Iam quoq; martini que fabula fluxerat ore
Que grauitas fuerit quã acer de lege diſertus
Queſtio nec latuit celeſti iure perito
Vir reſerare valens quodcũq; enigma negaret
Ingenii dulcis prudentia larga redundans
Fonte perhenne bibens quod riuulus ille rigaret
Sermo pius prõptus placidus caſtus aptus amandus
In tantis animis celi poſſeſſor in armis
Peruigil orator mandando negocia chriſto
Indicis in vultus inopum querimonia pandens
Doctus in arte ſacra miſerorum exponere cauſas
Aſſertor validus ſuperans fora iura togatos
Nullius aſtructor facundus concionator
Qui prece profuſa domini vadimonia placans
Quantum voce valens viduis atq; orphanatrophis
Cuius & ipſa polum taciturna ſilentia pulſant
Mens fundata deo ſine fuco proxima celo
Ocia nulla terens & nulla negocia carnis
Quicquid agendum eſſet totum velociter implens
Sed mora chriſtus erat famulans ſibi nocte dieq;
Nam cibus & ſomnus niſi quod natura neceſſet
Tardus edax velox vigilans ſopor eſca ſub ictu
Nec faceret niſi q; ſine hiis caro viuere neſcit

Tempus vtrumꝗ dicans cauſis repetendo duabus
Lectio nunc reſonans ſibi nunc oratio currens
Cuius erat requies tantum mutare labores
Si foris iſſet erat homo iugiter intimus orans
Celo non carnis ſed tendens lumina cordis
Nec dolus incluſus latuit nec ab ore refluxit
Vir ſine mundanis domini poſſeſſio munda
Nullum iudicio damnans mala nulla repenſans
Hec ſua namꝗ fuit ſi facta iniuria fratri eſt
A minimis leſo nōnunꝗ erat vltio dulcis
Neꝗ gradu proprio neꝗ reppulit officialem
Carus & aduerſus pius equis blandus iniquis
Ira tumor riſus meror ſtetit exul ab illo
Non in fronte tenens nubem nec in ore cachin
Idem ſemper erat facie cute corde colore
Nec variabat opus vir adhuc in corpore conſtans
Immortale aliquid mortali ab imagine promens
Ora deus ſenſum pietas pax corda tenebat
Pro ſe parua gerens aliena miſertus agebat
Nature vt ſeriem poſtponens angelus eſſet
Alta ſupergredins mente vltra nubila tendens
Liber ab humanis intrabat ſidera ciuis
Inclita ſigna gerens & multa futura prophetans
Stabat adhuc terris celeſtibus intimus heres
Noſcen s clauſa dei quaſi conciliator amici
Cum ſua participat caro ſecreta clienti
Vir cui chriſtus amor chriſtus honor omnia chriſtus
Flos odor eſca ſapor fons lux gloria chriſtus
Huius in affectu inſertus ſolidatus adultus
Ac velut arbor agri ſecus eſt vbi curſus aquarum
Floricomis foliis & fluctu perpete gaudens
Ornata eterne fert poma perennia vite
Inter apoſtolicas acies ſacroſꝗ prophetas
Martiriiqꝫ choros atꝗ agmina fulgida celi
Rege ſub inuicto qua exercitus ille coruſcat
Per turmas proceres legiones atꝗ cohortes
Milite ſeu comite & gradibus duce conſule creſcens
Lacteus iſte toga rutilus micat ille corona
Hunc pretexta nitens illum diadema facetat
Hos chlamys aſt illos armilla topaza decorat



Balteus hinc radiat hinc infula crine coruſcat
Alter palmate trabee nitet alter honore
Pingit & ornatum gemma aurum purpura biſſus
Nec videt hoc oculus quod habet ſuper aſtra ſena tus
His frueris Martine bonis ſub principe celi
Cetibus angelicis ſocialibus & patriarchis
Compar apoſtolicis meritis equande prophetis
Addite martyribus rubricat quibus vnda cruoris
Fulgide confeſſor candentia lilia vincens
Lumine purpureo redimite decore coruſce
Liberius gradiens per celſa palacia regis

*Supplicat fortunatus vt Martinus pro eo deum oret*

Vir tranſcripte potens eterna in ſecula cuius
Signifer arma crucis fers nobilitata triumphis
Dulcis adorande & mihi pectore voce colende
Cuius proſaicus cecinit prius acta ſeuerus
Verſibus intonuit paulinus deinde beatus
Equiparare valens illuſtris vterꝗ relator
Materia victi ſed & ipſi carmine cedunt
Luminibus tantis ego nubilus inferor audax
Et minimis minimus de magnis maxima tentans
Qui pede ſub titubo balbutio fauce & anhelo
Et rudis eloquio carpo quod condere certo
Da veniam quia te cecinit rea lingua relatu
Fer pietatis opem miſero miſeranda miſertor
Rector vt altithrono cum venerit arbiter orbis
Tū memor obtineas delecti obliuia noſtri
Inter me ac dominum mediator adeſto benigne
Quem ſua culpa ligat tua vt interuentio ſoluat
Spes fortunati ſit fida ſalutis egeni
Suppliciter humilem tibi ſe ſtrauiſſe patrone
Qui lepre maculas medicata per oſcula purgas
Mortis & extreme reuocas in origine finem
Carnis adhuc fragilis quondam ſub imagine conſtans
Nunc opus vt mites pietas tua commendet aures
Nam prece poſſe vales apud illum cuius haberis
Quod peto tu poteris quia totum preſtat amicis
Sic tibi queꝗ petis tribuat preſentia regis

¶ Explicit liber ſecundus

Prologus libri terti i

HActenus in bibulis fixa ſtetit anchora terris
Ocia lente trahens & inerti dente quieſcens
Leniter alludens dum ſibilat aura ſoporem
Et nox vmbra tenet viridante trepidine ripe
Ecce ſerena dies rutilata crepuſcula profert
Et pelagus rate nauta petit iam ſoluo rudentes
Littus arundineum linquens leuo charbaſa ventis
Ante per hadriacas ſpumas dare vela videbat
Turbine raptus aque per murmura rauca fragoris
Cum duce ſulpitio bene cuius ab ore venuſto
Martini ſacros dulcis ſtilus edidit actus
Quos ego ſub geminis claudo pede curro libellis
Infimus egregii contexens geſta patroni
Rurſus in occeanos videor mihi tendere fluctus
Nauis iter gradiens vbi iã vaga glauca relidunt
Et creſcet terrore timor rate nube profundo
Dum tamen alta peto reſonet mihi gallus in aure.
Geſta beata viri qua cõtigit vnda tumorem
Et ſermone viam releuet ſale fabula dulcis
Deferor ecce freto fugiunt & littora viſum
Remiget hic gallus Martinus vela gubernet
Flamina chriſtus agat portum quibus vnda reducat
Nuuc quoqꝫ geſta ſacri dum nauigo nauta loquatur

Incipit liber tertius eiuſdem

Qꝫ intra amphibolum ſibi tunicam latenter induxit
& pauperem veſtiuit

MEnſibus hibernis dũ boſphorꝰ alligat vndas
Et liquidos cãpos vetat ymber arare carinis
Oceanuſqꝫ negat commertia ferre britannis
Cum ſata ſub rigido ſua germina frigore celãt
Ac penetrãte gelu riget vnda & herba liqueſcit
Aſtitit ante fores orans veſtem eger egenus
Lingua ligata gelu nec ſolueret ore loquelas
Vt tegeretur inops ſacer imperat ergo miniſtro
Ipſe remota petens populi caret arte tumultu
Comperit vt ſanctus nihil accepiſſe trementem
Exuitur tunica algentemqꝫ obtexit amictu
Quam ſine teſte dedit latitans & abire coegit
Ecce miniſter adeſt rogitans procedere ſanctum
Sed ſacer ante monet veſtiri tegmine nudum



Hoc memorante pio ſtupidus hebet archidiacon
Quid faceret nudum dum non ibi cerneret vllum
Noſcere nec poterat reſidente antiſtite nudũ
Qui tunice interius non inſpiciebat amictum
Amphibali exterius dum membra obtecta laterent
Angunt mẽbra pati quod hoc enigma beati
Queſtio tanta ligat neqꝫ problema ſoluat egeni
Tunc ait ipſe ſacer mihi tegmen defer amice
Nec pauper deſit qui veſtibus indiget illis
Succenſus grauiter tegmen fert vile miniſter
Ante pedes iactans ait en ſiue paupere veſtem
Induitur ſancto hirſuta bigerrica palla
Vix cui digna foret ſtola lactea & aurea fulua
Proceſſit ſic ſummus honor ſed pauper amictu
Deſpectus tunica celeſti in ſede ſenator
Interea populis cerimonia ſancta retractans
Cum holocauſta ſacre manibus benediceret are
Protinus a capite emicuit globus ignis amici
Lambens colla comas & flammia benigna volabat
Tactu mollis honore potens ſplendore coruſcans
Crinem ornans meritum prodens pro tegmine fulgens
Prebuit obſequium minus impendente miniſtro
Geſta occulta iudex in lucem lumine mittens
O diues pauper tunica contente nec vna
Qui nec habes aliam neqꝫ vis retinere vel ipſam
Dum ſupereſſe putas veſtitum ſimplicis vſus
Cui grauis eſt vel pulla leuis dum clamat egenus
Tegmine pro nudi cupiens procedere nudus
Nec partiris opem ſed totum cedis egenti
Hec tua ſola putans ne petitus pauca negares
Vt magis eẽs inops inopidum cuncta dediſſes
Nec puduit verecunde pater ſine veſte ſedentem
Sed nihil erubuit pietas impenſa fidelis
Nec minimam retinens fieret quo maior honore
Eſt mihi velle loqui ſpecioſa negocia nudi
Sed rapiunt auidum reliquarum inſignia rerum

Qualiter euantium a grauiſſima infirmitate liberauit

Dum recubaret humo fluitans euãcius eger
Feſſus & extremus cum iam ſuper alitus iret
Pontificem precibus celer euocat vt properaret

Et via cepta ſacri fieret ſibi vita reducti
Nec cunctatus iter Martinus adire viator
Vix medio ſpacio emenſus gradiente ſenecta
Ante ſalutis opem miſit dũ vita maneret
Atq; medela egro data nunciat ire beatum
Significans etiam curſor medicina ſequentem
Dum pede tardat heros preceſſit cura volatu
Aduentuſq; pii fert aura ſalubris odorem
Vt cito ſuccurrant vnguenta per aera fumant
Sol veluti radiis dat longius ore colores
Sic Martinus opem & quo non eſt exhibet arte
Admiranda nimis res eſt vbi peſte fugata
Anteaq̃ medicus pulſum tenet exilit eger
Obuius occurrens ſancto obſequiumq; rependit
Duxit & ipſe domo qui ſe ſibi luce reduxit
Nunc alacer ſaltu recubans paulo ante grabato
Interea miris euancius actibus expers
Supplicat incolumis domini vt mora craſtina tardet
Hoſpitis & tanti tenet vna diecula vultum
Sed mora tunc fuit hec occaſio danda ſalutis

Q; euancii puerũ a ſerpente percuſſum ſolo tactu ſanauit

Ilico percutitur puer atro dente chelidri
Membraq; percuſſit diſtenderat ira veneni
Cum ſpacium vite mors importuna negaret
Flebile & in toto regnaret corpore virus
Expoſuit puerum ante pedes euancius almi
Omnia confiſus Martinum poſſe mereri
Sanctus enim tactu mox ſingula membra pererat
Atq; manu medica morientia viſcera palpat
Inde ſuper vulnus qua beſtia fixerat ictum
Vt poſuit digitum fluit vndiq; vena veneni
Et repedauit iter dederat qua vipera virus
Hinc ſacer inſpiciens collecta tabe tumorem
Pollice ſubducto quam fuderat vlcere ſerpens
Cuncta veneni viſper hiatum vulneris exit
Sanguine concreto ſtillans velut vbere capre
Turgida plaga necem vomuit de vulnere filans
Concretam ſaniem vena ſaliente relaxans
Effert virus iners refluente canale liquorem
Et data letiferum reuocat retro fiſtula rimum



Expugnante fide morſus vim perdidit anguis
Et quia non perimunt perierunt arma veneni
Stat puer incolumis remanet neq; pallor in ore
Miratur famulum dominus ſtupet & domus omnis
Currere ſeruitio quem crederet ire ſepulchro

Q; eũ viri militares cũ rheda fiſcali veniẽtes plagis eũ affecerũt quorũ equi immobiles perſtiterunt donec Reatum agnoſcentibus indulgeret

Hinc pius antiſtes loca ſingula more requirens
Hiſpidus occurrit rede fiſcalis amictu
Quo iumenta ſacri dum pallia pendula cernunt
Feruida ſubductum capuere per inuia currum
Demiſſis auriga rotis & miles habenis
Martinuʒ flagris & fuſtibus vrget iniquis
Sed de cede viri pecudis datur vltio triſtis
Ipſe tamen patiens iaculorum grãdine preſſus
Atq; flagellantum dum debachatur erynis
Vulnera nulla refert manibus nec ab ore ſuſurros
Hinc grauius cruciat cedentẽ ignobilis ira
Hic quia dum tolerat ſe irridi dũ putet alter
Et magis ille furit dum ſuſtinet iſte libenter
Interea ad redam redeunt craſſante querela
Dum ſaciat vindicta famem tiphatilis ire
Mulas ire mouent qua publicus aduocat agger
Voce premunt & fuſte dolant lacerantq; flagello
Sed neq; compulſe rapiunt iuga lora quadrige
Fixa manent nec feſſa mouent velut erea ſigna
Ceu liquefacta nouo ſe glutine terra ligaſſet
A putre vt credas animalia puluere nexa
Agnouere viri ſe numinis arte teneri
Accurrunt celeres inquirunt nomen euntis
Martinum inueniunt a ſe crudeliter actum
Confuſe flentes rubricante pudore recliui
Ante pedes ſancti ſternuntur & ore precantur
Vt veniam errori tribuat ſinat ire legatos
Quos tamen ante ſacer predixerat eſſe retentos
Rem probat vlcus amat veniam dat abire perorat
Quos virtus vinxit pietas mollita reſoluit
Ore pependit iter verba artant verba relaxant
Et iuga frena rotas mulas auriga recepit

¶ Q: in Carnotenſi territorio mortuum ſuſcitauit.

Carnotis hinc etiam dum pretereundo veniret
Ethnica per campos paſſim obuia turba fluebat
Excita amore ſacri licet hoc non crederet ipſi
Ad ſpeculare nouum concurrens vndiqꝫ viſu
Cum necdum hijs chriſti radiaret honore caracter
Nec ſacra verbigeni flueret ſuper vnda tonantis
At Martinus ouans domino reſerante profunda
Senſit adeſſe locum quo fertile ſurgeret aruum
Incipit alloquijs fera pectora cultor arare
Ore ſacer nitido dumoſa noualia purgans
Sepius atqꝫ iterans bis terqꝫ quaterqꝫ reſulſcans
Paulatim ad fructus ſtupidos animauerat agros
Hinc rudibus populis chriſti noua ſemina iactat
Senſibus humanis lactantia germina ſurgunt
Leuiter & rigidis coaleſcunt gramina ſulcis
Quid faceret ſanctus turbis coeuntibus amplis
Meſſe in tam multa veniens operarius vnus
Excolit includit ſerit inſerit alligat ambit
Interea mulier defuncto pendula nato
Brachia diſtendens offert añ ora cadauer
Funeris increpitans miſero fera cantica planctu
Dum dolor ad lachrymas ait hec vix explicat ore
Fortis amice dei toto venerabilis orbe
Quem ſemper lamenta mouent pietate propinqua
Ardens quid cupiam corpus tibi nunciet algens
Ecce obijt miſere michi filius vbere raptus
In quo mater eram nec ſpes neqꝫ reſtitit heres
Occubuit genitus cecidit domus & michi fructus
Nulla remanſerunt vteri ſolatia duri
Nec ſuper eſt quod dulce vocem quo feſſa reclinem
Vbere quod recreem totus perit ordo parentis
Qui reſtas precor affer opem medicamine verbi
Redde genus ne ſit matris michi nomen inane
Ni ſobolis redeat ſecum mea funera ducat
Adiuuat hanc populus clamans ſacer ānue votis
In cunctos vox vna tonat miſerere precanti
Tunc pius antiſtes gemibus profuſus in aruis
Sternitur ante oculos domini pro plebe precatus
Vt mereretur ouem per quam grex plurimus eſſet



Annuit omnipotens famulo dans culmen honorum
Mox bonus ore preces orator miſit in aures
Ordine diſpoſito poſtq̄ ſe oratio complet
Erigitur ſenior ſimul infans viuificatur
Porrigiturqꝫ ſue populo ſub teſte mamille
Fit fragor & populi noua pectore vota volutant
Mirantes hominem lete mutaſſe vigorem
Et qui in morte manet morti ſua iura tuliſſe
Inde cateruatim chriſtum dominumqꝫ deumqꝫ
Confeſſi exorant fieri ſe lege beatos
Fit ſubito in campos populus catecuminus omnis
Non templa ſpectans nec clauſtra dicata ſacelli
Eccleſieqꝫ typum campus generoſior explet
Quodqꝫ ſolet tectis pratis adhibetur apertis
Vnica mors pueri ſic vite parturit agmen
Dumqꝫ vnus terre rediit plebs aſtra recepit
Sub duce Martino felix exercitus hic eſt

Q: valētinianus imꝑator nō eſt dignatus ei aſſurgere quouſqꝫ cellam ſuam ignis operiret

Dum regeret princeps data iura valentinianus
Romuleis opibus mundo famulante ſuperbus
Tum pia dum ſacrum comitatum compulit ire
Quem quia preſenſit ſe poſci talia ceſar
Que nollet preſtari viro iubet arce repelli
Et vetat a foribus penetrare palacia iuſtum
Inſtat ad hec vxor cui tunc erat arrius auctor
Sed ſacer vt vidit tali ſe fraude repelli
Hinc aula excluſus redit arma domeſtica ſumens
Contegitur ſetis reſpergitur atqꝫ fauillis
Ordine miles agens remouet potumqꝫ cibumqꝫ
Nocte dieqꝫ vaccās orandi iugiter vſu
Septimus ergo dies aderat quo ſanctus amore
Fortia caſtra mouens his deſuadabat in armis
Quo angelus aſſiſtens iubet ire palacia iuſtum
Fretus in auxilio Martinus pergit ad arcem
Limine nullus obeſt ad principis ora perintrat
Qui ſanctum inſpiciens q adeſſet frenduit ore
Atqꝫ aſtante pio ſolio neqꝫ ſurgit ab alto
Regalem ſellam mox ignibus ardor oberrat
Et vaga flamma natat qua molle ſedile coruſcat

Vndiqꝫ fuſa furens ſed culpe ceſaris vltrix
Ceruicis dure ſoluens ardore rigorem
Inde flagella cocunt hinc regem incendia cedunt
Vapulat & rapidis flammis auguſta poteſtas
Hinc celeri exiliit rapiens ſe ceſar & ardens
Martini genua amplectens pedibuſqꝫ volutas
Sicqꝫ ſuperbum hominem ſe agnoſcere pena coegit
Vilia regna probans & celſa cacumina curuans
Imperiale caput ſancti ad veſtigia ſubdens
Nec ſpectare preces patitur reuerentia iuſti
Preſtitit ante tumens q̄ ſupplex danda rogaſſet
Regia rite parans conuiuia ſepe beato
Obtulit inde fauens abeunti munera princeps
Paupertate potens ſed reppulit omnia ſanctus
Donaqꝫ deſpiciens meruit plus principe ab ipſo
Tantum maius habens quantum minus ambit auarus
Omnia ſunt ſoli qui nulla requirit habendi

Qꝛ maximus imperator & coniunx ſua remotis omnibus miniſtris ei prebent conuiuium

Hinc quoqꝫ romuleam regeret cum maximus arcem
Vir capiens apicem per publica geſta triumphis
Sepius hic ſanctum per celſa palacia dux it
Hoc toto ſermone loquens de luce futura
Quis ſit honor iuſtis laus gloria palma corona
Nec regina pedes ceſſat lacrimoſa rigare
Sternens membra ſolo ſuſpendens gaudia voto
Inde precatur ouans cōuiuia vt ipſa pararet
Obtinet hoc bonitas quod non valet alta poteſtas
Ipſa manu ſellam poſuit menſamqꝫ parauit
Dans manibus limphas rurſus regina miniſtrat
Leta modeſta ſuis palmis quas coxerat eſcas
Quo reſidente ſacro ſtetit illa immobilis atqꝫ
Fercula ſubducens & pocula porrigit ipſa
Vna miniſtra viro ſuffecit ad omnia ſoli
Cenula finitur ſed ad huc regina ſategit
Fragmina reliquias cruſtas & fruſta recondens
Omnia preponens hec imperialibus eſcis
Hoc Martinus agit quo clauſos carcere laxet
Exilio ductos laribuſqꝫ reducat auitis
Sed tibi ſancte pater minus eſt auguſta quod explet



Hoc magis obſequio creuit regina peracto

Qꝛ de ſtramine in quo iacuerat facte ſunt virtutes

Eſt locus in turonum fine & confine biturgum
Incola quem vicum vocitauit claudio magum
Manſio forte fuit Martino pretereunti
Eccleſie domini qua ſecretaria pollent
Virgineiqꝫ chori ſancto abſcedente requirunt
Quo ſtetit aut ſedit iacuit genua atqꝫ reflexit
Lambunt cuncta ſimul vel ad oſcula ſingula ducunt
Diuiſere ſui veneranda ſtramina lecti
Atqꝫ leues paleas virtutis pondere penſant
Quam tetigit ſtipulam ſanctus non ibat inanis
Deniqꝫ poſt fragilis confregit fortia culmus
Nam grauiter quendam rabiens inuaſerat hoſtis
Et truculentus agens erroris ſpiritus iret
Dum rapiendo rotat veſano cardine predam
Hunc ſuſpenſa viri collo feſtuca fugauit
Immanemqꝫ hoſtem palearis ariſta remouit
Tibia fruge ferax laruam iaculata ſagittat
Et ſtipula exilis quaſi dura falariga fixit
Nec ſic vllius ferri expauiſſet acumen
Spicula nec tantum timuiſſet miſſa per arcum
Lubrica pennigero venientia tela volata
Partica ſeu timidum ſi tranfodiſſet arundo
Plaga vt vicino grauius laceraſſet ab ictu
Stramina ſic metuit trepidans adamantinus hoſtis
Ac velut ex ſtipulis coqueret ſe flamma camini
Vir ſtetit incolumis fugiente volucriter vmbra
Deſerit & predam lupus egens & leo frendens

Qꝛ eleuata obuiā manu pecudē furibūdā cōſiſtere iuſſit

Inde reuertenti treuerorum ex vrbe beato
Obuia forte datur medio fera bucula campo
Qua demon dorſo incumbens agitabat anhelo
Pendulus aerio quatiens auriga flagello
Peſtifer arte noua curſu boue nempe veredo
Cornigeri pecudis propulſor mulio triſtis
Exagitator iners reſidens per terga bubulcus
Hic vbi millimodas animalis adegerat iras
Ibat vbiqꝫ fero furibunda iuuenca miniſtro
Sub tortore graui per curua per inuia curſans

Acceſſit propius ſancto furiatile cornu
Elataqꝫ manu pecudem conſiſtere mandat
Que ſtetit affixo minus improba buccula greſſu
Quem ſacer inſtantem mox vidit cõminus inquit
Perge ferox fuge ſeue redi male cede cruente
Innocuum pecudem deſiſte agitare nociue.
Tunc animalis enim linquet fera belua tergum
Et recipit proprium mitiſſima buccula ſenſum
Sternitur ante pedes ſancti veneranter adorans
Flexit & ipſa genu que non habet intellectum
Contra naturam diſcernens geſta beati
Obſequiũqꝫ dedit meriti que neſcit honorẽ
Inde magis humilis quia libera colla gerebat
Ante ligata tumens a peſte ſoluta recliuis
Que ſtetit ore fremens cecidit poſt vincula ſupplex
Et ſine voce fauet armo iactata priore
Tum ſacer antiſtes pecudem precepit abire
Moxqꝫ gregem repetit paſtoris voce reuincta.
Id geſtum eſt illo ſub tempore quando beati
Per medias flammas nec fimbria ſenſerat ignis

Qꝫ ſermonis imperio canibus alligatis leporẽ liberauit

De minimis etiam referantur maxima rerum
Tempore nam quodam dum vicos ambulat almus
Obuia venandi ſtudio volat agmen equorum
Nare ſagace canũ fit preda reperta frutectis
Tranſiliunt campos equites & voce ſequuntur
Intendunt leporem fugitiuum agitare moloſſi
Saltibus excuſſi latratu & dente minaci
Diffuſi excurrunt celeres in amore rapine
Alter in alterius miſcent veſtigia ſaltus
Iſte ſequax tacitus petit hic clamoribus auras
Hic frutice in vacuo deluſus odore rotatur
Motibus arboreis ſaltu ſuſpenditur alter
Captu ex vnius cunctorum frendet hiatus
Sepe ſuper leporem morſu deceptus inani
Vnguibus iniectis dum preda volubilis exit
Ac ſe turba premit ſic lubrica biſcula fugit
Non erat interea quo calle lepuſculus iret
Mons vallis petra ſilua frutex defecerat omnis
Per patulos campos fugienti tegmine nudo



Poplite defecto pede laſſo nare recliua
Totus ab ore canis per ſingula murmura pendens
Senſit adeſſe tamen Martini ſigna beati
Flexit iter trepidus hirſutas fraude per herbas
Auribus accliuis vagus exagitatus anhelus
Corruit ante pedes titubans lepus aduena ſupplex
Si non voce poteſt flatu pro voce precatur
Sic fera parua iacet martini tegmine tuta
Et recubat dulci defenſa ſub arboris vmbra
Tunc ſacer ex ſolito miſeratus more ſalubri
Imperat vt catuli ceſſent abeunte fugace
At ſacer ille canum mox ſermo cucurrit in aures
Torpeſcunt habiles verbo figente liciſce
Greſſibus inſtabiles pendentes ſaltibus ipſis
Et rediere canes quaſi per veſtigia cancri
Effugit incolumis per aperta lepuſculus arua
Et cane ſe poſito tutus teret alta viator
Hic fugit ille redit nullus perit ecce ſalutem
Sic quoqꝫ beſtiolis pacem ſacer intulit ipſis
Debilitaſqꝫ canum facta eſt pietatis ymago
Qui potius vetito didicerunt parcere morſu
Et quia defuerant homines vbi mira faceſſit
Nil de laude perit miracula beſtia ſenſit

Qꝫ cõparationem facit de oue recenter tonſa

Quanta etiam ſancti ſermonis gratia fulſit
Qui cum nuper ouem vidiſſet vellere tonſam
Hec euuangelii dicens mandata peregit
Nãqꝫ duas tunicas geſtans vnã obtulit infans
Et nudata ſuo de tegmine texit egentem

Qꝫ cõparationem facit de homine pellicea veſte cõtecto

Inſpiciens itidem ſanctus per rura ſubulcum
Nudum pellicea tantum ſub veſte trementem
Ecce adam quondam paradiſi cede repulſua
Exul ab eliſeo paſcit gregis ora ſuelli
Depoſito veteris adam carnalis amictu
Adam nẽpe noui nos induere inſtar oportet

Qꝫ cõparationem facit de agro floribus adornato
et depaſto a bobus et defoſſo a porcis

Hinc iterum cernens vernanria prata beatus
Pars paſtus pars foſſus erat pars gramine florens

Sed ſue cōfoſſus boue paſtus flore comatus
Comparat ergo tribus ſanctus tria nomina rebus
Turpis adulterii ſpecies eſt foſſa carectis
Herba ꝑ coniugii detinet detonſa figuram
Eſt par virginibus violis que vernat ymago
Herbis luxurians feno apto & flore decora
Digna deo gemmis gratior radiantior aſtro
Q; militē mōachū ſecū cōiugē ſuā hr̄e volētē rōnabilr̄ cō
Miles itē monachū profeſſus ſingula linquēs (uincit
Coniuge cum propria cuperet quia degere vitam
Mutauit meliore via tranſcurrere metam
Iure ſacerdotii monitor hoc ordine dicens
Belligeratori valeat ne femina iungi
Sola aciem melius componit maſcula virtus
Debilior teneat murorum clauſtra caterua
Et ſexus fragilis ſeſe intra ſepta recondat
Hoc ſatis vt mulier timeat res ipſa timori
Miles ad arma potens pergat galeatus in agmen
Lorice triplicis ſtama radiante coruſcus
Toraca ex humeris indutus nixus in haſta
Aſſuetus clipeo tranſmittens vulnus ab arcu
Hinc capulum vibrans hinc torquens miſſile telum
Ferrate tunice riuos ſub pondere ſudans
Hijs dictis mulcens iuuenem reſipiſcere cogit
Coniuge poſtpoſita & repetit heremita coronam.
Q; angelꝰ ſibi nūciat id qđ in cōſilio nemanſeñ actū eſt.
Iugiter interea quia ſalſa & ſancta canebat
Nec ſerie recipi neq; poſſunt ſcripta teneri
Quenam vita ſacri fuerit quis ſingula currat
Quanta fides animi ꝙ cella & pura voluntas
Ad quem non ſolum homines longo orbe venirent
Verum etiam celeſtis honor viſebat amanter
Angelicuſq; chorus properabat ad ora frequenter
Colloquijs placidis vt feſſum animaret amicum
Et quaſi complexum recreet per verba parentem
Res probat iſta ſequens que geſta priora renarrat
Concilium allectum fuerat ſinodale nemanſum
Quo ſacer antiſtes mediator adeſſe recuſat
Ergo ratem ſcandens celerem parat ire per amnem
Cetibus in medijs habitans heremita remotus



Ipſe in puppi ſedens cunctos ſua prora ſequeſtrat
Angelus ecce tamen domini venit aliger alto
Ipſa nempe die qua ſe conuentus abegit
Quicquid pontifices celebrabant ordine narrans
Pro vice Martini peragens ſinodalia preſens
Atq; ſui cura longinqua per ethera tranat
Quem pendente via nec in aera penna fatigat
Sed nata ala celer donec noua nuncia portet
Que mandat dominus nichil abſconſurus amico
Rettulit vt prius ſacer & poſt cuncta probauit
Nec frangunt predicta fidem neq; prodita fallunt
Q; ſepius a maria tecla agnete petro & paulo viſitatus ē.
Accidit hinc demum foribus ſedente ſeuero
Compare cum gallo doctis & amore miniſtris
Murmure multiuago completur cella beati
Oſtia clauſa die retinens geminante ſub hora
Audiuere loqui ſed quid neſcire fatentur
Senſerunt ſtrepitum neq; verba loquacia norunt
Pars fuit hec meriti vel ſic ſenſiſſe ſuperna
Agnita ſi non ſunt ſatis eſt audita mereri
Poſt ſacer egrediens cellam maiore ſeuero
Sulpitio poſcente diu que geſta fuiſſent
Vix motus precibus tandem rem ex ordine pandit
Indicat hic agnem teclam mariamq; locutam
Sanctarum exponens vultus habitumq; beatus
Que facies oculi gena pes manus archa figura
Lumine tam puro vidit ſepe ora ſororum
Quis color atq; decus que forma & gratia quanta
Et ſermone pari placidam dixiſſe ſalutem
Hic petit ad fratres ille petiere ſorores
Sed redit iſte gradu ille nam rediere volatu
Culmen apoſtolicum celſas & honore colūnas
Sepe petrum meruit paulumq; videre licenter
Demonicas etiam tolerans ſepiſſime pugnas
Nomine quemq; ſuo increpitans cogebat abire
Maxime mercurium infeſtum referebat adeſſe
Brutum nanq; iouem & hebetem memorabat haberi
O ſinceri oculi nulla caligine preſſi
Mens radiata ſopho retinens ſine nube ſerenum
Inſpicis aeriam carnali lumine teclam

Atqꝫ vides agnem redimita fronte coronam
Cernis & egregiam precioſa luce mariam
Vidiſti templum domini diademate fultum
Vidiſti thalamum ſponſi ſuper omnia pulchri
Compoſitum gemmis auroqꝫ oſtroqꝫ decorum
Quales iaſpis erat pedibus lateriqꝫ topazus
Qui digitis anuli viridi fulgore venuſti
Qualis armille dextre adiacente iacincto
Quanto zona die lapidum radiabat honore
Cicladis aut qualis cataclisis effora raſis
Que palla ex humeris mixto criſophaſe berillis
Quod ve mouile decens collo rutilabat in illo
Forſan erat nimeis aptiſſima vitta capillis
Sculptilis impreſſis & in auribus aura ſigillis
Luminis ac varios ſpargens diadema virores
Que frons ora oculi facies gena pes manus vlna
Inde repercuſſis florebant gramina gemmis
Sic bone paſtor oui que fabula veſtra cucurrit
Quid rogo quando petrum & paulum tam ſepe videbas
Prima miniſterii radiantia vaſa ſuperni
Aurea pulchra nimis geminata venuſta coruſca
Illa putas quanta rutilabant ore ſereno
Dogmata que chriſti totum ſparſere per orbem
Que dixere prius tu es chriſtus filius almi
Altithroniqꝫ dei dominantis & omnipotentis
Ac ſuper hac petra fundata eccleſia regnat
Quam nec flabra mouent neqꝫ vertit turbo procelle
Nec trahit vndiuagam pluuialibus ymber harenam
Hec quia viua tenet petra fundamenta ſalutis
Contra quam porte inferni nunq̄ arma valebunt
Quid ſacer ille ſimul paulus tuba gentibus ampla
Per mare per terras chriſti preconia fundens
Europam atqꝫ aſiam libiam ſale dogmate complens
Et qua ſol radiis tendit ſtilus ille cucurrit
Arthos meriedes hinc plenus veſper & ortus
Tranſit & occeanum vel qua facit inſula portam
Quoſqꝫ britannus habet terras atqꝫ vltima thyle
Buccina concrepuit regiones vna per omnes
Dogmate tantorum chriſti data munera pangit
Hebreus grecus Romanus barbarus indus



Iſraelita canit ſimul acticus atqꝫ quiritis
Principibus geminis fidei ſub principe roma
Carnis apoſtolice quo ſunt duo celſa ſepulchra
Prima tenent terris & vtriqꝫ priora ſupernis
Dogmatis ore pares & ſedis honore curiles
Ambo triumphantes ſpargunt noua dona per orbem
Vna nempe die quos paſſio ſancta beauit
Et ſacra ſic geminus ſignauit tempora conſul
Quis ſplēdor paribus rutilabat ab ore coruſcus
Lucifer vt radijs premeretur vultibus illis
Quippe nec ipſa micat tantum rota fulgida ſolis.

¶ Orat Fortunatꝰ vt apud deū pro eo Martinꝰ itercedat.

O dulces oculi facies cernendo beatas
Vidiſtis ſyon ſpecioſas ordine portas?
Vidiſtis ſyon ternas quater ordine portas?
Quas amat omnipotens vltra omnia culmina iacob
Gemmarum vario redimitas lumine valuas
Sculptas bracteolis inſcriptas arte ſmaragdis
Criſolitis rutilas niueas ſtillantibus albis
Quicquid amor potuit quo totum gratia fudit
Omnicolorqꝫ decens & in omnibus vna topazus
Per quas huic populi genus illud nobile regni
Intrant ſideream meritorum greſſibus vrbem
Et ſine fine manant conſcripti in ſecula ciues
Inter quos proceres & culmina celſa potentum
Patricijs mixtus generoſis conſulibuſqꝫ
Proximus & regi reſides Martine ſenator
Cui dedit arma fides & cui fiducia rex eſt
Miles amore cliens & factus honore coheres
Qui potes oro mei veniam depoſce reatus
Et vitiata tibi quod lingua remurmurat audi
Et de fonte pio fluat indulgentia leſo
Ac te orante ſacer redeat medicata cicatrix

¶ Exlicit liber Tertius.

¶ Incipit liber Quartus. Prologus.

POſt'mare fluctiuagū repetēs ad littora portum
Floribus albicomis dum lilia pollice carpo
Vngue recido roſas & per violaria curro
Ruris ameniferi varios ſitus inter odores
Obripit inde ſopor feſſus quoqꝫ colla reclino

Fultaqꝫ gramineo iacuerunt membra grabato
Sed redit ecce dies & iam luceſcit eundum eſt
Dum matutino nos ore ſalutat yrundo
Ac ſe nocte breui celerata crepuſcula rumpunt
Quo torpore natent q̃uis mea lumina ſurgam
Euigilanſqꝫ oculis detergam pollice ſomnum
Et quod iter repeti gallus vocat ibo ſodales
Fluctibus intrifridis ignarus nauta libellis
Ac velut ambiguas interſim flegadis vndas
In maris egei maleiqꝫ ſequace procella
Me tamen in bibulis ne mergeret auſter harenis
Summa gubernauit Martini vita patroni
Quam nitor ſcabridis indignus carpere verbis
Ruſticus arte rudis tentans formare monile
Quod nec luna polit neqꝫ malleus addit acumen
Non iucudo terit fornaxqꝫ examinat igne
Nec mordax gemino forceps trutinauit obunco
Sed magis incomptuꝫ profert mea lingua metallum
Res tamen illa iuuat ſine qualibet vllius arte
Quod per ſe pulchram prefert ſua gratia gemmam
Attamen officij que reſtant debita ſoluam
Et cui magna nimismodo debeo parua rependo

Q: in ciuitate carnoteñ puellã duodecẽnẽ ab vtero mutã (curauit.

Carnotis interea genitam pater anxius egrã
Ex vtero mutam profert ſacro ore medendam
Sex geminos grauiter hebetem ſine voce per annos
Nec differt Martinus opem pietatis amicam
Sternitur ergo ſolo tacitus prece ſidera pulſans
Corpore fuſus humi volitans ſuper ethera ſenſu
Senſit vt effectum fidei meruiſſe precatu
Sanctificaturum ferri ſibi poſcit oliuum
Infuditqꝫ ori benedictum fruge liquorem
Atqꝫ tenens digito linguam miſerando puelle
Ipſe patris nomen geniale requirit alũne
Mox reſoluta mouet faucis lira inutile plectrum
Atqꝫ inſueta canit camerati conca palati
Dente reliſa cauo producens verba fritillo
Reſponditqꝫ patris nomen pia filia dulce
Ventre prius genita hic viſa eſt quaſi voce renata
Reddit adulta vetus lactantes ore ſuſurros



Incpiens tenero proſcindere verba rotatu
Motu pigra rudi decurrens lingua gradatim
Implicito ſonitu rauca nouitare cicuta
Donec plena ſuo cecinit ſimphonia flatu
Tunc genitor genua amplectens veneranda beati
Vociferans & voce data ſua gaudia plorans
Leticie voto reboat preconia chriſto.

Q: oleũ in vaſe vitreo poſitũ ſub eius bñdictione creuit.

Iudicis inde feri coniunx egra auiciani
Dirigit ad ſanctum morbi ſperando medellam
Vas olei vitreum lance equa diuidiatum
Vnde ſalutifero depelleret vnguine morbum
Mox ſuper ampullam fecit crucis ipſe ſigillum
Surgit ad ora liquor ſpumanſqꝫ exeſtuat vnguen
Vbertate noua vitrea ſub cortice obortum
Et vale in ſicco generoſus naſcitur humor
Currit in aſcenſum qui vergere nouit ad imum
Fluxibus & liquidis olei petit alueus altum
Sed quem non genuit radix oleagina ſuccum
Nec lira baca dedit merito virtutis adultum
Creſcit & ad ſummũ patulo qua clauditur ore
Nec contentus agit liquor vt vas expleat illud
Nam cumulata olei mox defluit vnda ſuperne
Nec ſeſe vrna capit tanta eſt benedictio dextre
Exeũdanſqꝫ omnes pueri madefecit amictus
Et digiti de fonte rigans manauit oliuum
Ac poſtq̃ irrigue fluuiali more cucurrit
Vas plenum fidei merito matrona recepit.

Q: idem vas a caſu in terrã decidẽs illeſum permanſit.

Nec minus inde ſubit rerum admiratio facti
Idem vas vitreum benedictum nobile reddens
Cum puer incautus poſuiſſet in ore feneſtre
Vt pote carbaſeo venerans velamine tectum
Lintea dum retrahit fluitantia neſcius alter
Lapſa pauimento ampulla ſtat marmore tenſo
Sed nec ſaxa vitrum perdunt nec vaſa liquorem
Integra ſeruatur volitans quaſi penſile pluma
Aut ſubnecta leuis geminis deſcenderet alis
Nullaqꝫ rima patet nec facta in vaſe cicatrix
Sic liquor interior facit exteriora tueri

Et quem tutari decuit ſua tegmina texit
Ne vitra depereant oleum cuſtodia ſeruat
Incluſuſq; humor proprium defendit amictum
Ac fragmen fragile ſtatuit benedictio ſorte

Q; ipſius noie inuocato cani heſit latratus in gutture

Cuius diſcipuli pariter dum cominus irent
Et canis horrificus latratu inſiſteret amplo
Vnus amore pio Martini in nomine dicit
Precipio taceas neq; nos clamore fatiges
Mox preciſa canis rabidi vox ore pependit
Clamoremq; vagum media de fauce reſorbet
Et fragor ille ferox auido ſub gutture obheſit
Stans rictu ſtupido frenata voce moloſus
Cum furor vrgeret quia ſe nec hiare liceret
Sic redit incluſo tremula ſine voce ſuſurro
Profuit & nomen ſancti quo defuit ore

Q; eo orante auicianus lecto ſuo turbatus excutitur & vniuerſa vltro concedit

Ergo iter inceptum lento pede pergere tendam
Dum licet ire viam dum me vocat aura ſalubris
Et trahit hora dies veſtigia tarda mouentem
Moribus vt tumidus comes auicianus agebat
Terribili officio turonis ſuffultus adiuit
Agmina conueniunt & longa cathena reorum
Accreſcente coma quorum caro tota fluebat
Et conſumpta arctum laxabat brachia ferrum
Confecta macie vix declarante figuram
Penarum genus eſſe iubet plus more parari
Deflentem videas populum ſpaciare per vrbem
Indixitq; nephas proceſſu ad triſte tribunal
Vnde truces oculi ſpectarent membra cremari
Comperit vt ſanctus feralia iuſſa tyrãni
Tempore ſub noctis ſeua ad pretoria tendit
Et pietatis iter ſolus parat ire viator
Peruenit vt ſenior greſſu miſeranter anhelo
Sternitur ante fores per limina dira benignus
Qua recubat iudex torpente ſopore ſepultus
Angelus interea penetrat mox aliger aulam
Intonat & comiti dormitanti ore minaci
Te ſopor hic retinet Martinus ſtat foris inquit



Tu requie frueris & ſuſtinet ille labores
Molliter ipſe thoro iacet ille in marmore diro
Excutitur trepidus mox ex ſomno auitianus
Martinum exclamans foribus recubare ſacratum
Imperat & famulis reſerent vt clauſtra beato
Ne ſeruum chriſti venerandum iniuria vexet
Hinc famuli illudunt domino crepitante cachino
Dicentes ſtupidi ſe ſomnia vana videre
Pre foribus nullum reſidere vel eſſe virorum
Rurſus precipiti premitur ſomno auitianus
Angelus inde virum violentior excitat vrgens
Concutit & grauiter ne cederet ipſe ſopori
Territus hinc iudex vltra neq; credulus vlli
Poſt poſitis famulis celer ad ſua limina pergit
Atq; ibi martinum reperit ceu ſenſerat olim
Tunc ferus alloquitur ſanctum hijs vocibus vltro
Quid Martine michi facis hoc venerande ſacerdos?
Non mecum equali fateor certamine pugnas
Abſoluendo reos venia & me verbere torques
An me pro cunctis penas abſoluere mauis
Eligis aut facinus mea per tormenta paciſci
Sub tortore nouo mutantur tempora cedis
Pena diurna reos cruciat me nocte fatigas
Serue dei patuit q̃ ſit tibi celſa poteſtas
Quando flagellatur grauiter te iudice iudex
Hinc tamen ipſe probas mecum ſit qualiter actum
Cum per me venio nec amicum nec rogo ſeruum
Non patitur differre moras quem pena coheret
Nil opus eſt verbis tacito te noſco quod optas
Cede precor diſcede loco concede quod oro
Ne tua me grauiter cito puniat vitio vindex
Hec ait & propero pede diſcedente patrono
Auicianus inops animi vocat officiales
Et reſerare iubet tormenta ergaſtula clauſtra
Cunq; relaxaſſet procul ipſe diſcedit ab vrbe
Et grauis ira fugit ſibi fit timor ipſe timori
Ordine peruerſo & pacem fuga iudicis auget
Ac ſine cede lupum ſaluo grege paſtor abegit.

¶ Q; demonũ gemitus dum a monaſterio ad ſuã eccleſiam properaret eius aduentum indicabant.

Quiqꝫ monaſterio quotiens properaret ad vrbem
Siue pedem celle foris aduenìendo tuliſſet
Agmina laruarum trepidabant ore rotatu
Et cum neſcirent populi aduentare patronum
Deſignabatur gemitu quoqꝫ demoniorum
Propiciante ſacro pendentia membra videres
In ſublime procul ſublata per aera duci
Aſt alios pedibus ſuperactis vertit in altum
Et caput inferius veluti de nube ruentes
Nec tamen hijs veſtes fluerent verecunda tegentes
Crimina vel merita edentes ſub iudice miſſi
Et ſua precipites exanime facta fatentes
Ille iouem ſtolidum hic ſe fatetur anubem
Vaſa miniſterij ſe demonis eſſe nefandi
Sed tortore pio feritas cruciata fugatur.

Qꝫ in territorio ſenōico pagū ſuis precibus a grādine li=(berauit.

Nūc etiam ſenonū pago quid geſſerit edā.
Cum compacta gelu premeret lata grando quot annis
Cultorumqꝫ ſeges defraudaretur inanis
Nec meſſoris opus flaueſcens ſpica rogaret
Agricoleqꝫ manum tritura vetaret adempta
Incola maturis totiens deceptus ariſtis
Cum ieiuna ſuo torperent iugera ſulco
Ac lapidata cibum populis ſeges egra negaret
Mittitur ad ſanctum legatio fida precatu
Vt remoueret humo furibunda procella flagellum
Ceſſa virique mox oratio ſola peregit
Nam ſtatim atqꝫ preces fudit bonus ore ſacerdos
Tempeſtate graues ſiccaruut nubila nymbos
Et vidue ſegetes ſe fertilitate maritant
Queqꝫ quater quinos per quos ſuper extitit annos
Intemerata ſacri viguerunt dona patroni
Vir tamen ipſe dei vt ſublatus ad aſtra receſſit
Oblite incubuit rediuiua procella rapine
Preſule ſubducto vaſtat fera clades agellum
Ac male captiuas ymber populatur ariſtas
Deffenſorqꝫ obit & mox predam grando requirit
Martini abſceſſu repetunt elementa flagellum.

Qꝫ auicianum demone expulſo mitiorem fecit

Vir quoqꝫ iuſtus item cum occurreret auiciano



Aſpicit inſtantem hinc ſeui demonis vmbram
Horrificam faciem truculentam corpore peſtem
Quam procul intendens ſanctus flatu oris abegit
Iudex dūm ſeipſum putat ex ſufflaſſe beatum
Cur bone paſtor ait tua nos iniuria vexat
Indignoſqꝫ facit deſpectio flatilis aure
Quem pater egregius reſponſo affatur amico
Hec tibi non facimus probroſi ſorte reatus
Sed male que incubuit ceruici flauimus vmbre
Mox tamen illa fugit ſub ſellia larua ſatelles
Et ceruice ſedens inuaſa ſedilia liquit
Libertate uoua ſurgunt colla auiciani
Exoneratus enim iudex reuocatur honori
Micior atqꝫ fuit grauis implacabilis olim.

Qꝫ in vico ambaciēſi idolum orationibus proſtrauit.

Mirum aliud vico quod contigit ambacienſi
Turrito idolafuerant educta metallo
Eximie ſaxis moles onerata politis
In ſublime thronum procedens ede ſuperba
Falſa ſuperſtitio deceptio vera precantum
Grande opus ad facinus faciens nichil eſſe colentes
Quod dū ſanctus ouans mandaſſet rite ruendum
Humanis opibus neqꝫ hoc auelleret vllus
Tum ſacer antiſtes aſſueta per arma recurrens
Peruigil inſiſtens nocturnis excubat horis
Alloquijs domini taciturna ſilentia rumpeus
Sed cum mane recens aurorā ſpargeret orbi
Tenderet & croceum per nubila phebus amictum
Ecce repens oritur variante fragore procella
Striduia ſidereo volitatu & multa tumultu
Auxilijs fremebunda tuis Martine precatus
Et tua caſtra mouens armata ferocibus auſtris
Que fauum vt tetigit rapide vel virginis ictu
Impulit ac fabricam furibundo impacta rotatu
Illico comminuit molemqꝫ puluere ſoluit
Altaqꝫ turigero occiderunt menia faſtu
O ſacer antiſtes dulce & memorabile nomen
Quis ſe non ſubdat tibi pro quo & nubila pugnant.

Qꝫ colūnam immenſe molis inexpugnabilē cui idolū ſuper ſtabat orationibus in puluerem ſoluit.

Hec quoqꝫ mira loquar parili virtute peracta
Stabat celſa rigens informis forma colũne
Immanis habitu tractu inſuperabilis amplo
Que ſuper impoſitum ſimulachrum hoſtile gerebat
Quam pius vt voluit valuit neqꝫ ſoluere molem
Rurſus adorandi victricia ſigna cucurrit
Belliger eliciens ad ſe arma potentia celis
Stratus humo recubans precibus ſuper aſtra relatus
Quo exorante diu multoqꝫ in puluere fuſo
Celitus eſt oculis deſcendere viſa columna
Molliter aerio diſſulcans nubila lapſu
Que molle oppoſitam vt vibrato peculit ictu
Fragmine diſſoluit compago ſoluta columne
Lapſaqꝫ diſperſo premit ſimulachra metallo
Et mentita nouo feriuntur numina telo
Falſa quidem veram ſumentia numinis iram
Que ſubuerſa ſuis gemuerunt lucra ruinis
Ac reſoluta feris creuerunt templa fauillis

Qꝫ mulier pro fluuio ſãguinis laborãs tactu veſtis ei⁹ ſanata eſt

Pandere qui etiã decet illud honore beati
Pallida cum mulier ſtillante rubore cruoris
Cuius ſe irriguo ſiccarunt viſcera fluxu
Naufraga membra trahens ſecum vaga ſanguinis vnda
Temperate ſue pluuie defeſſa laborans
Ipſa ſibi generans ſecreti turbinis ymbres
Fluctibus & propriis iam ſubmerſura ruebat
Nec ſuper vllus erat portus ſibi norma ſalutis
Cui ſemel vt tacta eſt benedicti fimbria fili
Nobilis ac ſummi palpantur ſtamina panni
Exilit inde ſalus digitos prius vnguine complens
Tranſit in arcanum fiducia tanta medele
Protinus irrigui ſiccatur origo fluenti
Prona etiam patulos damnatur fiſtula curſus
Et reſtricta fluens redit inſonti vnda cruoris
Aſſidui fluxus fugiens caua vena meatus
Veſte ſacra medici ſolidantur glutine riui
Et virtute viri ſenſerunt frena liquores
Incolumiſqꝫ redit de furto femina felix
Atqꝫ ſalutis opem medico ignorante reſumpſit
O Martine ſacer neſcis & munera donas



Qꝫ ſerpens iuſſu ipſius in vlteriorẽ ripam tranſmeauit

Inde procul greſſum celebrans antiſtes abibat
Obuius ecce venit ſerpens adnando per amnem
Pectoris impulſu ſulcans vaga remige cauda
Scammea terga mouens ſpiris vaga cerula findens
Quem ſacer inſpiciens ait hec in nomine chriſti
Impero dira tibi pete curſum beſtia retro
Que procul in fluuium ſinuamina lenta reflexit
Atqꝫ retorſit iter mox ſarcina tanta veneni
Inde petit bibulas ripe interioris habenas
Gurgite lapſa natans totaſqꝫ renauigat vndas
Obſequiis famulans & vipera perdidit iras
Imperiis iuſti nec iniqua venena repugnant

Qꝫ piſcatorib⁹ nihil capientibus iuſſu illius captura prouenit

Forte dies aderãt paſcalia feſta gerẽtes
In quibus antiſtes partem quoqꝫ piſcis edebat
Edebatqꝫ bonus tum fercula reptile guſtu
Sollicitat monachos ſi copia piſcis adeſſet
Reſpondit cui cura foret commiſſa miniſter
Se toto piſcante die captura negaſſe
Nil valuiſſe hamum ſetis ab arundine iactum
Nec potuiſſe aliquam vel rethia ducere predam
Cui conſtanter ait placido modera mine paſtor
Perge modo ad fluuium tibi nec captura negatur
Artificem ſpes certa mouet petit impiger amnem
Implentur pariter monachorum examine ripe
Vt ſacra Martini ſperarent dicta prophete
Quem ſcirent nam ceſſa loqui neqꝫ verba refelli
Proicit in fluuio caſſem de puppe magiſter
Molliter ac vitreo ligeri trahit humida lina
Mox ingentem eſocem modico ſub rethe cohercit
Et trahitur cognatus aquis ad littora piſcis
Non rethe artificis ſed Martini ore ligatus
Vſibus & ſancti ſe preda natatilis offert
Tali morte magis vite pro munere currens

Qꝫ viſa eſt manus illius ſacrificium offerentis veſtita nobiliſſimus gemmis

Nobile cum etiam ex prefecto arbotus effert
Signum quod vidit ſe teſte fidelis in vrbe
Immaculata deo cum dona imponeret are

Et pater attonitus cerimonia diua ſacraret
Munera vel chriſti benediceret ore ſacerdos
Impoſita altari rata corporis atq; cruoris
Emicuit ſubito manus alma decore ſuperbo
Nobilium vario lapidum ſplendore coruſcans
Vndiq; viſa rote ſpargens radiatile lumen
Brachia purpureis vibrantia fulgura gemmis
Lumen & ad ſolis radians lux fulua metallis
Credula quo potius fierent miracula rerum
Vir ſimul ipſe potens ſe tunc arborius inquit
Gemmarũ grauium crepitantem audiſſe fragorem
Sic geminante fide iuſti pia dextera fulſit
Inq; loco manice micuit tranſlata ſmaragdus
O Martine decens lapidum velamine compte
Q; noua palla tibi cuius textura coruſcans
Tramatopazus erat rutilans & ſtamen iaſpis
Et tunice inſignis currunt pro vellere gemme
Que manus artificis cataclyzica fila rotauit
Quis fuit hic opifex vbi lana iacinctina currit
Quis potuit rigidas torquere ad licia gemmas
He venerando magis poterunt q̃ fando referri
Quid ſecreta petis nec in abdita luminis intras
Eſt homo quod ſtupeas vbi nectet gratia telas

Q; angel⁹ eũ monuit & cõſolat⁹ ẽ p ithaciane ptis cõio ne cui ſe ad horã nccitate nõ ſpũ miſcuerat & poſtea ab oib⁹ epoꝝ cõuẽtib⁹ ſe rẽouit

Hiſtorie nobis orit̃ hic lõgior ordo
Sed breuiore via data per cõpẽdia currã
Maximus imperii moderans quaſi rector habenas
Precepit itachium cum armorum iure tueri
Ne quis eum peteret damnandum lege forenſi
Accuſatorem veterati priſciliani
Mittit ad hiſpanos armata forte tribunos
Relliqnias hereſis qui querunt & bona tollunt
Inuentoſq; pares capitali crimine damnent
Sic tamen vt cunctos occaſio ſeua feriret
Pluribus ergo malis bonitas impulſa beati
Leocadio pariter pro preſide prompta precatur
Occurrit treueros aliis quoq; mota querelis
Pontifices adeunt predicti principes aures
Ne Martinus eat ſinodi niſi pace recepta



Sed ſacer aſſeruit chriſti ſic in pace manere
Quo prius abſtinuit ſanctus ſic cetibus illis
Pontifices iterum occurrunt ad ceſaris aulam
Cogat vt innocuum ſe participare nociuis
Prouocat alloquio quem molliter induperator
Vt ſociaretur reliquis communio iuſti
His Theoniſtum & enim ſolum diſtiſſe querelis
Cui non cõplacuit communio noxia fratrum
Hinc quia non valuit flecti vehementia ſancti
Abripit ex oculis ſe principis alta poteſtas
Mox percuſſores gladio minitante relaxat
Qui ſemel offenſos iaculo figente trucident
Comperit vt ſanctus reſerande fraudis amictum
Pollicitus regis ſe participare miniſtris
Et pietate calens deponit amore rigorem
Mens rea cuius abeſt pars fit communio culpe
Hinc ſe proripiens propere Martinus abegit
Eſtuat interea gradiens grauis anxius augens
Quo vel ad horale ſpacium conſenſit iniquis
Inde iter emenſum per vaſta ſilentia ducens
Progreſſis ſociis ibi ſe andethanna propinquat
Ecce viro inſigni ſacer obuius angelus adſtat
Preſenti alloquio confeſſus publice vultus
Atq; reuelata facie ſic comminus infit
Q; merito Martine loco compungeris iſto
Nec properas exire aliter niſi iuſſa faceſſes
Inter vtrumq; nephas mercatus acerba doloris
Nunc age conſtanter repara virtutis honorem
Et tibi te reuoca trepidum ne noxia frangant
Gloria ne pereat neu proſpera lubrica perdant
Vtere more tuo te deinde rediſce magiſter
Fortis atlete animos caſus non obruit vnus
Acrius inſequitur hoſtem manus icta dolore
Plagaq; fixa ſolet mentes armare viriles
Atq; pudore recens creſcit diro vlcere virtus
Ac datur armigero victoria vulnere crebro
Fraterno alloquio ſic angelus explicat ore
Et vice germani monitis animauit amantem
Tanta eſt cura dei martinum auellere lapſu
Vlterius ſinodi neq; ſe promiſcuit inſõs

¶ Q: in Carnotenſi territorio mortuum ſuſcitauit.

Carnotis hunc etiam dum pretereundo veniret
Ethnica per campos paſſim obuia turba fluebat
Excita amore ſacri licet hoc non crederet ipſi
Ad ſpeculare nouum concurrens vndiq; viſu
Cum necdum hijs chriſti radiaret honore caracter
Nec ſacra verbigeni flueret ſuper vnda tonantis
At Martinus ouans domino reſerante profunda
Senſit adeſſe locum quo fertile ſurgeret aruum
Incipit alloquijs fera pectora cultor arare
Ore ſacer nitido dumoſa noualia purgans
Sepius atq; iterans bis terq; quaterq; reſulſcans
Paulatim ad fructus ſtupidos animauerat agros
Hinc rudibus populis chriſti noua ſemina iactat
Senſibus humanis lactantia germina ſurgunt
Leuiter & rigidis coaleſcunt gramina ſulcis
Quid faceret ſanctus turbis coeuntibus amplis
Meſſe in tam multa veniens operarius vnus
Excolit includit ſerit inſerit alligat ambit
Interea mulier defuncto pendula nato
Brachia diſtendens offert añ ora cadauer
Funeris increpitans miſero fera cantica planctu
Dum dolor ad lachrymas ait hec vix explicat ore
Fortis amice dei toto venerabilis orbe
Quem ſemper lamenta mouent pietate propinqua
Ardens quid cupiam corpus tibi nunciet algens
Ecce obijt miſere michi filius vbere raptus
In quo mater eram nec ſpes neq; reſtitit heres
Occubuit genitus cecidit domus & michi fructus
Nulla remanſerunt vteri ſolatia duri
Nec ſuper eſt quod dulce vocem quo feſſa reclinem
Vbere quod recreem totus perit ordo parentis
Qui reſtas precor affer opem medicamine verbi
Redde genus ne ſit matris michi nomen inane
Ni ſobolis redeat ſecum mea funera ducat
Adiuuat hanc populus clamans ſacer ãnue votis
In cunctos vox vna tonat miſerere precanti
Tunc pius antiſtes genibus profuſus in aruis
Sternitur ante oculos domini pro plebe precatus
Vt mereretur ouem per quam grex plurimus eſſet



Annuit omnipotens famulo dans culmen honorum
Mox bonus ore preces orator miſit in aures
Ordine diſpoſito poſtq̃ ſe oratio complet
Erigitur ſenior ſi mul infans viui ecatur
Porrigiturq; ſue populo ſub teſte mamille
Fit fragor & populi noua pectore vota volutant
Mirantes hominem lete mutaſſe vigorem
Et qui in mortemanet morti ſua iura tuliſſe
Inde cateruatim chriſtum dominumq; deumq;
Confeſſi exorant fieri ſe lege beatos
Fit ſubito in campos populus catecuminus om̃is
Non templa ſpectans nec clauſtra dicata ſacelli
Eccleſieq; typum campus generoſior explet
Quodq; ſolet tectis pratis adhibetur apertis
Vnica mors pueri ſic vite parturit agmen
Dumq; vnus terre rediit plebs aſtra recepit
Subduce Martino felix exercitus hic eſt

Q: valẽtinianus imꝑator nõ eſt dignatus ei aſſurgere quouſq; cellam ſuam ignis operiret

Dum regeret princeps data iura valentinianus
Romuleis opibus mundo famulante ſuperbus
Tum p ia dum ſacrumcomitatum compulit ire
Quem quia preſenſit ſe poſci talia ceſar
Que nollet p reſtari viro iubet arce repelli
Et vetat a foribus penetrare palacia iuſtum
Inſtat ad hec vxor cui tunc erat arrius auctor
Sed ſacer vt vidit tali ſe fraude repelli
Hinc aula excluſus redit arma domeſtica ſumens
Contegitur ſetis reſpergitur atq; fauillis
Ordine miles agens remouet potumq; cibumq;
Nocte dieq; vaccãs orandi iugiter vſu
Septimus ergo dies aderat quo ſanctus amore
Fortia caſtra mouens his deſuadabat in armis
Quo angelus aſſiſtens iubet ire palacia iuſtum
Fretus in auxilio Martinus pergit ad arcem
Limine nullus obeſt ad principis ora perintrat
Qui ſanctum inſpiciens q; adeſſet frenduit ore
Atq; aſtante pio ſolio neq; ſurgit ab alto
Regalem ſellam mox ignibus ardor oberrat
Et vaga flamma natat qua molle ſedile coruſcat

Vndiqꝫ fuſa furens ſed culpe ceſaris vltrix
Ceruicis dure ſoluens ardore rigorem
Inde flagella cocunt hinc regem incendia cedunt
Vapulat & rapidis flammis auguſta poteſtas
Hinc celeri exiliit rapiens ſe ceſar & ardens
Martini genua amplectens pedibuſqꝫ volutas
Sicqꝫ ſuperbum hominem ſe agnoſcere pena coegit
Vilia regna probans & celſa cacumina curians
Imperiale caput ſancti ad veſtigia ſubdens
Nec ſpectare preces patitur reuerentia iuſti
Preſtitit ante tumens q̃ ſupplex danda rogaſſet
Regia rite parans conuiuia ſepe beato
Obtulit inde fauens abeunti munera princeps
Paupertate potens ſed reppulit omnia ſanctus
Donaqꝫ deſpiciens meruit plus principe ab ipſo
Tantum maius habens quantum minus ambit auarus
Omnia ſunt ſoli qui nulla requirit habendi

Qꝛ maximus imperator & coniunx ſua remotis omnibus miniſtris ei prebent conuiuium

Hinc quoqꝫ romuleam regeret cum maximus arcem
Vir capiens apicem per publica geſta triumphis
Sepius hic ſanctum per celſa palacia dux it
Hoc toto ſermone loquens de luce futura
Quis ſit honor iuſtis laus gloria palma corona
Nec regina pedes ceſſat lacrimoſa rigare
Sternens membra ſolo ſuſpendens gaudia voto
Inde precatur ouans cõuiuia vt ipſa pararet
Obtinet hoc bonitas quod non valet alta poteſtas
Ipſa manu ſellam poſuit menſamqꝫ parauit
Dans manibus limphas rurſus regina miniſtrat
Leta modeſta ſuis palmis quas coxerat eſcas
Quo reſidente ſacro ſtetit illa immobilis atqꝫ
Fercula ſubducens & pocula porrigit ipſa
Vna miniſtra viro ſuffecit ad omnia ſoli
Cenula finitur ſed ad huc regina ſategit
Fragmina reliquias cruſtas & fruſta recondens
Omnia preponens hec imperialibus eſcis
Hoc Martinus agit quo clauſos carcere laxet
Exilio ductos laribuſqꝫ reducat auitis
Sed tibi ſancte pater minus eſt auguſta quod explet



Hoc magis obſequio creuit regina peracto

Qꝛ de ſtramine in quo iacuerat facte ſunt virtutes

Eſt locus in turonum fine & confine biturgum
Incola quem vicum vocitauit claudio magum
Manſio forte fuit Martino pretereunti
Eccleſie domini qua ſecretaria pollent
Virgineiqꝫ chori ſancto abſcedente requirunt
Quo ſtetit aut ſedit iacuit genua atqꝫ reflexit
Lambunt cuncta ſimul vel ad obſcula ſingula ducunt
Diuiſere ſui veneranda ſtramina lecti
Atqꝫ leues paleas virtutis pondere penſant
Quam tetigit ſtipulam ſanctus non ibat inanis
Deniqꝫ poſt fragilis confregit fortia culmus
Nam grauiter quendam rabiens inuaſerat hoſtis
Et truculentus agens erroris ſpiritus iret
Dum rapiendo rotat veſano cardine predam
Hunc ſuſpenſa viri collo feſtuca fugauit
Immanemqꝫ hoſtem palearis ariſta remouit
Tibia fruge ferax laruam iaculata ſagittat
Et ſtipula exilis quaſi dura falariga fixit
Nec ſic vllius ferri expauiſſet acumen
Spicula nec tantum timuiſſet miſſa per arcum
Lubrica pennigero venientia tela volata
Partica ſeu timidum ſi tranfodiſſet arundo
Plaga vt vicino grauius laceraſſet ab ictu
Stramina ſic metuit trepidans adamantinus hoſtis
Ac velut ex ſtipulis coqueret ſe flamma camini
Vir ſtetit incolumis fugiente volucriter vmbra
Deſerit & predam lupus egens & leo frendens

Qꝛ eleuata obuiã manu pecudẽ furibũdã cõſiſtere iuſſit

Inde reuertenti treuerorum ex vrbe beato
Obuia forte datur medio fera bucula campo
Qua demon dorſo incumbens agitabat anhelo
Pendulus aerio quatiens auriga flagello
Peſtifer arte noua curſu boue nempe veredo
Cornigeri pecudis propulſor mulio triſtis
Exagitator iners reſidens per terga bubulcus
Hic vbi millimodas animalis adegerat iras
Ibat vbiqꝫ fero furibunda iuuenca miniſtro
Sub tortore graui per curua per inuia curſans

Acceſſit propius ſancto furiatile cornu
Elataq; manu pecudem conſiſtere mandat
Que ſtetit affixo minus improba buccula greſſu
Quem ſacer inſtantem mox vidit cõminus inquit
Perge ferox fuge ſeue redi male cede cruente
Innocuum pecudem deſiſte agitare nociue.
Tunc animalis enim linquet fera belua tergum
Et recipit proprium mitiſſima buccula ſenſum
Sternitur ante pedes ſancti veneranter adorans
Flexit & ipſa genu que non habet intellectum
Contra naturam diſcernens geſta beati
Obſequiũq; dedit meriti que neſcit honorẽ
Inde magis humilis quia libera colla gerebat
Ante ligata tumens a peſte ſoluta recliuis
Que ſtetit ore fremens cecidit poſt vincula ſupplex
Et ſine voce fauet armo iactata priore
Tum ſacer antiſtes pecudem precepit abire
Moxq; gregem repetit paſtoris voce reuincta.
Id geſtum eſt illo ſub tempore quando beati
Per medias flammas nec fimbria ſenſerat ignis

Q; ſermonis imperio canibus alligatis leporẽ liberauit

De minimis etiam referantur maxima rerum
Tempore nam quodam dum vicos ambulat almus
Obuia venandi ſtudio volat agmen equorum
Nare ſagace canũ fit preda reperta frutectis
Tranſiliunt campos equites & voce ſequuntur
Intendunt leporem fugitiuum agitare moloſſi
Saltibus excuſſi latratu & dente minaci
Diffuſi excurrunt celeres in amore rapine
Alter in alterius miſcent veſtigia ſaltus
Iſte ſequax tacitus petit hic clamoribus auras
Hic frutice in vacuo deluſus odore rotatur
Motibus arboreis ſaltu ſuſpenditur alter
Captu ex vnius cunctorum frendet hiatus
Sepe ſuper leporem morſu deceptus inani
Vnguibus iniectis dũ preda volubilis exit
Ac ſe turba premit ſic lubrica biſcula fugit
Non erat interea quo calle lepuſculus iret
Mons vallis petra ſilua frutex defecerat omnis
Per patulos campos fugienti tegmine nudo



Poplite defecto pede laſſo nare recliua
Totus ab ore canis per ſingula murmura pendens
Senſit adeſſe tamen Martini ſigna beati
Flexit iter trepidus hirſutas fraude per herbas
Auribus accliuis vagus exagitatus anhelus
Corruit ante pedes titubans lepus aduena ſupplex
Si non voce poteſt flatu pro voce precatur
Sic fera parua iacet martini tegmine tuta
Et recubat dulci defenſa ſub arboris vmbra
Tunc ſacer ex ſolito miſeratus more ſalubri
Imperat vt catuli ceſſent abeunte fugace
At ſacer ille canum mox ſermo cucurrit in aures
Torpeſcunt habiles verbo figente liciſce
Greſſibus inſtabiles pendentes ſaltibus ipſis
Et rediere canes quaſi per veſtigia cancri
Effugit incolumis per aperta lepuſculus arua
Et cane ſe poſito tutus teret alta viator
Hic fugit ille redit nullus perit ecce ſalutem
Sic quoq; beſtiolis pacem ſacer intulit ipſis
Debilitaſq; canum facta eſt pietatis ymago
Qui potius vetito didicerunt parcere morſu
Et quia defuerant homines vbi mira faceſſit
Nil de laude perit miracula beſtia ſenſit

Q; cõparationem facit de oue recenter tonſa

Quanta etiam ſancti ſermonis gratia fulſit
Qui cum nuper ouem vidiſſet vellere tonſam
Hec euuangelii dicens mandata peregit
Nãq; duas tunicas geſtans vnã obtulit infans
Et nudata ſuo de tegmine texit egentem

Q; cõparationem facit de homine pellicea veſte cõtecto

Inſpiciens itidem ſanctus per rura ſubulcum
Nudum pellicea tantum ſub veſte trementem
Ecce adam quondam paradiſi cede repulſus
Exul ab eliſeo paſcit gregis ora ſuelli
Depoſito veteris adam carnalis amictu
Adam nẽpe noui nos induere inſtar oportet

Q; cõparationem facit de agro floribus adornato
et depaſto a bobus et defoſſo a porcis

Hinc iterum cernens vernantia prata beatus
Pars paſtus pars foſſus erat pars gramine florens

Sed ſue cōfoſſus boue paſtus flore comatus
Comparat ergo tribus ſanctus tria nomina rebus
Turpis adulterii ſpecies eſt foſſa carectis
Herba ꝓ coniugii detinet detonſa figuram
Eſt par virginibus violis que vernat ymago
Herbis luxurians feno apto & flore decora
Digna deo gemmis gratior radiantior aſtro

Q: militē mōachū ſecū cōiugē ſuā hr̄e volētē rōnabilr̄ cō (uincit

Miles itē monachū profeſſus ſingula linquēs
Coniuge cum propria cuperet quia degere vitam
Mutauit meliore via tranſcurrere metam
Iure ſacerdotii monitor hoc ordine dicens
Belligeratori valeat ne femina iungi
Sola aciem melius componit maſcula virtus
Debilior teneat murorum clauſtra caterua
Et ſexus fragilis ſeſe intra ſepta recondat
Hoc ſatis vt mulier timeat res ipſa timori
Miles ad arma potens pergat galeatus in agmen
Lorice triplicis ſtama radiante coruſcus
Toraca ex humeris indutus nixus in haſta
Aſſuetus clipeo tranſmittens vulnus ab arcu
Hinc capulum vibrans hinc torquens miſſile telum
Ferrate tunice riuos ſub pondere ſudans
Hijs dictis mulcens iuuenem reſipiſcere cogit
Coniuge poſtpoſita & repetit heremita coronam.

Q: angel⁹ ſibi nūciat id qđ in cōſilio nemanſeñ actū eſt.

Iugiter interea quia ſalſa & ſancta canebat
Nec ſerie recipi neq; poſſunt ſcripta teneri
Quenam vita ſacri fuerit quis ſingula currat
Quanta fides animi q̃ celſa & pura voluntas
Ad quem non ſolum homines longo orbe venirent
Verum etiam celeſtis honor viſebat amanter
Angelicuſq; chorus properabat ad ora frequenter
Colloquijs placidis vt feſſum animaret amicum
Et quaſi complexum recreet per verba parentem
Res probat iſta ſequens que geſta priora renarrat
Concilium allectum fuerat ſinodale nemanſum
Quo ſacer antiſtes mediator adeſſe recuſat
Ergo ratem ſcandens celerem parat ire per amnem
Cetibus in medijs habitans heremita remotus



Ipſe in puppi ſedens cunctos ſua prora ſequeſtrat
Angelus ecce tamen domini venit aliger alto
Ipſa nempe die qua ſe conuentus abegit
Quicquid pontifices celebrabant ordine narrans
Pro vice Martini peragens ſinodalia preſens
Atq; ſui cura longinqua per ethera tranat
Quem pendente via nec in aera penna fatigat
Sed nata ala celer donec noua nuncia portet
Que mandat dominus nichil abſconſurus amico
Rettulit vt prius ſacer & poſt cuncta probauit
Nec frangunt predicta fidem neq; prodita fallunt

Q: ſepius a maria tecla agnete petro & paulo viſitatus ē.

Accidit hinc demum foribus ſedente ſeuero
Compare cum gallo doctis & amore miniſtris
Murmure multiuago completur cella beati
Oſtia clauſa die retinens geminante ſub hora
Audiuere loqui ſed quid neſcire fatentur
Senſerunt ſtrepitum neq; verba loquacia norunt
Pars fuit hec meriti vel ſic ſenſiſſe ſuperna
Agnita ſi non ſunt ſatis eſt audita mereri
Poſt ſacer egrediens cellam maiore ſeuero
Sulpitio poſcente diu que geſta fuiſſent
Vix motus precibus tandem rem ex ordine pandit
Indicat hic agnem teclam mariamq; locutam
Sanctarum exponens vultus habitumq; beatus
Que facies oculi gena pes manus archa figura
Lumine tam puro vidit ſepe ora ſororum
Quis color atq; decus que forma & gratia quanta
Et ſermone pari placidam dixiſſe ſalutem
Hic petit ad fratres ille petiere ſorores
Sed redit iſte gradu ille nam rediere volatu
Culmen apoſtolicum celſas & honore colūnas
Sepe petrum meruit paulumq; videre licenter
Demonicas etiam tolerans ſepiſſime pugnas
Nomine quemq; ſuo increpitans cogebat abire
Maxime mercurium infeſtum referebat adeſſe
Brutum nanq; iouem & hebetem memorabat haberi
O ſinceri oculi nulla caligine preſſi
Mens radiata ſopho retinens ſine nube ſerenum
Inſpicis aeriam carnali lumine teclam

Atqꝫ vides agnem redimita fronte coronam
Cernis & egregiam precioſa luce mariam
Vidiſti templum domini diademate fultum
Vidiſti thalamum ſponſi ſuper omnia pulchri
Compoſitum gemmis auroqꝫ oſtroqꝫ decorum
Quales iaſpis erat pedibus lateriqꝫ topazus
Qui digitis anuli viridi fulgore venuſti
Qualis armille dextre adiacente iacincto
Quanto zona die lapidum radiabat honore
Cicladis aut qualis cataclisis effora raſis
Que palla ex humeris mixto criſophaſe berillis
Quod ve mouile decens collo rutilabat in illo
Forſan erat nimeis aptiſſima vitta capillis
Sculptilis impreſſis & in auribus aura ſigillis
Luminis ac varios ſpargens diadema virores
Que frons ora oculi facies gena pes manus vlna
Inde repercuſſis florebant gramina gemmis
Sic bone paſtor oui que fabula veſtra cucurrit
Quid rogo quando petrum & paulum tam ſepe videbas
Prima miniſterii radiantia vaſa ſuperni
Aurea pulchra nimis geminata venuſta coruſca
Illa putas quanta rutilabant ore ſereno
Dogmata que chriſti totum ſparſere per orbem
Que dixere prius tu es chriſtus filius almi
Altithroniqꝫ dei dominantis & omnipotentis
Ac ſuper hac petra fundata eccleſia regnat
Quam nec flabra mouent neqꝫ vertit turbo procelle
Nec trahit vndiuagam pluuialibus ymber harenam
Hec quia viua tenet petra fundamenta ſalutis
Contra quam porte inferni nunq̄ arma valebunt
Quid ſacer ille ſimul paulus tuba gentibus ampla
Per mare per terras chriſti preconia fundens
Europam atqꝫ aſiam libiam ſale dogmate complens
Et qua ſol radiis tendit ſtilus ille cucurrit
Arthos meriedes hinc plenus veſper & ortus
Tranſit & occeanum vel qua facit inſula portam
Quoſqꝫ britannus habet terras atqꝫ vltima thyle
Buccina concrepuit regiones vna per omnes
Dogmate tantorum chriſti data munera pangit
Hebreus grecus Romanus barbarus indus



Iſraelita canit ſimul acticus atqꝫ quiritis
Principibus geminis fidei ſub principe roma
Carnis apoſtolice quo ſunt duo celſa ſepulchra
Prima tenent terris & vtriqꝫ priora ſupernis
Dogmatis ore pares & ſedis honore curiles
Ambo triumphantes ſpargunt noua dona per orbem
Vna nempe die quos paſſio ſancta beauit
Et ſacra ſic geminus ſignauit tempora conſul
Quis ſplēdor paribus rutilabat ab ore coruſcus
Lucifer vt radijs premeretur vultibus illis
Quippe nec ipſa micat tantum rota fulgida ſolis.

¶ Orat Fortunat⁹ vt apud deū pro eo Martin⁹ itercedat.

O dulces oculi facies cernendo beatas
Vidiſtis ſyon ſpecioſas ordine portas?
Vidiſtis ſyon ternas quater ordine portas?
Quas amat omnipotens vltra omnia culmina iacob
Gemmarum vario redimitas lumine valuas
Sculptas bracteolis inſcriptas arte ſmaragdis
Criſolitis rutilas niueas ſtillantibus albis
Quicquid amor potuit quo totum gratia fudit
Omnicolorqꝫ decens & in omnibus vna topazus
Per quas huic populi genus illud nobile regni
Intrant ſideream meritorum greſſibus vrbem
Et ſine fine manant conſcripti in ſecula ciues
Inter quos proceres & culmina celſa potentum
Patricijs mixtus generoſis conſulibuſqꝫ
Proximus & regi reſides Martine ſenator
Cui dedit arma fides & cui fiducia rex eſt
Miles amore cliens & factus honore coheres
Qui potes oro mei veniam depoſce reatus
Et vitiata tibi quod lingua remurmurat audi
Et de fonte pio fluat indulgentia leſo
Ac te orante ſacer redeat medicata cicatrix

¶ Exlicit liber Tertius.

¶ Incipit liber Quartus. Prologus.

POſt'mare fluctiuagū repetēs ad littora portum
Floribus albicomis dum lilia pollice carpo
Vngue recido roſas & per violaria curro
Ruris ameniferi varios ſitus inter odores
Obripit inde ſopor feſſus quoqꝫ colla reclino

Fultaq; gramineo iacuerunt membra grabato
Sed redit ecce dies & iam luceſcit eundum eſt
Dum matutino nos ore ſalutat yrundo
Ac ſe nocte breui celerata crepuſcula rumpunt
Quo torpore natent q̃uis mea lumina ſurgam
Euigilanſq; oculis detergam pollice ſomnum
Et quod iter repeti gallus vocat ibo ſodales,
Fluctibus intrifridis ignarus nauta libellis
Ac velut ambiguas interſim ſlegadis vndas
In maris egei maleiq; ſequace procella
Me tamen in bibulis ne mergeret auſter harenis
Summa gubernauit Martini vita patroni
Quam nitor ſcabridis indignus carpere verbis
Ruſticus arte rudis tentans formare monile
Quod nec luna polit neq; malleus addit acumen
Non iucudo terit fornaxq; examinat igne
Nec mordax gemino forceps trutinauit obunco.
Sed magis incomptu; profert mea lingua metallum
Res tamen illa iuuat ſine qualibet vllius arte
Quod per ſe pulchram prefert ſua gratia gemmam.
Attamen officij que reſtant debita ſoluam.
Et cui magna nimismodo debeo parua rependo

Q: in ciuitate carnoteñ puellã duodecẽnẽ ab vtero mutã
Carnotis interea genitam pater anxius egrã (curauit.
Ex vtero mutam profert ſacro ore medendam.
Sex geminos grauiter hebetem ſine voce per annos
Nec differt Martinus opem pietatis amicam
Sternitur ergo ſolo tacitus prece ſidera pulſans
Corpore fuſus humi volitans ſuper ethera ſenſu
Senſit vt effectum fidei meruiſſe precatu
Sanctificaturum ferri ſibi poſcit oliuum
Infuditq; ori benedictum fruge liquorem
Atq; tenens digito linguam miſerando puelle
Ipſe patris nomen geniale requirit alũne
Mox reſoluta mouet faucis lira inutile plectrum
Atq; inſueta canit camerati conca palati
Dente reliſa cauo producens verba fritillo
Reſponditq; patris nomen pia filia dulce
Ventre prius genita hic viſa eſt quaſi voce renata
Reddit adulta vetus lactantes ore ſuſurros



Incpiens tenero proſcindere verba rotatu
Motu pigra rudi decurrens lingua gradatim
Implicito ſonitu rauca nouitare cicuta
Donec plena ſuo cecinit ſimphonia flatu
Tunc genitor genua amplectens veneranda beati
Vociferans & voce data ſua gaudia plorans
Leticie voto reboat preconia chriſto.

Q; oleũ in vaſe vitreo poſitũ ſub eius bñdictione creuit.
Iudicis inde feri coniunx egra auiciani
Dirigit ad ſanctum morbi ſperando medellam
Vas olei vitreum lance equa diuidiatum
Vnde ſalutifero depelleret vnguine morbum
Mox ſuper ampullam fecit crucis ipſe ſigillum
Surgit ad ora liquor ſpumanſq; exeſtuat vnguen
Vbertate noua vitrea ſub cortice obortum
Et vaſe in ſicco generoſus naſcitur humor
Currit in aſcenſum qui vergere nouit ad imum
Fluxibus & liquidis olei petit alueus altum
Sed quem non genuit radix oleagina ſuccum
Nec lira baca dedit merito virtutis adultum
Creſcit & ad ſummũ patulo qua clauditur ore
Nec contentus agit liquor vt vas expleat illud
Nam cumulata olei mox defluit vnda ſuperne
Nec ſeſe vrna capit tanta eſt benedictio dextre
Exeũdanſq; omnes pueri madefecit amictus
Et digiti de fonte rigans manauit oliuum
Ac poſtq̃ irrigue fluuiali more cucurrit
Vas plenum fidei merito matrona recepit.

Q; idem vas a caſu in terrã decidẽs illeſum permanſit.
Nec minus inde ſubit rerum admiratio facti
Idem vas vitreum benedictum nobile reddens
Cum puer incautus poſuiſſet in ore feneſtre
Vt pote carbaſeo venerans velamine tectum
Lintea dum retrahit fluitantia neſcius alter
Lapſa pauimento ampulla ſtat marmore tenſo
Sed nec ſaxa vitrum perdunt nec vaſa liquorem
Integra ſeruatur volitans quaſi penſile pluma
Aut ſubnecta leuis geminis deſcenderet alis
Nullaq; rima patet nec facta in vaſe cicatrix
Sic liquor interior facit exteriora tueri

Et quem tutari decuit ſua tegmina texit
Ne vitra depereant oleum cuſtodia ſeruat
Incluſuſqꝫ humor proprium defendit amictum
Ac fragmen fragile ſtatuit benedictio ſorte

Qꝫ ipſius noīe inuocato cani heſit latratus in gutture

Cuius diſcipuli pariter dum cominus irent
Et canis horrificus latratu inſiſteret amplo
Vnus amore pio Martini in nomine dicit
Precipio taceas neqꝫ nos clamore fatiges
Mox preciſa canis rabidi vox ore pependit
Clamoremqꝫ vagum media de fauce reſorbet
Et fragor ille ferox auido ſub gutture obheſit
Stans rictu ſtupido frenata voce moloſus
Cum furor vrgeret quia ſe nec hiare liceret
Sic redit incluſo tremula ſine voce ſuſurro
Profuit & nomen ſancti quo defuit ore

Qꝫ eo orante auicianus lecto ſuo turbatus excutitur & vniuerſa vltro concedit

Ergo iter inceptum lento pede pergere tendam
Dum licet ire viam dum me vocat aura ſalubris
Et trahit hora dies veſtigia tarda mouentem
Moribus vt tumidus comes auicianus agebat
Terribili officio turonis ſuffultus adiuit
Agmina conueniunt & longa cathena reorum
Accreſcente coma quorum caro tota fluebat
Et conſumpta arctum laxabat brachia ferrum
Confecta macie vix declarante figuram
Penarum genus eſſe iubet plus more parari
Deflentem videas populum ſpaciare per vrbem
Indixitqꝫ nephas proceſſu ad triſte tribunal
Vnde truces oculi ſpectarent membra cremari
Comperit vt ſanctus feralia iuſſa tyrāni
Tempore ſub noctis ſeua ad pretoria tendit
Et pietatis iter ſolus parat ire viator
Peruenit vt ſenior greſſu miſeranter anhelo
Sternitur ante fores per limina dira benignus
Qua recubat iudex torpente ſopore ſepultus
Angelus interea penetrat mox aliger aulam
Intonat & comiti dormitanti ore minaci
Te ſopor hic retinet Martinus ſtat foris inquit



Tu requie frueris & ſuſtinet ille labores
Molliter ipſe thoro iacet ille in marmore diro
Excutitur trepidus mox ex ſomno auitianus
Martinum exclamans foribus recubare ſacratum
Imperat & famulis reſerent vt clauſtra beato
Ne ſeruum chriſti venerandum iniuria vexet
Hinc famuli illudunt domino crepitante cachino
Dicentes ſtupidi ſe ſomnia vana videre
Pre foribus nullum reſidere vel eſſe virorum
Rurſus precipiti premitur ſomno auitianus
Angelus inde virum violentior excitat vrgens
Concutit & grauiter ne cederet ipſe ſopori
Territus hinc iudex vltra neqꝫ credulus vlli
Poſt poſitis famulis celer ad ſua limina pergit
Atqꝫ ibi martinum reperit ceu ſenſerat olim
Tunc ferus alloquitur ſanctum hijs vocibus vltro
Quid Martine michi facis hoc venerande ſacerdos?
Non mecum equali fateor certamine pugnas
Abſoluendo reos venia & me verbere torques
An me pro cunctis penas abſoluere mauis
Eligis aut facinus mea per tormenta paciſci
Sub tortore nouo mutantur tempora cedis
Pena diurna reos cruciat me nocte fatigas
Serue dei patuit q̄ ſit tibi celſa poteſtas
Quando flagellatur grauiter te iudice iudex
Hinc tamen ipſe probas mecum ſit qualiter actum
Cum per me venio nec amicum nec rogo ſeruum
Non patitur differre moras quem pena coheret
Nil opus eſt verbis tacito te noſco quod optas
Cede precor diſcede loco concede quod oro
Ne tua me grauiter cito puniat vitio vindex
Hec ait & propero pede diſcedente patrono
Auicianus inops animi vocat officiales
Et reſerare iubet tormenta ergaſtula clauſtra
Cunqꝫ relaxaſſet procul ipſe diſcedit ab vrbe
Et grauis ira fugit ſibi fit timor ipſe timori
Ordine peruerſo & pacem fuga iudicis auget
Ac ſine cede lupum ſaluo grege paſtor abegit.

¶ Qꝫ demonū gemitus dum a monaſterio ad ſuā eccleſiam properaret eius aduentum indicabant.

Quicꝫ monaſterio quotiens properaret ad vrbem
Siue pedem celle foris adueniendo tuliſſet
Agmina laruarum trepidabant ore rotatu
Et cum neſcirent populi aduentare patronum
Deſignabatur gemitu quoqꝫ demoniorum
Propiciante ſacro pendentia membra videres
In ſublime procul ſublata per aera duci
Aſt alios pedibus ſuperactis vertit in altum
Et caput inferius veluti de nube ruentes
Nec tamen hijs veſtes fluerent verecunda tegentes
Crimina vel merita edentes ſub iudice miſſi
Et ſua precipites exanime facta fatentes
Ille iouem ſtolidum hic ſe fatetur anubem
Vaſa miniſterij ſe demonis eſſe nefandi
Sed tortore pio feritas cruciata fugatur.

Qꝫ in territorio ſenōico pagū ſuis precibus a grādine li=(berauit.

Nūc etiam ſenonū pago quid geſſerit edā:
Cum compacta gelu premeret lata grando quot annis
Cultorumqꝫ ſeges defraudaretur inanis
Nec meſſoris opus flaueſcens ſpica rogaret:
Agricoleqꝫ manum tritura vetaret adempta
Incola maturis totiens deceptus ariſtis
Cum ieiuna ſuo torperent iugera ſulco
Ac lapidata cibum populis ſeges egra negaret:
Mittitur ad ſanctum legatio fida precatu
Vt remoueret humo furibunda procella flagellum
Celſa virique mox oratio ſola peregit
Nam ſtatim atqꝫ preces fudit bonus ore ſacerdos
Tempeſtate graues ſiccaruut nubila nymbos
Et vidue ſegetes ſe fertilitate maritant.
Queqꝫ quater quinos per quos ſuper extitit annos
Intemerata ſacri viguerunt dona patroni
Vir tamen ipſe dei vt ſublatus ad aſtra receſſit:
Oblite incubuit rediuiua procella rapine
Preſule ſubducto vaſtat fera clades agellum
Ac male captiuas ymber populatur ariſtas
Deffenſorqꝫ obit & mox predam grando requirit
Martini abſceſſu repetunt elementa flagellum.

¶ Qꝫ auicianum demone expulſo mitiorem fecit.

Vir quoqꝫ iuſtus item cum occurreret auiciano



Aſpicit inſtantem hinc ſeui demonis vmbram
Horrificam faciem truculentam corpore peſtem
Quam procul intendens ſanctus flatu oris abegit
Iudex dūm ſeipſum putat ex ſufflaſſe beatum
Cur bone paſtor ait tua nos iniuria vexat
Indignoſqꝫ facit deſpectio flatilis aure
Quem pater egregius reſponſo affatur amico
Hec tibi non facimus probroſi ſorte reatus
Sed male que incubuit ceruici flauimus vmbre
Mox tamen illa fugit ſub ſellia larua ſatelles
Et ceruice ſedens inuaſa ſedilia liquit
Libertate uoua ſurgunt colla auiciani
Exoneratus enim iudex reuocatur honori
Micior atqꝫ fuit grauis implacabilis olim.

¶ Qꝫ in vico ambaciēſi idolum orationibus proſtrauit.

Mirum aliud vico quod contigit ambacienſi
Turrito idola fuerant educta metallo
Eximie ſaxis moles onerata politis
In ſublime thronum procedens ede ſuperba
Falſa ſuperſtitio deceptio vera precantum
Grande opus ad facinus faciens nichil eſſe colentes
Quod dū ſanctus ouans mandaſſet rite ruendum
Humanis opibus neqꝫ hoc auelleret vllus
Tum ſacer antiſtes aſſueta per arma recurrens
Peruigil inſiſtens nocturnis excubat horis
Alloquijs domini taciturna ſilentia rumpens
Sed cum mane recens aurorā ſpargeret orbi
Tenderet & croceum per nubila phebus amictum
Ecce repens oritur variante fragore procella
Striduia ſidereo volitatu & multa tumultu
Auxilijs fremebunda tuis Martine precatus
Et tua caſtra mouens armata ferocibus auſtris
Que fauum vt tetigit rapide vel virginis ictu
Impulit ac fabricam furibundo impacta rotatu
Illico comminuit molemqꝫ puluere ſoluit
Altaqꝫ turigero occiderunt menia faſtu
O ſacer antiſtes dulce & memorabile nomen
Quis ſe non ſubdat tibi pro quo & nubila pugnant.

¶ Qꝫ colūnam immenſe molis inexpugnabilē cui idolū ſuper ſtabat orationibus in puluerem ſoluit.

Hec quoq; mira loquar parili virtute peracta
Stabat celſa rigens informis forma colūne
Immanis habitu tractu inſuperabilis amplo
Que ſuper impoſitum ſimulachrum hoſtile gerebat
Quam pius vt voluit valuit neq; ſoluere molem
Rurſus adorandi victricia ſigna cucurrit
Belliger eliciens ad ſe arma potentia celis
Stratus humo recubans precibus ſuper aſtra relatus
Quo exorante diu multoq; in puluere fuſo
Celitus eſt oculis deſcendere viſa columna
Molliter aerio diſſulcans nubila lapſu
Que molle oppoſitam vt vibrato peculit ictu
Fragmine diſſoluit compago ſoluta columne
Lapſaq; diſperſo premit ſimulachra metallo
Et mentita nouo feriuntur numima telo
Falſa quidem veram ſumentia numinis iram
Que ſubuerſa ſuis gemuerunt lucra ruinis
Ac reſoluta feris creuerunt templa fauillis

Q mulier pro fluuio ſāguinis laborās tactu veſtis ei9 ſanata eſt

Pandere quinetiā decet illud honore beati
Pallida cum mulier ſtillante rubore cruoris
Cuius ſe irriguo ſiccarunt viſcera fluxu
Naufraga membra trahens ſecum vaga ſanguinis vnda
Temperate ſue pluuie defeſſa laborans
Ipſa ſibi generans ſecreti turbinis ymbres
Fluctibus & propriis iam ſubmerſura ruebat
Nec ſuper vllus erat portus ſibi norma ſalutis
Cui ſemel vt tacta eſt benedicti fimbria fili
Nobilis ac ſummi palpantur ſtamina panni
Exilit inde ſalus digitos prius vnguine complens
Tranſit in arcanum fiducia tanta medele
Protinus irrigui ſiccatur origo fluenti
Prona etiam patulos damnatur fuſtula curſus
Et reſtricta fluens redit inſonti vnda cruoris
Aſſidui fluxus fugiens caua vena meatus
Veſte ſacra medici ſolidantur glutine riui
Et virtute viri ſenſerunt frena liquores
Incolumiſq; redit de furto femina felix
Atq; ſalutis opem medico ignorante reſumpſit
O Martine ſacer neſcis & munera donas



Q ſerpens iuſſu ipſius in vlteriorē ripam tranſmeauit

Inde procul greſſum celebrans antiſtes abibat
Obuius ecce venit ſerpens adnando per amnem
Pectoris impulſu ſulcans vaga remige cauda
Scammea terga mouens ſpiris vaga cerula findens
Quem ſacer inſpiciens ait hec in nomine chriſti
Impero dira tibi pete curſum beſtia retro
Que procul in fluuium ſinuamina lenta reflexit
Atq; retorſit iter mox ſarcina tanta veneni
Inde petit bibulas ripe interioris habenas
Gurgite lapſa natans totaſq; renauigat vndas
Obſequiis famulans & vipera perdidit iras
Imperiis iuſti nec iniqua venena repugnant

Q piſcatorib9 nihil capientibus iuſſu illius captura prouenit

Forte dies aderāt paſcalia feſta gerētes
In quibus antiſtes partem quoq; piſcis edebat
Edebatq; bonus tum fercula reptile guſtu
Sollicitat monachos ſi copia piſcis adeſſet
Reſpondit cui cura foret commiſſa miniſter
Se toto piſcante die captura negaſſe
Nil valuiſſe hamum ſetis ab arundine iactum
Nec potuiſſe aliquam vel rethia ducere predam
Cui conſtanter ait placido moderamine paſtor
Perge modo ad fluuium tibi nec captura negatur
Artificem ſpes certa mouet petit impiger amnem
Implentur pariter monachorum examine ripe
Vt ſacra Martini ſperarent dicta prophete
Quem ſcirent nam ceſſa loqui neq; verba refelli
Proicit in fluuio caſſem de puppe magiſter
Molliter ac vitreo ligeri trahit humida liua
Mox ingentem eſocem modico ſub rethe cohercit
Et trahitur cognatus aquis ad littora piſcis
Non rethe artificis ſed Martini ore ligatus
Vſibus & ſancti ſe preda natatilis offert
Tali morte magis vite pro munere currens

Q viſa eſt manus illius ſacrificium offerentis veſtita nobiliſſimus gemmis

Nobile cum etiam ex prefecto arborus effert
Signum quod vidit ſe teſte fidelis in vrbe
Immaculata deo cum dona imponeret are

Et pater attonitus cerimonia diua ſacraret
Munera vel chriſti benediceret ore ſacerdos
Impoſita altari rata corporis atq; cruoris
Emicuit ſubito manus alma decore ſuperbo
Nobilium vario lapidum ſplendore coruſcans
Vndiq; viſa rote ſpargens radiatile lumen
Brachia purpureis vibrantia fulgura gemmis
Lumen & ad ſolis radians lux fulua metallis
Credula quo potius fierent miracula rerum
Vir ſimul ipſe potens ſe tunc arboris inquit
Gemmarũ grauium crepitantem audiſſe fragorem
Sic geminante fide iuſti pia dextera fulſit
Inq; loco manice micuit tranſlata ſmaragdus
O Martine decens lapidum velamine compte
Q; noua palla tibi cuius textura coruſcans
Tramatopazus erat rutilans & ſtamen iaſpis
Ec tunice inſignis currunt pro vellere gemme
Que manus artificis cataclyzica fila rotauit
Quis fuit hic opifex vbi lana iacinctina currit
Quis potuit rigidas torquere ad licia gemmas
He venerando magis poterunt q̃ fando referri
Quid ſecreta petis nec in abdita luminis intras
Eſt homo quod ſtupeas vbi nectet gratia telas
Q; angel⁹ eũ monuit & cõſolat⁹ ẽ ꝑ ithaciane ptis cõio
ne cui ſe ad horã nccitate nõ ſpũ miſcuerat & poſtea ab
oĩb⁹ epoꝝ cõuẽtib⁹ ſe rẽouit
Hiſtorie nobis orit hic lõgior ordo
Sed breuiore via data per cõpẽdia currã
Maximus imperii moderans quaſi rector habenas
Precepit itachium cum armorum iure tueri
Ne quis eum peteret damnandum lege forenſi
Accuſatorem veterati priſciliani
Mittit ad hiſpanos armata forte tribunos
Relliqnias hereſis qui querunt & bona tollunt
Inuentoſq; pares capitali crimine damnent
Sic tamen vt cunctos occaſio ſeua feriret
Pluribus ergo malis bonitas impulſa beati
Leocadio pariter pro preſide prompta precatur
Occurrit treueros aliis quoq; mota querelis
Pontifices adeunt predicti principes aures
Ne Martinus eat ſinodi niſi pace recepta



Sed ſacer aſſeruit chriſti ſic in pace manere
Quo prius abſtinuit ſanctus ſic cetibus illis
Pontifices iterum occurrunt ad ceſaris aulam
Cogat vt innocuum ſe participare nociuis
Prouocat alloquio quem molliter induperator
Vt ſociaretur reliquis communio iuſti
His Theoniſtum & enim ſolum diſtiſſe querelis
Cui non cõplacuit communio noxia fratrum
Hinc quia non valuit flecti vehementia ſancti
Abripit ex oculis ſe principis alta poteſtas
Mox percuſſores gladio minitante relaxat
Qui ſemel offenſos iaculo figente trucident
Comperit vt ſanctus reſerande fraudis amictum
Pollicitus regis ſe participare miniſtris
Et pietate calens deponit amore rigorem
Mens rea cuius abeſt pars ſit communio culpe
Hinc ſe proripiens propere Martinus abegit
Eſtuat interea gradiens grauis anxius augens
Quo vel ad horale ſpacium conſenſit iniquis
Inde iter emenſum per vaſta ſilentia ducens
Progreſſis ſociis ibi ſe andethanna propinquat
Ecce viro inſigni ſacer obuius angelus adſtat
Preſenti alloquio confeſſus publice vultus
Atq; reuelata facie ſic comminus infit
Q; merito Martine loco compungeris iſto
Nec properas exire aliter niſi iuſſa faceſſes
Inter vtrumq; nephas mercatus acerba doloris
Nunc age conſtanter repara virtutis honorem
Et tibi te reuoca trepidum ne noxia frangant
Gloria ne pereat neu proſpera lubrica perdant
Vtere more tuo te deinde rediſce magiſter
Fortis atlete animos caſus non obruit vnus
Acrius inſequitur hoſtem manus icta dolore
Plagaq; fixa ſolet mentes armare viriles
Atq; pudore recens creſcit diro vlcere virtus
Ac datur armigero victoria vulnere crebro
Fraterno alloquio ſic angelus explicat ore
Et vice germani monitis animauit amantem
Tanta eſt cura dei martinum auellere lapſu
Vlterius ſinodi neq; ſe promiſcuit inſõs

Virtutiſq; ſue damnis noua lucra parauit.
Q; inerguminū priuſq̄ lumen celle ſue attigeret curauit.
Res probat ipſa tamen ſacro venerabilis actu
Nanq; ad pſeudoforum celle dum accederet eger
Quem male vexabat nimium fera demonis ira
Ingenioq; graui torquebat iniquior vmbra
Ante monaſterij q̄ limina tangeret almi
Martini faciem refugit ferus hoſpitis hoſtis
Et benedicta viri terror fuit ora videri
Non ſufferre valens res obſcuriſſima lumen
Nec vaga conſtantem fugit infida corde fidelem
Seua bouum furioſa pium truculenta benignum
Sic quoq; nigranti retinetur ianua lucis
En medicina ſacri ſatis vnica cuius opimum
Hoſpicium vidiſſe fuit meruiſſe ſalutem
Sanctus in ede latet foris exit origo medele
Et cura ante datur medici q̄ forma videtur.
Q; egiptius necdum chriſtianus inuocato eius deo de naufragio maris liberatus eſt.
Nec ſatis eſt mirum dederit quid corpore preſens
Nomine ſub cuius ſparguntur dona per orbem
Deniq; cum quidam tyrrenum curreret equor
Fert iter ad romam quod velificante volatu
Turbinis impatiens oritur violentia ventu
Exiliunt fluctus feriunt cana vela rudenres
Nutat pinus iners rapiuntur ſigna chirucis
Leuis entēne coeuntia cornua frendent
Artis inops ſtupidus reſilit de puppe magiſter
Stant vnde armatura cadit fragor equoris vrget
Prora bibit dum nauta vomet perit ars iacet vſus
Spes fugit ira premit rapitur lux morſq; minatur
Caſibus in dubijs certi vergente ſalute
Dum trepidant omnes egiptius hec ait vnus
Qui necdam chriſti cariſmata ſenſerat ex ſors
Martini deus eripe nos mox dira procella
Corruit & pelagi tumor altus ad ima reſedit
Sternitur vnda rati liquidi ſtetit area campi
Atq; immota loci iacuerunt murmura ponti
Gurgitis optati quod trabe curritur equor amicum
Littoris ora legunt flabris data vela ſecundis



Atq; petens portum vada complet nauta celeuma
Sic bene promeritis famulo dat chriſtus honores
Cuius eunte fide terras mare ſidera ſupplet
Q; licōcii domum a cladis piculo orationibus liberauit
Pangere geſta libet reliquo veneranda relatu
Indolis a patribus generoſa liconcius olim
Clarus honore fide locuples ab origine currens
Cunq; domum propriam lues exicialis adeſſet
Cunctaq; tabifluus penetraſſet acumine morbus
Quo miſerabilium famulorum ſiue clientum
Vna ſtrages erat diuiſa per vlcera languens
Dicere quo poſſes proſtrata cadauera telis
Rex extrema etenim nil nobilitatis honorat
Perſidii ſpes ſola manet Martinus in orbem
Mittitur ad ſanctum veneranter epiſtola curſu
Auxilium rogitans hoc corde hoc flagitat ore
Ni cito ſubueniat rapit omnia peſtis acerba
Per ſpacium ferale trahens in tartara cunctos
Et craſſata diu quid agant contagia perdunt
Qui potes affer opem pendenti in monte cateruis
Deſperata ſalus ſolacia fida requirit
Que pius vt ſenſit diuino illata flagello
Sed nec poſſe timet facili exorare precatu
Attamen excipiens notum miſerantis amici
Septem nempe dies totidem ſubſidere noctis
Peruigil incubuit ieiunia nulla relaxans
Continuata trahens per tempora mille precatus
Nec prius abſiſtit niſi ſupplicis illa liconti
Vota recepta daret domuiq; medela rediret
Et rediuiua ſalus fugitiuum expelleret vlcus
Qui tamen vt didicit ſancti obtinuiſſe laborem
Aduolat & grates deuoto corde rependit
Exceptaq; domo ſua gaudia munere penſat
Pro merito fidi dono vice centurionis
Iſraeli dominus quem pretulit ore potenti
Et prius hauſit opem genite q̄ intraret in edem
Deniq; ſancto offert argenti pondera magna
Ter tricena decem ſuperaddita merce patroni
Addit & has voces recreato pectore ſupplex
Quid tibi celſe pater vite pro munere ſoluam

Cum precio non poſſit emi hec lux neq; vendi
Vnius aut anime mercari vita valebit
Cum vero illa mee domui lues vna noceret
Nec ſuper eſt opis id reliquum quod redderet vllum
Preſidio ecce tuo mihi nempe tot agmina viuunt
Sexus & etatis numeroſa caterua meorum
Cum ſtupeam ſolidet reuocata cadauera vite
Et quibus obſequerer morientibus ecce miniſtrant
Nam ſtatim vt tua vox penetralis ad aſtra volauit
Et viſa eſt meritis curuare cacumina celi
Quo vicina tibi fierent oracula chriſti
Expoſiteq; preces ante ora fuere tonantis
Ac recitata fuit pia vox dominantis in aurem
Mox bonitas incluſit ope preſente medela
Corpora deſeruit membratim tabida talis
Qui potuere mori ſubite rediere ſaluti
Et viguerūt ſpe pede viſcere lumine voce
Ac langor moritur viuenti in carne ſepultus
Vnde pater modicum pro viuis ſume tributum
Fenore vel minimo tolerans dum debita ſoluo
Sed neq; ſuſcepit neq; repputit ille quod offert
Ante monaſterii ſed quam bene limen adiret
Captiuis tribui redimendis pondera iuſſit
Sic vno ex caſu fert dona gemella beatus
His libertatem dedit illis vnde ſalute
Ac concordi animo cecinerunt gaudia planſo

Q; fornacule ſue factam ſenſit iniuriam

Hoc idem eſt mirum niteat ſi verba relatu
Occurrit celle cum quidem e fratribus algens
Carbone ingeſto ardebat fornacula ſancti
Cum ſede tergo celer rapiens quaſi lucra vaporis
Inguine nudato pede iacto poplite pauſo
Vir ſacer incluſus de cella protinus inquit
Quis foris inceſtat nudus habitacula noſtra
Corpore detecto puro genu & inguine nudo
Quid fuit hoc docti vos dicite queſo ſophiſte
Martini ante oculos paries quaſi lintea lucri
Aut quaſi filo agiles contexit aranea telas
Retia vel nexis per rara foramina filis
Vnde hic tam tenuis ſtructura pateſſit hiulca



An ſe ſaxa leuent aut reddunt ſciſſa feneſtram
Seu duri lapides lento ſe glutine ſoluūt
An caſa materie vitreo ſe margine tendit
Aut ſpeculare dedit quo ſanctus lumine tranſit
An lenior paries reuoluto ceſſit in arcu
Et ſtetit incolimus rapido ſuſpenſus in ictu
Nobilis aut acies oculorum & marmora tranſit
Clarior ac viſus per cuncta obſtacula pergit
Penniger en clauſi volitauit ad ora miniſter
Ac per opertum aperit & in inuia nuncius intrat
An quia limen erat totum foris intus habebat
Carne ſedente loco velox an ſpiritus ibat
Pandite docti loqui comprendite clauſa diſerti
Quid muneris athomis ratione poteſtis & ore
Hic fugit ars oculos niſi chriſtum nulla videtis
Quanta dei virtus Martini eſt gratia quanta
Hac ope mirificus homo complet quod homo neſcit
Explicat hac fidei merito quod obſtat origo

Q; briccio a demōe agitat⁹ ei cōuicia infert q̄ p oſte a p̄ci b⁹ ci⁹ ab ip̄o demone liberat⁹ ad ei⁹ ſe genua pſter nēs veniā poſcit

Quid ſup eſt etiā memorē honore patroni
Conſumenda ſuo properat quia pagina textu
Forte ſacer recens per dura ſedilia ligno
Proſpicit huic claras pendenti rupe gemellas
Tegmine pullatas triſti terrore ſonoras
Fraude laborantes iaculantes ſpicula fellis
Nequicie artifices rebus grauia arma ſiniſtris
Voce venenata verba hec auguina rotabant
Quid valet ira tumens eia te bricio monſtres
Hoc iterum repetunt donec malebriccio motus
Irruptis foribus ſancto conuicia vergit
Iurgia multa mouens turbatam mente ſatellis
Se meriti melioris o uans quam ſanctus haberet
Sic geſtu rabidus neq; ſe agnoſcebat amatus
Vite geſta ſue temerarius arbiter inflans
Intolerabilium per inania bombica iactans
Vento motus iners ſimullans foliatilis vmbre
Excuſſa ceruice rigens leuitate rebelles
Exagitans animum pede iūcto pectore tenſo
Irrationalis tumido gliſcente coturno.

Nec ſe mente capax ſenſu ſpaciante vacillans
Inq; ſacerdotem truculenter acerba redundans
Sed quid in abiectum Martinum hec turbida voluit
Quid humilem placidum tam dira ſuperba minatur
Cur anime nimium dulci tot amara miniſtrat
Non decet hec audire pium neq; ferre benignum
Dirus erat grauiter qui melli abſintia miſcent
Ille tamen pietate calens nichil intulit hoſti
Excipit iratum placatus amanter amarum
Oblectans rabidum & per mollia famina mulcens
Et neſcit non eſſe pater ſine felle vel hoſti
Qui tamen exorante viro laruiſq; fugatis
Dum redit ad mentem furioſus brictio pridem
Pontifici occurrit voto prece corpore ſupplex
Sed bonitate pij celer indulgentia fluxit
Non apud hunc opus eſſe diu lachrymando rogari
Aut prece multiplci veniam ſperare nocenti
Qui magis expetijt culpas donare rearus
Credidit & damnum quicquid non preſtitit vltro
Hec ſua lucra putans dimittere debita noxe
Obuius occurrens querenti munera pacis
Iraſci nulli cupiens ignoſcere cunctis
Federa ſola ligans celer & delicta relaxans
Effugiens nequando ſibi daret vltio damnum
Rem pietatis agens ſatis eſt clementia vindex
Que pia dona metens fieri non indiget vltrix
Omnibus aucta bonis cui dos & gloria pax eſt
Vir tamen ipſe ſacer pietatis ab agmine miles
Federa ſemper amans & pacis in arma triumphans
Supplicis ad vocem miſerantia viſcera laxat
Inq; ſinu venie trepidum mulcendo reduxit
Atq; reum ſolite patria pietate recepit
Hec tua dulcis erant holocauſta ſacraria templa
Hec tibi diuitie theſauri regna talenta
Flos odor eſca ſapor mera cynama balſama thura
Hec ſacer omnis erat hec tota hec vnica cura
Chriſtum corde pio chriſtum meditarier actu
Reddere nolle vicem miſeri nec parcere culpe
Criminis indultor venie memor ara reorum
Spes miſerabilium fuga laruarum arma ſequentum



Preda cateurarum errantum via cura medentum
Omnibus vna ſalus amor omnibus vnus amator
Quis tibi digna loqui valeat quem mundus honorat
Quid pie vir ſatis eſt cui laudis debitor orbis
Queq; referre volens neq; totus id explicat axis
Iugiter amplexu chriſtum corde ore retentans
Nec ſine te patiens dominum diſcedere quoq̄
Tecum ſemper habens vinctum pietate tonantem
Aſtrictus precibus neq; ſe ſoluebat amator
Cuius amica fides tantum ſibi contulit arcis
Vt ſolem radijs & lunam curſibus eques
Qui ſplendore nitens pulcher quaſi lucifer exis
Ac fulgore dei vir fulgidus ipſe coruſcas
Tegmine vir niueus miro diademate fuluus
Supplicis ergo memor famuli exauditor opime
Fortunati inopis trepidi ſibi ſorte reatus
Morbida cui rabie circum ſua crimina latrant
Et fera delicti penetraliter vlcera mordent.

¶ Petit fortunatus vt pro eodem oret.

Intercede precor veniam vir adepte coronam
Eripe paſtor ouem ne clauda vel extera reſtet
Porrige celſe manum rege greſſum dirige ſenſum
Exceſſuq; graues leniori examine penſes
Ac potius pietas diues miſerando precetur
Mitis & exortes placidet fomenta medele
Inter & ipſe deum atq; reum mediator adeſto
Defixis genibus tenſis ad ſidera palmis
Vocibus incluſis animis penetrantibus auras
Obtineas meritis iudex cum venerit orbis
Tu quoq; iuſſus eris dextro reſidere ſedili
Arbiter in populos tribuum pauor ante tribunal
Qualiter effugiam flamma ſtridente caminum
Tunc precor vt fragilem ſacro velamine celes
Et tua me trepidum defendat ab igne poteſtas
Nam ſcio poſſe reum quē vis tibi cedere chriſtum
Quem ſociat proprio manſura in ſecula regno
Sis precor in domino famuli memor alme per ipſum
Cuius erit tibimet lumen ſine fine videndum

Da veniam dulcis pie blande benigne patrone
Condere dum volui quia leſi carmine flores
Sed tua laus nullo breuiabitur ampla relatu
Quem deus in terris pariterq̧ tetendit & aſtris.

¶ Concluſio libri

Pone libelle modum tepido verecunde relatu
Multiplices faciens diſſuto ſtamine rugas
Nec bene fila ligans nodo ſubit aſpera tela
Hiſpida camilli rigido quaſi vellere texta
Cerica cum decuit Martini pallia duci
Aut pretexta micans auro ſub tortile necti
Vel toga permixtis hiacinctina curreret albis
Pingere ſeu variam roſa lilia gemma coronam
Marcida lingua tacet veniam tibi poſce libelle
Contentus tantum turonum pete menia ſupplex
Qua Martinus habet veneranda ſepulchra ſacerdos
Cuius honor tumuli facit ſua rura tueri
Qui pietatis opem tribuat nam largus vbiq̧
Scit nihil eſſe meum ſua ſed ſibi dona recurrunt
Si tamen vrgeres vt adhuc temerarius intres
Inde pariſiacam placide properabis ad arcem
Quam modo germanus regit & dioniſius olim
Si pede progred eris venerato ſepulchra remedi
Atq̧ pij fratris complectere templa medardi
Si tibi barbaricos conceditur ire per amnes
Vt placide rhenum tranſcendere poſſis & hiſtrum
Pergis ad auguſtam qua virdo & lucca fluentant
Illic oſſa ſacre veneraberis martyris afre
Si vacat ire viam neq̧ te baionarius obſtat
Qua vicina ſedent breorum loca perge per alpes
Ingrediens rapido quagurgite voluitur euus
Inde valentini benedicti templa require
Norica rura petens vbi birrus vertitur vndis
Per dranum ituri iter qua ſe caſtella ſupinant
Hic montana ſedens in colle ſuperbit amintus
Hinc pete rapte vias vbi iulia tenditur alpes
Altius aſſurgens & mons in nubila pergit
Per rupes gelidiſq̧ tuas qua lambitur vndis



Et ſuper inſtat aquis renuta telia mentis
Hinc venetum ſaltus campeſtria perge per arua
Sub montana quidem caſtella per ardua tendens
Aut aqui lenſem ſi fortaſſe acceſſeris vrbem
Caucianos domini nimium venereris amicos
At fortunati benedictam martyris vrnam
Pontificemq̧ pium paulum cupienter adora
Qui me primeuis conuerti optabat ab annis
Si petis illud iter qua ſe concordia cingit
Auguſtinus adeſt precioſus baſiliuſq̧
Qua meat aruiſus reſidet ſi molliter intras
Illuſtrem ſocium felicem queſo require
Cui mecum lumen Martinus reddidit olim
Per ſemitam gradiēs & amicos dupla veneſes
Qua natale ſolum eſt mihi ſanguine ſede parentum
Prolis origo patrum frater ſoror ordo nepotum
Quos colo corde fide breuiter peto redde ſalutem
Si patauina tibi pateat via pergis ad vrbem
Huc ſacra iuſtine rogo lambe ſepulchra beate
Cuius habet paries Martini geſta figuris
Quoue ſalutis opus celſo depende ioanni
Atq̧ ſuis genitis ſocijs per carmina noſtris
Hic tibi brinta fluens iter eſt retmone ſecundo
Ingrediens athiſin padus excipit inde faſello
Mobilis vnde tibi rapitur ratis amne citato
Inde rauēnatem placitam pete dulcius vrbem
Pulpita ſanctorum per relligioſa recurres
Martyris egregij tumulum vitalis adora
Mitis & vrſicini pauli ſub ſorte beati
Rurſus apollinaris precioſa limina lambe
Fuſus humi ſupplex & templa per omnia curre
Expete Martini loculum quo iure ſacelli
Iam deſperatum lumen mihi reddidit auctor
Munera qui tribuit ſaltem rogo verba repende
Eſt vbi baſilice culmen pauli atq̧ ioannis
Hic paries retinet ſancti ſub ymagine formam
Amplectenda ipſo dulci pictura colore
Sub pedibus iuſti paries habet arte feneſtram

Lighnus adeſt adeſt cuius vitria natat ignis in vrna
Huc ego dum propero valido torquente dolore
Diffugiente gemens oculorum luce feneſtris
Quo procul vt tetigi benedictio lumen oliuo
Igneus ille vapor marcenti fronte receſſit
Et preſens medicos blando fugat vnguine morbos
Non oblita mihi mea lumina munere ſancti
Nam redit ante oculos oculorum cura fidelis
Et memor illud ero dum luce & corpore conſto
Promptius affectu precor inde require ſodales
Si ſociis loqueris veniam pietate mereris
Porrigo materiam quibus hanc ego vt ore rotundo
Martini geſtis florentia carmina pangant
Et claro ingenio texant ſpargenda per ortum
Vir radians mentis licet ille nec indiget iſtis
Gratia cuius ouans ac fama iter occupat orbis
Arua capax pelagus intrans ſuper aſtra coruſcans
Diſtribuens miras populis pro ſtipe medelas
Qui domino famulando ſuo capit omnia dono
Et quo chriſtus habet nomen Martinus honorem

Explicit opus fortunati preſbyteri de
vita glorioſi dñi Martini Turo
nenſis ſedis archipreſulis
Et preclariſſimi in
miraculis



¶ Prologns in vitam beati gregorij
Turonenſis archiepiſcopi

OMnium quidē ſanctorū iure memoria veneratur. Sed eos primū fideles honorificāt qui vel doctrina vel exēplo ceteris clarius effulſere. Porro vnū ex his beatū gregoriū turonice ſedis archiepm̄ fuiſſe eūq; hac gemina dote reſplenduiſſe nō parua documenta produnt. Cuius nimirum geſta vel partim neceſſario ſcribuntur ne fama tāta viri quandoq; dubietatis nebula fuſcaretur. Et quidē ſatis eſt ad eius gloriā ꝙ chriſtum cui placere q̄ſiuit cōſcium habet in excelſo ſed tñ & hic nephas eſt Illiꝰ laude taceres q tot ſctōrū ſtuduit laudes propalare Que ſcʒ relatio q̄tula erit nec eius inſignia vt ſunt profert qm̄ plurimis que opinione ferunt omiſſis pauca quedā que ex libris eius approbentur attingimus. Q; ſi quis iudaico more ſigna requirēs ſctm̄ quēlibet ſignorū q̄titate metit quid de beata dei genitrice vel de precurſore ioanne cenſebit. Sanius itaq; diſcernat ꝙ in tremendo die multis qui ſigna fecerunt reprobatis hi qui opera iuſticie ſectati ſunt ad dexteraʒ ſuperni iudicis ſoli colligentur Non igitur preſulem noſtrum ob geſtum miraculorum commendamus q̄uis & illa non omnimodos deerūt ſed ꝙ mitis & humilis corde chriſtum imitatus fuerit demonſtramus

¶ Incipit vita.

GRgorius celtico galliarū tractu fuit exortus aruernice Regionis indigena patre florētio matre armētaria procreatus Etſi qd diuine generoſitati terrena cōducit nobilitas parētes eiꝰ quū rebus locupletes tū quoq; natalibus fulſerunt illuſtres Sed quod pleriſq; muniis diuine ſeruitutis quadā peculiari deuotiōe ita videbātur annexi vt q̄ſquis ex his religioſus exiſteret iure degener notaretur Ad quod aſtruendū quiddā de propinquioribus inſeramus itaq; gregorius quondā ſenator leocadiā duxit vxorem Hec de ſtirpe vetii pagati deſcenderat Quē euſebius in quito hiſtoriarū libro lugduno paſſum ac inter reliquos tunc temporis narrat glorioſius agoniʒatū Que leocadia peperit ſanctum gallum aruernice ſedis epiſcopum atq; florentium huius pueri genitorem. De hoc autem florentio ſed & de armentaria matre de petro quoq; fratre eius necnon & de vxore iuſtini ſorore eius ac duabus neptibus heuſtena ſcilicʒ & iuſtina beate radegundis diſcipula libri miraculorum talia referunt per que fides illorum & merita non exigui momenti fuiſſe dinoſcantur Hec autem aruernis que puero genialis humus fuit vehemen

ter olim caput extulerat ita vt ſenatoribus velut vrbs tarpeia prepolleret ab his gregorii parentela profluxerat hec ſenatores hec iudices & quicquid de ordine primariorum dixerim proferebat Id ſane de parētibus dictum ſit vt quia dominus in generatione iuſta eſt ad laudem gregorii proficit q̄ ei ſua progenies titulo ſc̄titatis colūna videatur.

Huius genus & patriam fortunatus commemorans

Forte (inquit) decus generis turonicenſis apex
Alpibus aruernis veniens mons altior ipſis

Ad matrem quoq̄ eius

Felix his meritis ſibi machabea vel orbi
Que ſeptem palmas celo tranſmiſit ab aluo
Tu quoq̄ prole potens recte armentaria felix
Fetu clara tuo geniti circundata fructu
Eſt tibi gregorii palma corona nouus

Ita nobili ſtirpe nobiliſſima proles emergēs vt roſa quedaꝫ ſtipite gratior decus generoſitatis auctum in parētes refudit Et q̄uis iam miſterii maieſtas in nominibus non queratur cum hic vt rebus aſſertum eſt gregorius competenti preſagio appellatur. Sic enim grecus vigilantē appellat hic deniq̄ non ſolum tertiam vigiliam ſed quod maius eſt ſecundam quoq̄ rariſſime videas obſeruauit & primam et quia iugum domini ab adoleſcentia portauit Sedebit ſolus vt ait hieremias vel certe prope Martinum. vt autem etatule robur amiſit litterarūꝫ ſtudiis mācipatur in quibus equidem ſtudiis primitus ſub gallo epiſcopo ſuo valet patruo ſenſus illius teneritudo coaluit. Cum ergo iam in diſcendis notarum caracteribus ageretur hunc diuina diſpoſitio virtutum auſpiciis initiauit ſanctamq̄ eius infantiam ſignorum extenſione nobilitauit Nam pater eius nimia valitudine comprehenſus lectulo decubabat intimus oſſibus ardor furere podagricus humor foris intumeſcere vapor aridus ora perurgere cepit. Cū q̄dā puero per viſionē apparens diceret legiſti ait librū Ieſu naue cui ille nihil inquit aliud litterarum p̄ter notas attēdo quarū nūc exercitio conſtrictus affligor Nam hic liber ſi ſit prorſus ignoro & ille vade inquit fac haſtulā ex ligno q̄ poſſit hoc recipere nomē ſcriptūq̄ ex atramēto ſub p̄ni capitis fulcro collocabis quod ſi feceris erit ei preſidiū Mane facto m̄ri q̄ viderat indicauit ſenſerat nimirum ſācti puer ingenii nō ſuo ſed m̄ris iudicio rē eſſe gerendā Tū illa iubet viſionē implere factū eſt & pater de momēto c̄ualuit Quid ſane rōnabilius q̄ nomē ieſu vel lignū ad reparādaꝫ ſoſpitatē cōgrueret Parētes eius vt reuera nobiles erāt & in burgōdia diffuſi lati fūdi poſſeſſores. Sc̄tūs vero nicecius vir totius religionis q̄ lugduseñ preerat ciuitati cū p̄dicti parētes eū vicinaret̄ puerū grego-



rium acciri Quē ſc̄tō vir corā poſitū aliquātiſper cōtēplatus & neſcio quid diuinum in eo commentatus iuſſit hunc ad ſe iacebat enim in lectulo leuari ac velut paradyſi colonus conciuem ſibi futurum preſagiens vlnis aſtrictum cepit confouere cum quidem quod reticendum non eſt ita collobio ſe totum contexit vt nec ſummis digitis puerum contingeret hoc ſane caſtitatis exemplum iſdem puer adultus auditoribus ſuis frequenter ex hac perfecti hominis cautela ſuadens eos colligere q̄tum fragiles quiq̄ lepos debeant ac tactus vitare Benedixit ergo puerū & imprecatus illi proſpera ſuis remiſit eū Biennio vero poſt miraculū quod dixeramus ferme exacto iam memoratus florenti⁹ rediuiuo dolore captatus accenditur febris intumeſcūt pedes dolor peſſimus pedes intorquet Perendinata peſtis hominem contriuerat iam pene conclauatus iacebat interea puer vidit iterum in ſomno perſonam ſeſe vtrum ne librum thobie cognitum haberet interrogantem. R̄ndit nequaq̄ Qui ait noueris hunc fuiſſe cecū atq̄ per filium ex iecore piſcis angelo comitante curatum tu ergo fac ſimiliter & ſaluabitur genitor tuus. Hec ille matri retulit que confeſtim pueros ad amnem direxit piſcis capitur. Que de extis iuſſa fuerant prunis imponuntur. Non fefellit virtus euentus vt etiam primo fumus odoris in naribus patris reflauit protinus omnis ille tumor dolorq̄ diſceſcit ſi magnuꝫ eſt os zacharie ioannis merito fuiſſe reſeratum nec modicum vtiq̄ eſt florentiū non ſemel ſed bis per filiū eē curatum ſenſerant ex hoc idem parentes q̄ dextro pede potiſſime foret innexurus nec ignorare poterant quin illum diuina diſpoſitio dexterioribus officiis aptauiſſet Quē tamen non continuo totunderunt ipſius vt reor aſcenſum in ſuſcipiēdo clericatu poſtulantes Litterarū tamen ſtudiis inſtātius applicat̄ Ahuc itaq̄ laicus tam ſenſu q̄ corpore adoleuerat cū ſubito nimia febriū ac ſtomachi pituita cōprehenſus cepit grauiter egrotare langor p̄ dies ingraueſcere medecinalis induſtria nihil proficere. Quē patruus gall⁹ frequēter viſitabat genitrix vero vt mater eū lamētis aſſiduabat. Sꝫ cū iam de humano auxilio deſparetur celitus adoleſcenti ſuggeſtū ē quo ſe ad diuinū cōferret Rogat igr̄ vt ad ſepulchrū ſc̄ti elidii erat ei iuxta portari deberet ſed ei parū profuit quia tā differebat̄ q̄ p̄ illd̄ incōmodū q̄rebat̄ domi reportat⁹ ita cepit poſt paululū tormētari vt putaret̄ ad exitū vrgeri Vexatio tādē fecit cām intelligi cōſolat̄ eos q̄ flebant dicēs ad ſepulchrū b̄ti ellidii me ſemel adhuc deferte fides mea ē q̄ & mihi ſanitatē & vobis mox p̄ſtabit leticiā Tūc vero illic deportat⁹ voce qua poterat orationē fudit ſpōde⁹ quia ſi ab hoc contagio liberaret̄ clericat⁹ habitū ſuſcipe nec prorſus moraret̄ dixerat & ſenſit protin⁹ diſcedere febrē & a naribus eius copia ſanguinis defluente ſic oīs illa

valitudo diſparuit ac ſi legatus quidā re pro qua venerat obtēta diſce
dere feſtiaret ita comā depoſuit & ſe dinis obſeqꝭs ex toto mācipauit
Cum ergo ſanctus gallus ad emeritam beate vite coronam vocaretur
Vir dn̄i auitus adoleſcentem ſuſcepit. Qui cum eius ingeniū morūq;
hitudinem explorauiſſet magiſtrorū diligentiā adhibuit & quāta vel
ipſi⁹ induſtria vel eorum ſedulitas velocitate poterat ad arcē ſapiētie
prouexit. Hec in vita beati Ellidij reperies. Porro autem in diſcendis
litterarū ſtudijs ea ſe diſcretione exercuit vt vtraq; nimietate careret.
Nec poetarū nenias ex toto horreret nec tn̄ vt pleriſq; mos eſt hijs in
decētius herēs earū lenocinio mente ancillaret. Fecit em̄ quod ſuffe=
cit Aciē cordis veluti ad quandā cotē exacuit & ita quaſi ab egiptijs
vaſa aurea promutuans & ad heremū qua māna comederet demigrās
in perſcrutādis diuinarum ſcripturarū potētatib⁹ intrauit. Quod ipſe
de ſe loquens oſtēdit dicens. Nō ego ſaturni fugam non iunonis nō
iouis ſtupra cōmemoro & cetera monſtra q̄ illic ſecutus annectit vſq;
dū diceret. Hec om̄ia tanq̄ cito ruitura deſpitiens ad diuina potius &
euuangelica miracula reuertar. Non em̄ vin iri cupio meis retib⁹ vel
inuolui in quo ſe oſtendit ſciſſe hec quidē ſed ſaniori iudicio reſpuiſſe
Tempore preſtituto diacon⁹ ordinatus eſt Ea tēpeſtate erat quidam
vir aruernicus lignū de ſacro ſācto beati Martini ſepulchro detulerat.
Sed cum ligni reuerentiā incautus negligeret omnis eius familia gra
uiter egrotare cepit. Cum ſubinde langor ingraueſceret & ille cauſam
percuſſionis ignorans minus ſe emendaret vidit in ſomno perſonam
terribilem Cur ſecū ita ageretur percūctantē. Qui cum ſe neſcire dice
rat Lignnm inquit quod de lectulo dn̄i Martini tuliſti negligēter hic
retinens dānū incurriſti Sed vade nūc defer illud gregorio diacono
dign⁹ iā vt reor idē leuita figurabat cui dn̄s iſte Martin⁹ ꝓcioſa queq;
ſui gregis eſſet cōmendaturus. Tunc tēporis apud aruernū pleriq; in
habitu religionis viri fulgebant quos idē iuuenis nūc cū beato auito
nunc ſemotim inuiſebat quatenus vel ab eis exēpla pietatis aſſumeret
vel ipſis quod forte deerat mutua charitate preſtaret Nimirū in hijs
chriſtum colebat & veluti ſolis iubar in vertice mōtium refulgentem
In hijs interim dū in ſeipſo videri non poteſt chriſtū reſpiciebat. Ad
hoc animū intēdens vt ad laudem chriſti proferret quicquid per eos
vel etiā per illos qui iam celo preceſſerāt operari dignabatur Sane in=
ter ceteros in quibus vt diximus chriſtus velut in mōtibus reſplende=
bat dominū glorioſum Martinum deprehenderat qui reliquos velut
quidam olimpus excedit & luculētius vt pote & here vitinior fulgor
ipſa aſtra reuerberat in cuius vtiq; veneratione totus orbis merito iā
olim cōiurat in huius deſyderio gregorius exaiſe inferbuit Hunc ſem
per in corde hunc in ore gerens laudē eius vbiq; ſpargebat. Dominū



vero mentis animū in exercitio virtutū defigeret caro eius a proprijs
viribus laceſſabat ita quippe mos ē. Hinc eſt ꝙ daniel poſtq̄ angelice
viſionis contēplatione leuatus eſt a carnis virtute deficiens per mul=
tos dies egrotauit. Hic itaq; virtutibus proficiēs ſed viribus corporis
intabeſcens aliquando valitudinem cum febre & puſtulis incurrerat.
Qua tandem ita cōfectus eſt vt vſu cibi potuſq; negato huius ſpē ami
ſerit. Vnum tamē ſupererat ꝙ eius fiducia Martino innixa nullatenus
vacillabat. Quinymo feruētius flagrans tanto eiuſdē Martini deſyde
rio ſuccēſus eſt vt cum mors pene caput illi merſerit ad viſendū tamē
eius ſepulchrū iter arripere non dubitauerit. Nec eū ſui dehortari poſ
ſent cū obnixe reſtiterint q̄a corporis illa febris febre vicebat amoris.
Et quidē actis duabus vel tribus māſſionibus itineris occaſione itidē
langor inualuit. Sed nec tūc oīno cogi potuit quin ad propoſitā mar
tini fiduciam feſtinaret noīe diuine maieſtatis dehortatores obteſtās
vt vel viuū vel forte defunctum ſe ante eius ſepulchrum exponerent.
Quid plura peruenit vt cūq; probata fides ſperate ſalutis compos effe
cta eſt. Et non ſolum ille ſed & armentarius quidē ex eius clericis qui
ſenſu penitus caruerat merito predicte fidei ſanatus eſt. Agēs itaq; tā
pro ſe q̄ pro illo gratias amore Martini exaciat⁹ vel potius magis ſuc
cenſus ad patriam redijt. Aliqn̄ vero cum iter de burgundia ad aruer
niam ageret magna contra ſe tēpeſtas exoritur denſus aer in nubibus
cogitur. Crebris ignibus celū micare validiſq; tonitruorum cepit fra
goribus reſonare. Omnes palleſcere imminēſq; periculum pauitare.
Sed gregorius amicus ſanctorum reliquias has em̄ indeſinēter col=
lo ferebat de ſinu protrahit & minacibus conſtāter nubibus opponit.
Que protinus diuiſe dextra leuaq; ꝓtereuntes illeſum iter gradiētib⁹
prebuerunt. At ſuperbia que plerūq; virtutibus nutritur iuuenili aīo
protinus irrepſit priuatim gaudet ſuiſq; meritis preſtitū arrogat. Sed
quid tam vicinū ſupbie quā caſus nam equus cui inſiderat illico lapſ⁹
hunc ad terrā grauiter eliſit ita vt om̄i corpore cōtuſus vix aſſurgere
poſſet cauſamq; intelligens ſatis deinceps cauit ne ſe vane glorie ſti=
mulus qualibet ſub occaſione deiceret. Sed quotiens per eū aliquid
diuina virtus egiſſet nō ſuis meritis aſcriberet ſed virtuti reliquiarum
quas vt diximus perinde ferebat. Quod factū ſi decreueris mirabili⁹
eſt ſuperbiam correxiſſe q̄ nubē diuiſiſſe. Erat autem in orationibus
aſſuetus preſertim quietis horis Sollēnitas beate marie virginis adue
nerat. Siquidem apud aruernū in villa marciacenſi eius reliquie con=
tinentur. Tunc forte gregorins intererat Qui ceteris alto ſopore de=
preſſis ad ſecretam orationem ſuo more proceſſit. Conſpicatuſq; emi
nus videt oratorium ingenti claritate fulgere. Credit igitur aliquos

deuotorum iam ad celebrandas vigilias proceſſiſſe viſione tamen lu
minis attonitus illo pretẽdit cuncta ſilẽtio data deprehendit. Ad edi
cium trãſmiſit ſed interim oſtiũ ſponte reſeratur ille ad angelicas excu
bias reuerenter ingreſſus diuinam viſitationem ilico agnouit claritas
quam a foris mirabatur protinus diſceſſit nihilq; per virtutem glorio
ſe virginis videre potuit.

¶ Anno centeſimo ſeptuageſimo ſecundo poſt tranſitum domini
Martini ſigeberto rege anno duocecimo regnãte beatus Eufronius
qui inter virtutes cõſeneſcẽs tanta gratia donatus ẽ vt ei prophie ſpi
ritus ineſſe viſus ſit appoſitus & ad p̃res ſuos Tempuſq; aduenerat vt
gregori⁹ amore beati Martini dudũ flagrans & ad paſtoral' officij mi
niſteriũ idoneus ep̃s cathedrã eius vice ſua regendã ſuſcipe debuiſſet
Cum igitur beatus Eufronius obiſſet turonici de ei⁹ ſucceſſore tracta
tari cõueniũt. Sed facili diſcrimine ſuaſũ ẽ cũctis gregoriũ in electiõe
preferendũ. Perſonã in loco frequẽtiſſimam iam olim ſciebãt pluraq;
eius geſta viro digna cõuenerant Tunc vero cunctis in cõſona voce
coeũtibus cerneres deo fauẽte cauſam proſperari. Nã clericoꝝ turba
nobilibus viris cõſerta plebſq; ruſtica ſimul & vrbana pari ſentẽtia cla
mãt gregoriũ decernẽdum quũ claris meritis. Tum quoq; nobilitate
pollentẽ ſapiẽtia precipuũ gnoſitate primũ principib⁹ notũ ac ſua ꝓ
bitate reuerendũ omibuſq; officijs habilem Legatio ad regeꝫ dirigit
cum quidẽ deo diſpenſante gregorius corã reperit De hac igitur cau
ſa conuẽtus q̃ta humilitate ſe excuſare tẽptauit quibus modis ſubdu-
cere viſus eſt Sed quia velle dei eſt hinc cetera flectuntur. Hunc rex au
ctoritate cogit hunc brunichildis regina perurget. Sed qm̃ diſcreta
humilitas obedientiã non recuſat tandem aliqñ aſſenſſus eſt. Queꝫ vt
credo ne qualibet occaſione delatus profugeret ſtatim egidius remẽ
ſis archiep̃s ordinauit vt Fortunatus poeta ſcribens ait

Martino proprium mittit iulianus alumnum
Et fratri prebet quod ſibi dulce fuit
Quem patris egidij dño manus alma ſacrauit
Vt populum recreet quem radegundis amet
Hinc ſegebertus ouans fauet & brunchildis honori.

¶ Sedeſq; itaq; turonica octauo decimo die poſtq̃ eufroniũ amiſerat
gregoriũ ſuſcepit. Turonenſibus vero nouo paſtori triũphãter exiliẽ
tibus hoc predictus poeta panegiricũ carmen procudit.

Plaudite nunc populi noua vota tenentes
Preſulis aduentu ſpes gregis ecce venit
Hoc puer exertus celebret hoc curua iuuentus
Hoc commune bonum predicet omnis homo



¶ Et cetera quibus hunc & a turonenſibus deſideratũ & ad cathedrã
legaliter ingreſſum oſtendit. Adeptus ergo preſulatũ qualis vel quã-
tus fuerit vel compendioſe dicatur & plures eccleſie quas nouiter cõ
ſtruxit vel quarum ſartatecta reſtaurauerit inſinuant. Et libri in laudẽ
ſanctorum vel in expoſitione ſanctarum ſcripturarũ libri editi q̃ pri-
mũ demonſtrant. Matrem nãq; eccleſiam quam dominus Martinus
conſtruxerat nimia vetuſtate confectã arcuato ſcemate reparauit atq;
hiſtriatis parietibus per eiuſdem Martini geſta decorauit. Quod me-
tricanorus noſter non tacuit dicẽs inter cetera.

Martini auxilijs operando gregorius edem
Reddidit iſte nouus quo fuit ille vetus Et item
Fundamenta igitur reparans hec priſca ſacerdos
Extulit egregius quam intuere prius

¶ Sed plures alias vt diximꝰ ſicut in ipſius chronicis reperitur vt eſt
eccleſia ſancte crucis vel in artenſi villa in conſtrnendis vero ſpiritali
bus templis vꝫ in cuſtodia gregis q̃ certatim ſeſe ipenderit vel ex hoc
animaduertitur ꝙ nec ab ipſis quidem ſanctis viris ſtudium ſue pre-
dicationis continuit. Nam vt de hijs taceatur quorũ vt ait apoſtolꝰ
peccata manifeſta ſunt de quibus ſuperfluo quicq̃ diceremus ad oſtẽ-
dendũ q̃topere circa perfectiores ſollicitus extiterit duo ſaltem eorũ
quos ob ſanctitatis inſignia vix preter gregorium aliquis arguere p̃-
ſumeret ad mediũ deducantur. Haud longe enĩ poſt eius ordinatio-
nem ſanctꝰ Senoch abbas de cella egreſſus ad eũ ſalutandũ profectus
eſt. Quem ſanctus vir magna reuerentia ſuſceptum mutuoq; collo
quio ſenſim exploratũ peſte ſuperbie mox perſenſit infectũ. Sed gr̃a
que in diſcernendis ſpiritibꝰ huic ſuppeditabat illũ ab eadem ſuper-
bia penitus expurgauit. Nec diſſimili virtute circa beatum quoq; leo-
bardũ extitit ſollicitus quẽ nequã ſpiritus ita ſiniſtris cogitationibus
agitabat vt propter quandam verboꝝ contumeliam qua ſe dudum re
cluſerat migrare decreuiſſet. Sed nec iſte potuit recurrere caſum. Qui
gregorium meruit habere ſubleuantẽ Nam cum ſolito ad maius mo-
naſteriuꝫ quaſi ſacra Martini veſtigia deoſculaturus adiret ſollicitus
paſtor qualiter ouis amore chriſti vinculata ſe gereret ad eius tuguriũ
diuertit. Cui mox ille ſecreta cordis que diabolus quaſi rationabilia
cõfixerat eidem reſerauit Qui protinus ſagaciſſimo vt erat ingenio
diaboli cõmenta deprehendit & nõ minimo dolore ſuſpirãs increpa
re hoiem cepit ac diabolicã calliditatẽ verbis cõpetentibꝰ denudauit
Domiq; reuerſus libros ad propoſitũ monachoꝝ ei congruos pia ſol
licitudine tranſmiſit. Quibus relectis non ſolũ ab illa que patiebatur
incurſione curatus eſt. Sed etiam in ſenſus acumine multũ prouectus

Nihil ergo nunc magnificentius queras nihil in laude gregoriana p̄=
ſtantius expectes Si anima corpore melior ſatius eſſe quenq̄ in ea ſu
ſcitari nec quenq̄ mendax negari poteſt. Vox autem eius q̄ imperioſa
fuerit vel ea que dicebat auctorioſa vita ſubitis inculauerit diligens le=
ctor in ipſius libris explorabit. Verum vt ſupra retulimus incommo=
do corporis frequenter ob iniuriam carnis fatigabatur ſed eum quoti=
ens corpuſculuʒ nimio virtutum exercio fatigatum langore inclemē=
tius pulſauiſſet. Ille ad martinuʒ ſuum decurrens cocite ſanabatur hoc
ſepe numero fiebat Quando autem & qualiter in deſcriptione miracu
lorum ita dirigitur vt merito dilectionem delectet ſiquidem vt diſcre
tus & humilis corporea medicamenta ſibi primus adhibebat. ſed q̄to
illa humilius expetebat indignum ſe iudicans cui medela per miracu
lū dari debuiſſet tāto diuina largitas hunc ad ſolam ſue potentie me=
dicinam reſeruabat

¶ Contigit aliqn̄ vt ſolita beati Martini virtute ab vnius tēporis do=
lere ſanaretur. Cui poſt paululū cogitatio per inſidiatorē ſubiit iniecta
ꝙ pulſus ille venarum ſanguinis poſſit minutione ſedari. Dum id apd̄
ſe volueret amborum temporum vene proſiliunt Renouatꝰ dolor vn
dantius irrumpit ſed ille cōcitus ad baſilicaʒ properat veniā prius pro
cogitatiōe p̄catur dehinc palā ſancti ſepulchri caput attigit & illico ſa
nus abſceſſit. Multa fateor in laudibus diuerſorū iā ingeſſerat ſed q̄uis
amore Martini vehemētius inferueret ad ea tn̄ q̄ de eius miraculis ſcri
benda erāt ſe nullatenus dignū iudicabat donec bis & ter per ſoporeʒ
ammonitꝰ ſi taceret crimē incurrere miraretur Deniqꝫ oratoriū ſcti ſte
phani qd̄ in ſuburbio eſt iuſſerat prolōgare & altar e erat integrū in an
tea promoueri ſed quia nihil de pignoribus ibidē repit vnū ex abbati
bus vt eiuſdē martyris reliquias exhiberet ad epiſcopū clauē tn̄ oblitꝰ
direxit qui capſaʒ obſtratam reperiēs quid faceret dubitabat ſi ad ep̄ʒ
pro claue rediret moroſum erat ſi capſum exhibuiſſet ob multoruʒ pi=
gnora ſanctorum que ibi continebantur moleſtuʒ ei eſſe ſciebat. Cum
igitur apud ſe heſiſſet vt diuina gratia cooperatricē ſe gregorio teſta=
retur capſam exilientibus repagulis aſpicit reſeratam tūc gratias agēs
reliquias non ſine admiratione multorum gregorio detulit qui reuer
ſus capſam vt relinquerat obſeratam inuenit

¶ Multa quidē Gregorius que inſequi longū eſt in ſalute languētium
op̄abatur que tn̄ ſub obtētu ſctōꝝ quorū reliquias p̄inde ferebat a ſuis
meritis excludere nitebat̄. Cū quideʒ hec tanto verius per ip̄m fiebāt
q̄to ipſe humilius aliis tribuebat vt eſt illud

Cum aliquando per viam graderetur & crucem auream cum reliquiis
beate Marie ſemper virginis vel beati Martini collo geſtaret procul a



via cuiuſdam pauperis hoſpitiū incendio conſpicit concremati. Erat
autē vt eſt in vſibus pauperum folijs atqꝫ ſurculoꝝ cremijs igniū vʒ
fomentis contectū. Hac illacqꝫ miſer cum vxore & liberis curſitare &
ſtrepere aquā aduehere. Sed iam flāme preualuerant nec poterāt miti
gari tunc vero gregorius accurrit & contra flāmarum globos cruceʒ
eleuauit. Moxqꝫ in aſpectu ſanctaꝝ reliquiarū ita totꝰ ignis obſtupuit
vt nec ea q̄ iam apprehenderat vltra vel ad modicum vſtulare poſſit.

¶ Cauſa fuerat qua remenſe oppidū adire debuerit Cunqꝫ ab egidio
Pontifice humanitus fuiſſet ſuſceptus ibidē noctu quieuit in craſtinū
vero illuceſcente dominica ad eccleſiam epiſcopo collocuturus venit
Cū eius aduentū in ſecretario preſtolaretur nolebat em̄ in eccleſia lo
qui ſygoferendarius quondā ſigeberti ad eum acceſſit. Quē ille oſcula
tum ſedere iuxta ſe fecit Dum aliquātiſper ſecum ſermocinarentur &
ille de ore gregorij penderet ſubito auris eius que pridē obſurduerat
cum quodam crepitu reſerata eſt ille gratias cepit agere & quid ei per
gregoriū preſtitum ſit manifeſtare. Sed vir domini cōſuete nō imme
mor hūilitatis hoiem ab hac eſtimatione ſubducere nitēs Noli ait dul
ciſſime fili mihi aliquid gratie referre ſed beato Martino p̄ cuius reli=
quias licet indignus quas defero tibi auditus eſt e ſurditas depulſa.

¶ Virtus nāqꝫ charitatis in illo preeminebat adeo vt ipſis inimicis af
fectum dilectionis impenderet vt ſequenti patebit exēplo. Quodam
em̄ tempore factū eſt vt ad venerabilē matrem ſuā in burgundia pro=
peraret. In ſiluis vero abiegnis q̄ trās verberim fluuiū ſite ſunt latro=
nes incurrit. Qui tanto impetu ſuper comitatū eius irruere viſi ſunt vt
non modo eos expoliare ſed & occidere velle putarentur. Quorum
aſſultu gregorius terreri non potuit qui preſidio Martini circūſeptus
incedebat Cuius mox auxiliū flagitans ita ſibi adeſſe expertus eſt vt
latrones velocius q̄ emerſerint fugā inirent. At gregorius vſus cōſue
ta pietate nec in perturbatione turbatꝰ fugiētes reuocat ad cibum &
potum inimicos inuitat. Sed crederes eos fuſtibꝰ agi & inuitos equos
cōtra poſſibilitatem calcaribus vrgere vt nec reuocantem audire poſ=
ſint ita gregorius ſuperius auribus oſtenſus eſt vicinus & operibꝰ cha
ritatis intētus Fides & deuotio populi valde p̄ gregoriū ſuccreſcebat.
At malignus hoſtis nō modico dolore torquebat̄. Vnde factum eſt vt
vim ſue malignitatis ferre nō ſuſtinens vel paſtoris vel gregis fiduciā
aptis vocibus dementare conaretur ipſa nāqꝫ natalis dn̄i die cum gre
gorius pontificale feſtum in principali baſilica ſicut mos ē ſollēniter
celebrare p̄cederet qdā ex inergūnis atrocior ceteris cepit nimium
debachari. Et ſequentibus vel obuiātibus turbis que gregorium ſep=
ſerant ſe obuium ingerens fruſtra inquit Martini limina petitis caſſo

eius edem aditis qui vos propter multa crimina dereliquit. Ecce vos
abhorrẽs rome mirabilia facit. Hec & alia plura cũctis vt erant conſti
pati populis verba diabolus inſibilat Ad quam vocẽ non ſolum ruſti
corũ corda exturbantur ſed & clerus quin & ipſe gregori⁹ pauore cõ
cutitur. Ingredientes aũt cum flectu magno baſilicam oẽs pauimẽto
proſternũtur orantes vt ſancti viri preſentiã mererentur. Quidã vero
cui ante tres annos ambe manus cũ vno pede contraxerãt ante ſanctũ
altare cũ reliquis proſtratus beati Martini auxiliũ poſtulat. Qui ſubi=
to nimia febre circũdatus tanq̃ in eculeo torquebatur extenſus inter
hec ſancta ſollẽnia gerebantur. Cũq; ſanctus põtifex fletibus inſiſtẽs
beati Martini preſtolaretur aduentũ diuino miſterio palla iam ex mo=
re cooperto languidus ad plenũ reſtituitur ſanitati. Quare gregorius
admodum gauiſus om̃ipotenti deo gratias agit oculiſq; lachrymarũ
ymbre ſuffuſus in hac ad populum voce prorũpit. Timor a cordibus
veſtris fratres abcedat quia nobiſcum beatus cõfeſſor inhabitat. Nec
omnino credite diabolo qui ab initio mendax eſt & in veritate non
ſtetit. Cum hec & alia verba conſolatoria aſtantibus inferret omnium
luctus laxantur in gaudium multoq; alacriores q̃ venerant ad ſua per
Martinum atq; gregorium redierunt.

¶ Quia vero natalis dñi mentionem fecimus quid aliqñ in hac die
pontifici noſtro contigerit mẽoremus. Nam in ſacroſancta huius na
talis nocte pridianis vigilijs fatigatus cũ paululum ſe cubito colloca=
ret vir quidã ad eũ concitus venit dicens Surge reuertere ad eccleſiã
ille expgefactus ſignum crucis ſibimet imprimẽs iterũ obdormiuit.
Nec deſtitit vir ille quin hoiem ſecundo moueret. Sed cum excitus
grauẽſe adhuc ſentiret rurſus obdormiuit. Tum vero ille vir tertio ve
niens maxille eius alapam impreſſit dicens En tu reliquos ad vigilias
admonere debes & tam diu ſopore deprimeris? Qua gregorius voce
percuſſus pernici velocitate ad eccleſiam eſt regreſſus Adeo ſupernis
oculis gratus extitit vt nec humanitate cogente negligentiam pati
permiſſus ſit ſue ſalutis. Viſum eſt hoc inſerere lectioni qualiter cum
deus arguere voluerit ne vel aliorum leuitate peccaret. Nam cũ hunc
a deſperato langore betus Martinus ita ſanaret vt ad eccleſiam in cra
ſtino properaret ne ſe in ſollẽnijs miſſarum fatigaret vni preſbiterorũ
hec celebrare precepit. Sed cum preſbiter neſcio quid ruſtice feſtina
verba depromeret nonnulli de circonſtantibus eum irridere ceperunt
dicẽtes melius fuiſſe tacere q̃ ſic inculte loq̄ Nocte autẽ inſecuta vidit
virum dicentem ſibi de miſterijs dei nequaq̃ diſputandum. Satis de
hinc apud eum conſtitit ne ſtultos & faciles ante ſe permitteret de bea
tis ſollennijs obtrectaretur .·.



¶ Sepius aũt vir dñi ſicut verus & gregis & ſuimet cõſultor vel ſub=
ditorum vtilitate vel proprie ſalutis cauſa longius procedebat Aliqñ
igitur ſepulchrũ beati Hilarj ſupplicaturus adiuit cum ad viſendã quo
q; ſanctam radegũdem reginã diuertit. Factum eſt autẽ cum hij duo
tanq̃ incole paradiſi ſecũ de celeſtibus fabulareutur. Oleũ quod ante
pignora ſancte crucis guttatim illic defluere ſolebat ſic in aduẽtu pon
tificis auctũ eſt vt infra vni⁹ hore ſpaciũ vltra vnũ ſeptariũ exundaret
Porro cũ hec beata regina ad regẽ eſſet accerſienda celorũ vir dñi gre
gorius de eius tranſitu nuncium accepit. Cũq; illa iam eo accurrente
migraſſet ſancta eius mẽbra ſepulture locauit Quoquidẽ tpe altare ſol
lẽniter bñdixit operculum tamen epo qui tunc forte deerat reſeruauit.

¶ Cauſa fuerat qua germanum fluuiũ iuxta blauiẽſe caſtrũ trãſmeare
debuerit. Sed ijdẽ fluuius ita nunc intumuerat vt intuẽtibus non par
uũ horrorem incuteret Non longe aũt ſanctus Romanus preſbiter re
quieſcit quem nr̃ vt vita eius phibet Martinus tumulauit. Cũ igitur
hinc procella ventorũ illinc mõtes vndarum ingens periculũ nauiga
turo minaretur oculos ad celũ erigens & ad eccleſiã predicti romani
ſubinde reſpiciẽs adeo omne pelagus mox cõplanauit vt compreſſis
fragoribus ripe alteri ſine periculo veheretur .·.

¶ Sedecim annos hic in epiſcopatu exegerat cum equiuocus eius ille
magnus gregorius in ſede apoſtolica ſubrogat̃. Siquidẽ opinata res
eſt q̄ dudum alter alteri peculiari ſit amicitia deuinctus. Nec immeri
to tñ hunc fortunatus gregorio comparet nazanzeno tanq̃ ille datus
ſit orienti romẽſis autem meridiei aſt hic noſter occidenti. Cũ igitur
ſacra apoſtolorum limina expetiſſet magna cum reuerẽtia ſanctus eũ
papa excepit. Quem ad beati petri confeſſionem introducens a late=
re conſtitit preſtolans quo aſſurgeret interim autem vt erat ingenio
profundiſſimus ſecretam dei diſpenſationez admirans conſiderabat
in huiuſmodi hominem (erat enim ſtatura breuis) tantam gratiam
celitus profluxiſſe. Quod ille mox diuinitus perſentiens & ab ora
tione ſurgens placidoq; vt erat vultu ad papam reſpitiens dominus
inquit fecit nos & non ipſi nos idem in paruis qui & in magnis. ·.
Cumq; id ſue cogitationi ſanctus papa reſponderi cognoſceret ipſa
ſua deprehenſione gauiſus gratiam quam hacten⁹ in gregorio mira
batur in magna veneratione deinceps habere cepit ſedemq; turonicã
ita nobilitauit vt auream ei cathedram donaret que apud prefatam vr
bem in poſterum ſeruaretur. Iam vero beatus Martinus hunc alũnũ
ſuum magnificans vſquequaq; ei ſe propitium multis modis demon
ſtrauerat. Sed opibus eius cooperatorez quoq; ſe oſtẽderet aliqñ pre
ſentiã ſuã lz inuiſibili ſuo quo videri ſolet ſplẽdore manifeſtat⁹ eſt. Nã

oratorium ex promptuario predeceſſoris ſui apud turonum conſecra=turus reliquas ſancti ſaturnini martyris ac domini Martini a baſilica ſuſceptas cum ingenti veneratione deferebat erat enim ſacerdotum ac leuitarum in albis veſtibus non minimus chorus & ciuiū honoratorū ordo preclarus ſed & populi ſecundi ordinis magnus conuentus Ra=diantibus ſollenniter cereis crucibus in altum ſublatis. Cum ita veni=retur ad hoſtium terribilis fulgor cellulam ſubito perfundēs oīm ocu=los nimio perſtrinxit ſplēdore qui diutius durans hac illacq; ſicut ful=gur diſcurrebat Omnes nimio pauore perculſi ſolo iacebant At gre=gorius vt tante virtutis conſcius conſtanter eos exhortans nolite in=quit timere rememoramini qualiter globus ignis de capite beati Mar=tini egreſſus celum viſus eſt conſcendiſſe & ob id nos cum his ſanctis reliquiis ipſum credite viſitaſſe tunc vniuerſi magnificauerunt deum & ſenior cum electis dicebat Benedictus qui venit in nomine domini deus dominus & illuxit nobis

¶ Pauca hec de noſtro preſule dicta ſinit non enim miraculorum qui reprobis dari ſolent commendemus ſed nec hanc quidem gratiam il=li defuiſſe monſtremus ceterum ad eius gloriam commendandā illud ꝙ chriſto ſufficiat ꝙ humili corde chriſtū ſecutus eſt & ꝙ non ſperauit in pecunie theſauris Hoc vtiq; eſt mirabilia feciſſe et q; vt partim ſupe=rius monſtratur a peccatorum eſt laqueo cuſtoditus Super omnē quip=pe gloriā ē a pctis protectio Vigeſimo & primo igr̄ epōpatus ſui ano tanq̄ ſeptenario annorū numero ter in fide ſancte trinitatis completo appoſitus eſt ad patres ſuos non tam dierum quia ferme tricennalis or=dinatus eſt q̄ perfectione plenus. Qui tñ non vſquequaq̄ videtur clau=ſus in tumulo cui reſtat vt vel lingua viuat in mundo Et quia ſicut cre=dimus beato Martino in celo eſt ſociatus ſancto etiam corpore eſt illi in ſepulchro vicinus Porro turonicenſes ne diuinis muneribus videā=tur ingrati ſemper neceſſe eſt vt retractent quantopere ſint a deo ſuf=fulti. Datus namq; eſt eis patronus non qualiſcunq; ſed Martinus de cuius laude quid primum vel ſpeciale dicatur cum vt ſcriptum eſt ei⁹ minima aliorum maximis maiora eſſe manifeſtum ſit tamen quāti ha=bendus ſit teſtātur vniuerſe vt ita dicam mundi nationes que illū ita priuato affectu diligunt vt etiam in noſtro tempore quando nimium iam refrigeſcit multos tam gente q̄ ligua ignotos ad eius ſanctiſſimū tumulum confluere videamus vt merito de eodem Martino dicatur. Cuius vultum deſiderat vniuerſa terra quorum vtiq; ſtudia noſtrā qui viciui ſumus inertiam iure vehementer redarguunt non tamē ſine di=uino moderamine conſtat ꝙ eius amor ita omniū cor penetrauit ꝙ eius mēoria velut alterius ioſie tam dulcis eſt oībus & ꝙ p oēs fines



terre ita ſpaciauit vt q̄d chriſtus habet nomē Martinus honorē datus ē eis & gregorius vir nō ſolū ſanctitate ſed & doctrina clar⁹ ne vrbs tu=ronica obſcurior videretur ſi ſcriptorū officio caruiſſet qui poti⁹ ſicut vrbs romulea poſt apl̄os illuſtrat̄ i altero gregorio ita vt turonica poſt Martinū decoret̄ in iſto Quē valet vel apud deū vel apud Martinum aduocatū quendā atq; ſequeſtrē habere confidam⁹ eiq; nr̄as neceſſita=tes ad expediendū cōmittamus. Verū ille nō erit immemor vel ſue vel Martini mie quā nobis tātopere inſinuere curauit quippe qui ad hunc inſinuandū eius miracula digeſſit vt quiq; futuri audientes q̄ta & qua=lia viſibiliter opetur q̄ deſperatos langores ſanet de potētia vel de pa=cientia eius nullatenus dubitent & ſi pro diſpenſatione temporū cōti=gerit corpora miracula ceſſari ſp tamē credam⁹ illū in nr̄is aiabus ſuaꝝ virtutis medicinaꝫ opari Gregorius igitur Martini mie cōſcius ſemp ille de grege ſuo ſugreſcat ſemp illū pro ſtatu ſancti loci ſui ac pro to=tius regni ſalute interpellet nec pretereundū quō conſuetam ſibi hūili=tatē etiā in ipſa ſepultura ſua ſeruauerit. Nam in tali loco ſe ſepeliri fecit vbi ſemp oīm pedibus conculcaretur & ipſa loci neceſſitas cogeret ne vnq̄ in aliqua reuerentia haberi poſſet ſed grex beati Martini talia nō ferēs amicū dn̄i ſui de loco leuauit & edito ſepulchro mārſoleo ad le=uā ſancti ſepulchri digna reuerētia collocauit. Obiit autē quindecimo kal. decēbris vꝫ intra martinianā ebdomadā vt ſollennitateꝫ Martini quā hic iā egrotās celebrare ceperat Martino iunctus in celo cōſūma=ret preſtāte dn̄o ieſu chriſto q viuit & regnat deus per oīa ſecula ſeculo=rum. Amen. ¶ Explicit vita ſancti Gregorij Turonēſis archiepi.

¶ Capitula primi libri Gregorij Turonici archiepiſcopi de virtutibus ſancti Martini.


| | | | |
|---|---|---|---|
| Q; ſeuerus vitā ſancti Martini cō ſcripſit | 1 | De theodomūdo muto | 7 |
| Q; eandem vitam beatus pauli=nus verſu compoſuit | 2 | De chamemunda ceca | 8 |
| De ordinatione & tranſitu beati Martini | 3 | De beato baudouio epō | 9 |
| De ſācto ſeuerino pſallētiū chor⁹ de ei⁹ trāſitu reuelat⁹ eſt | 4 | De eo qui ſancti reliquias came=raco contulit | 10 |
| Q; beato ambroſio idem tranſi=tus eſt oſtenſus | 5 | De gallis ſueuis cōuerſis | 11 |
| De tranſlatione beati corpis ſan=cti Martini | 6 | De vltrogothi regina | 12 |
| | | De eo qui poſtulā in extremis po=ſitis laborat | 13 |
| | | De caſtello Italie tertio noīe | 14 |
| | | De oleo cicēdil ſub pictura bti | 15 |
| | | De placido procuratore | 16 |

De his que ambianis geſta ſũt 17
De ſirolialẽſi oratorio 18
De bella ceca 19
De ammonio p̄cipitato 20
De alio appenſo 21
De leomere cõtracto 22
De muliachario ſoluto a cateis 13
De alpino comite debili 24
De carigiſilo cõtracto 25
De aqlino amente 26
De carmaldo debili 27
De fune abſciſo 28
De chariberto rege q̃ vrbem peruaſit 29
De euſtochio pictaueſi 30
De eo qui in ſancta porticu peierauit 31
Q̃ me virtus eius ab infirmitate reſtaurauit 32
De clerico nr̃o amẽte 33
Q̃ virtus ei⁹ ab agro nr̃o tẽpeſtatẽ prohibuit 34
De ligno bti cãcelli 35
Q̃ virtus eius nobis inimicos inhibuit 36
De diſſintericis 37
De inerguminis & frigoratis 38
De leomeria ceca 39
De ſecuro cõtracto 40

Cap̄la ſecũdi libri

Qualiter a febre & diſſinteria erutus ſum 1
De infirmitate iuſtini 2
De nauruſa ciragrica 3
De ſeruo ſimonis pſ̄byteri 4
De paralitico antiſiodorenſi 5
De palitico aureliaueñ 6
De palitico ex biturigo 7
De ceco illuminato 8
De alia ceca 9
De muliere a profluuio ſanguis liberata 10
De muliere clauda 11
De diſſinterico ſanato 12
De ceco illuminato 13
De puella palitica 14
De ceco illuminato 15
De his que nauta retulit 16
De gũtranno duce 17
De audulſo lunatico 18
De theodemere diacono 19
De deſiderio inergumio 20
De hoie manũ cõtractã hñte 21
De remigia matrona 22
De vinaſto ceco 23
de hoie oib⁹ mẽbris cõtracto 24
De palitico ſanato 25
De paulo muto 26
De mulire palitica 27
De muliere ceca 28
De duobus cecis 29
De muliere muta 30
De muliere debili 31
De oleo ad ſepulchrum eius creſcente 32
De leomere cõtracto 33
De clerico ceco 34
De carcerariis dimiſſis 35
De pignoribus que ad loduoaldus epiſcopus detulit 36
De inergumino ſanato 37
De puella muta 38
De his q̃ aridi⁹ pſ̄byter pro bñdictione portat 39
De ſiſulfo mãco 40
De ceco illuminato 41
De manu hois cõtracta 42
De puerulo ſanato 43
De ceco illuminato 44
De duobus puerulis ſanatis 45



De claudo directo 46
De contracto quem bos trahebat 47
De eo qui manus ac pedes cõtractos habebat 48
De eo qui contractum brachium detulit 49
De ceco illuminato 50
De diſſintericis 51
De alio hũore graui ſanato 52
De reintegrato 53
De puella luxonica ceca 54
De puerulo manũ cõtractã habente 55
De muliere que cõtractis in palma digitis venit 56
De ea q̃ dũ in feſtiuitate ſcĩ ioannis op̃abat̃ debilitata ẽ 57
De ceco & cõtracto 58
De ea que poſt ingenuitatẽ eſt vẽdita 59
de ocloꝝ & capitꝭ mei dolore 60

Cap̄la libri tertii

De dolore fauciũ meaꝝ 1
De puella debili ſanata 2
De hoie in cui⁹ manu fuſtis adheſit 3
De contracto ſanato 4
De ceco illuminato 5
De debili ſanato 6
De eo qui clauem die dominico faciebat 7
De mortuo ſuſcitato 8
De eo q̃ pedẽ debilẽ habuit 9
De tibia mr̃is mee 10
De mulieris manu ſanata 11
De puero a valetudine ſanato 12
De thedanis pede ſanato 13
De homine inclinato 14
De gũdulfo debili 15
De ceco illuminato 16
De figonis referendarii aure ſo. 17
De infirmitate pecorum 18
De ceco illuminato 19
De alio ceco illuminato folio 20
De iuliano cõtracto 21
De muliere ad ſancti lectum illuminata 22
De muto cui fratres abſtulerunt facultatem 23
De oleo creſcente 24
De digitis cuiuſdem mulieris directis 25
De muliere contracta 26
De puero contracto 27
De ceco illuminato 28
De homine cui fuſtis in manu adheſit 29
De puero a dolore ſtomachi ſanato 30
De dextera mulieris arida folio 31
De muliere cuius manus in ſe heſerunt 32
De morbo cabellorum 33
De lue que cum veſicis fuit folio 34
De duobus paraliticis & vno ceco ſanato 35
De auguſto contracto 36
De puella muta 37
De diacono catalenſi 38
De muliere cõtracta & ceca 39
De paralitico ſanato 40
De cathenis ſuper puellã confractis 41
De libro vite eius inter flammas ſaluato. 42

De duobus pueris ſanatis 43
De matulfo cõtracto 44
De alternis maib⁹ cõtractis 45
De mlieris brachio cõtracto 46
De eo q pro debito tenebať 47
De ceca illuminata 48
De paralitico om̃i tp̃e 49
De p̃ſbitero a febre ſanato 50
De cardegiſili puero ſanato 51
De clerico diſſinterico 52
De appẽſo abſoluto itẽ d̃ alio 53
De muto ſanato 54
De mulieris manu cõtracta 55
De muliere illũinata 56
De ceco illũiato 57
De palitico & duob⁹ cecis 58
De puero febricitante 59
De hijs q̃ in itinere geſta ſũt 60
Capitula libri quarti
De dolore ventris mei 1
De lingua & labijs meis 2
De puero a febre ſanato 3
De cõtracto & ceca 4
De ſeruo theodulfi 5
De multis ifirmitatib⁹ ſanatis 6
De vua apud galliciã 7
De baſilica ſancti apud vrbem ſãctonicam 8
De duob⁹ diſſintericis 9
De patenis q̃s ſancto exhibuit 10
De bledetico cui filij non erant dati 11
De ceca apd̃ tornaceñ vrbẽ 12
De manu arida reſtituta 13
De bandegiſillo debili 14
De hoĩe q cerã tranſmiſit 15
De abſolutione vincti 16
De puero ceco 17
De puella ceca 18
De cõtracto & ceco 19
Item de alio ceco 20
De eulogis quas quidam ciuis turonicus ſuſtulit 21
De contracto directo 22
De ceca ac debilli ſanatis 23
De plnrimis cecis inerguminiſq; ſanatis 24
De puella a febre ſanata 25
De carcerarijs abſolutis 26
De ſeruo nõnichij epiſcopi a debilitate ſanato 27
De Claudij regalis cancellarij febre 28
De eo q̧ agnes pictauenſis abbatiſſa de nauta retulit 29
De virtutibus locociageñ monaſterij 30
De fonte quem iuuenis ſanctus vt oriretur obtinuit 31
De incẽdio vrbis pictaue 32
De puero a febre ſanato 33
De lendulfo amẽte & debili 34
De muliere obmuteſcẽte 35
De frigoribus ſanatis 36
De cecis paraliticis & ierguminis Itẽ carcerarijs abſolut⁹ 37
De contracto & carcerarijs laxatis 38
De alio cõtracto 39
De febricitãtibus 40
De principio amẽte 41
De ceco contracto 42
De mamano muto 43



Epiſtola Gregorii Turonenſis antiſtitis in quattuor libros quos de miraculis beatiſſimi epiſcopi Martini deſcripſit.

DOminis ſanctis & in chriſti amore dilectiſſimis fratrib⁹ ac
filiis eccleſie turonice: mihi a deo cõmiſſe gregorius pec=
cator. Miracula illa que dñs deus nr̃ per beatũ Martinum
antiſtitẽ ſuũ in corpe poſitũ opari dignatus ẽ. quotidie ad
corroborãdũ fidẽ credendũ cõfirmare dignať/ ille nũc ex
ornans virtutibus eius tumulũ q in eo opatus eſt cũ eẽt in mũdo & ille
prebet per eũ beneficia chriſtianis q miſit tunc preſulẽ gẽtibus paritu=
ris Nemo ergo de anteactis virtutibus dubitet cũ preſentiũ ſignoruʒ
cernat munera diſpẽſari/ cũ videat claudos erigi/ cecos illũinari/ demo
nes effugari/ & alia queq; morborũ gña ipſo medicãte ego vero fideʒ
gerens libri huius qui de eius vita ab añterioꝛib⁹ eſt ſcriptus pñtes vir
tutes q̃tum ad memoriã recolo/ mẽorie in poſteruʒ dño iubẽte mãda
bo Qd̃ non p̃ſumerẽ niſi bis & tertio ammonitus fuiſſem p viſuʒ. Ta=
men omnipotentem deũ teſtẽ inuoco quia vidi quadã vice per ſõniũ
medio die/ in baſilica dñi Martini debiles multos ac diuerſis morbis
oppreſſos ſanari & videbã eos ſpectante matre mea que ait mihi, Qua=
re ſegnis es ad hec ſcribenda que proſpicis? Cui aio. Non te latet q̧
ſim inſcius litteris/ & tam admirandas virtutes ſtultus & ideota non
audeam promulgare? Vtinam ſeuerus aut paulinus viuerent autem cer
te fortunatus adeſſet quia iſta deſcriberent. Nam ego iners ad hec no
tam incurro ſi hæc annotare tentauero & ait mihi. Et neſcis quia no=
biſcuʒ propter intelligentiam populorum magis ſicut tu loqui pote=
ris eo habetur preclarum? Itaq; ne dubites & hæc agere non deſiſtas
quia crimen tibi erit ſi ea tacueris Ego autem hæc agere cupiens du=
plicis tedii affligor cruciatiõe/ meroris pariter & terroris . meroris cur
tante virtutes que ſub anteceſſoribus noſtris facte ſunt nõ ſunt ſcripte.
Terroris vt aggrediar opus egregium ruſticanus. Sed ſpe diuine pie=
tatis illectus aggrediar quod mouetur. Poteſt enim vt credo per meæ
lingue ſterilitatem proferre iſta qui ex arida petra in eremo producens
aquas / populi ſitientis extinxit ardorem . aut certe conſtabit rur=
ſum os aſine reſtare ſi labia mea aperiens per me indoctum iſta digne
tur expandere aperiens. Sed quid timeo ruſticitatem meam cum do=
minus redemptor & deus noſter ad deſtruendam mundane ſapientie
vanitatem non oratores ſʒ piſcatores. nec philoſophos ſʒ ruſticos pre
eligit? Confidens ergo orantibus vobis quia etſi non poteſt paginaʒ

ſermo incultus ornare faciet eam glorioſus antiſtes preclaris virtuti=
bus elucere.

¶ Incipit liber primus miraculorum ſanctiſſimi Matini Cap. I.

MVti enim ſunt q virtutes ſancti martini vel ſtãte verſu vel
ſtilo proſaico conſcripſerunt / de quibus primus ille ſeuer9
ſulpitius cui totus feruor amoris fuit in ſanctum dei vt eo
adhuc degente in ſeculo: vnum librum de mirabilibus vi
te eius ſcriberet / Exinde poſt tranſituꝫ beati viri / duos ſcri
pſit quos dialogos voluit vocitari / in quibus nonnulla de virtutibus
eremitarum anacorethanum ve inſeruit ſed in nullo inferiorem noſtrũ
potuit reperire Martinuꝫ quem apoſtolis ſanctiſqꝫ martyribus ſanctiſ
qꝫ prioribus exequauit ita vt etiam diceret felicem quidem gratiam q̃
meruit audire apoſtolum paulum predicantem ſed nec gallias a chri=
ſto derelictas quibus donauit habere Martinum. Cap. II.

PAulinus quoqꝫ beatus nolane vrbis epiſcop9 poſt ſcriptos
verſu de virtutibus eius quas ſeuerus cõplexus eſt quinqꝫ li
bris illa cõprehendit miracula q̃ poſt eius geſta ſũt trãſitũ
id eſt in ſexto operis ſui libro. Ait em̃ cũ inergumini per cã
cellos baſilice veherentur volatu aereo & ſepe in puteũ im
pulſu demonis iactaretur / abſtracti exinde ille ſi. populis ſpectãtib9 ſũt
reſumpti idqꝫ nr̃is tp̃ibus vidimus geſtum alius quoqꝫ demon acqſi=
tum vaſculũ p̃cipitem duxit ad amnẽ quaſi p̃dã quã ceparat dimiſſu=
rus ſed nõ defuit p̃ituro bt̃i cõfeſſoris auxiliũ nã ingreſſus in flumẽ &
vlteriorẽ ripã petens nihil nocens ſiccis eſt etiam veſtimẽtis egreſſus.
Cũqꝫ ad cellulã maioris monaſterii perueniſſet / mundatus apuit. Hũc
etiã teſtatur multas voces emittere ſolitũ / ac linguã gentiũ incognito
rũ ſepiſſime loqui venturaqꝫ fateri & crimina cõfiteri ſed vt dixim9 vt
limen ſancti attigit ſanus abſceſſit. Egidius quoqꝫ cũ obſideret ab ho
ſtibus & excluſo a ſe ſolatio turbatus impugnaretur per inuocationeꝫ
beati viri fugatis hoſtibus liberatus eſt idqꝫ demoniacus in medio ba
ſilice ipſa hora qua geſtũ fuerat eſt profeſſus ſãcti Martini obtẽtu hoc
fuiſſe conceſſum. Puella quod paraliſi humore grauata & quod peius
eſt errore cultus fanatici inuoluta / beati ſepulchrum expetiit vigiliiſqꝫ
celebratis ſanitati ẽ reddita Rurſumqꝫ ad idolatrie vomitũ reuocata lã
gorẽ quo obtentu bt̃i pontificis caruerat / iterato incurrit. Thimus q=
dam rabidus inſtructu demonis actus / coronã ſepulchri que ſancti me
ritum declarabat / violenter eripuit. Mox lumie priuatus / p̃da / cogen=
te dolore reſtituta / lumẽ quod p̃diderat recepit / quidaꝫ vero a tẽtatore
commotus / prolato gladio cũ quẽdã ferire conaret / in atrio confeſſo



ris / protinus iram in ſe retortã / veloci iudicio dei proſequente ipſo ſe
mucrone perfodit deniqꝫ cuꝫ populis ad beati templi ornatũ / colũnas
deferre cuperet gaudens. quidã vir qui operis huius inuidus & contra
rius in alterum excluſum multa minabatur pro eo q̄ ſolatiuꝫ aliquod
ad plauſtra petentibus non preberent Cunqꝫ ſuperbus equum feriret
& in paruo fluuiolo precipitatum / in ſinu aquarum gurgitis ictib9 ſuis
ſuffocatus interiit Tunc iuuente precedente / colũne vſqꝫ ad beatũ tẽ=
plum delate ſunt. Quotiens etiam ad beatũ ſepulchrum oleum fuiſſet
poſitum / referunt eum vidiſſe adauctum Sanctus vero perpetuus epiſ
copus merito beati diſcipulus predicandus ampullã cum oleo ad ſan
ctum tumulum detulit vt eam virtus iuſti infuſa ſanctificaret & eraſo a
marmore quo ſancta membra teguntur puluere / liquore permixto ole
um redundauit vt veſtimentum ſacerdotis nectareo / efflagrans odo=
re oleagena vnda perfunderetur / multiqꝫ ex hoc infirmi potiti ſunt
ſalute ſed & procelle ab agris. hoc liquore ſanctificatis ſepe prohibi=
te ſunt Cum autem ad templum ſanctum quidam deuotus fide plen9
acceſſiſſet / & gratiam ſancti ſitiens cogitaret quid de beata ede rape=
ret ad ſalutem / prope ſepulchrum accedens editium ſupplicat vt ſibi
parum benedicte cere largiretur e tumulo. Quam accipiens lætus ab
ſceſſit & agro cui frugem ſeuerat confiſus impoſuit adueniens autem
tempeſtas ſeuiſſima que omnia in annis precedentibus ſepe vaſtaue=
rat ab hac eſt prohibita benedictione / nec ibidẽ vltra vi conſuerat no
cuit. Magnifica vero atqꝫ deſiderabili paſchali feſtiuitate adueniente
populus ad beati cellulam in qua commoratus ſepe frequentauerat cũ
angelis / deuotus aduenit. Et ſingula loca allambens oculis vel irri=
gans lacrimis in que vir beatus autem ſederat : aut orauerat ſiue vbi
cibum ſumpſerat vel corporiſquietem poſt multos labores indulſerat
claſſe nauium preparata / amnem tranſire parat. vt beatum ſepulchruꝫ
adeat & cum fletu veniam deprecans coram confeſſore ſe proſternat.
Nauigantibus autem illis tentatoris impulſu commoto vento / nauis
in profundo demergitur / & ſepius vterqꝫ ab amne diripitur. Cunqꝫ
inter procellas fluctuuꝫ rotaretur & ſpes omnis euadere deperiſſet vna
omnium vox in clamore profertur deus. Miſerator Martine eripe a
preſenti interitu famulos famulaſqꝫ tuas His dictis ecce afflatus aure
placidus actus ſubmerſorum ſubuehens ab vndis illeſos. omniſqꝫ litto=
ri qd̃ deſiderabãt vnda famulãte reſtituit nec vllus depiit ſꝫ cuncti ſal
uati paſcalia feſta ſumma cũ exultatiõe p̄functi ſunt non enim defuit
illa virtus que iordanem ſcindens / populũ ſub aquarum molibus mar
gine arente traduxit cum de fundo fluuii duodecim lapidibus abla=
tis ſigna apoſtolica peſtantibus ioſue littori cui aduenerat cõſecrauit

vel illa q̄ petruȝ pereuntē pia āplectēs dextera ne ꝑiret eripuit velque
nautā ſubmerſurū martini dn̄m inuocātē de ꝓfundo pelagi ad littus
qđ optabat elicuit. Quidā pro bn̄dictione de ſancta ede aſſumere fla=
gitans inquā cere de ſepulchro ſācti accepit & infra penetralia domꝰ
tanq̄ theſaurum celeſtē impoſuit. Factuȝ eſt aūt vt inuidia tēptatoris
immiſſum incēdium domū vorax flāma cōcuteret & ſparſū ꝑ aridas
tabulas cūcta vaſtaret interea clamor ad celum tollit & beati Martini
auxiliū implorat. Meminit etiā cere ꝑticule a ſancti tēplo delate. Quā
repertā & igni iniectā protinꝰ cunctū reſtrinxit incēdiū nouoq; mira
culo cera q̄ ignē alere erat ſolita violentias ignis/ vi ſanctitatis oppſſit
Hec paulinꝰ in ſexto operis ſui libro verſu cōſcripſit/ accepto a ſancto
perpetuo ep̄o de his indiculo. Veꝝ cum ad eū huius indiculi carta ve
niſſet nepos eius/ graui tēbatur incōmodo At ille confiſus in virtute
ſancti ait. Si tibi inquit placet beate martine vt aliquo in tua laude cō
ſcribā appareat ſuꝑ hunc infirmū impoſitaq; carta pectori eius extem
plo recedēte febre ſanatus eſt q̄ erat egrotꝰ. Sed & fortūatus preſbiter
oē opꝰ vite eiꝰ in quattuor libris verſu conſcripſit. His nos illecti etſi
imperiti tentatus tam aliqua de virtutibꝰ ſancti ac beatiſſimi viri que
poſt eiꝰ obitum acta ſunt q̄tū inuenire poſſumꝰ mēorie replicare quia
hoc erit ſcribendi ſtudiū quod in illo ſeueri aut paulini opere non in=
uenitur inſertum. Cap. III

LVcidus & toto orbe renitēs glorioſus dn̄s Martinus dece
dente iam mūdo ſol nouus exoriens ſicut anterior narrat
hyſtoria aqud ſabariā pānonie ortus ad ſaluationē gallia
rum opitulāte deo dirigit. Quas virtutibus ac ſignis illu=
ſtrans in vrbe turonica ep̄atus honorē inuitus populo co
gente ſuſcepit. In quo glorioſam & pene inimitabilē agens vitaȝ per
quinquēnia q̄nq; bis inſuper geinis menſibus cū decem diebus octo
geſimo primo etatis ſue anno ceſario & attico cōſulibus/ nocte media
quieuit in pace. Glīoſum ergo & toti mundo laudabilē eius tranſituȝ
in die dn̄ica fuiſſe manifeſtū eſt vt in ſequentibꝰ certis teſtimonijs cō=
probabimꝰ Quod nō parui meriti fuiſſe cēſetur vt illa die eum dn̄s in
paradiſo ſuſcepit qua idē dn̄s & redemptor victor ab inferis ſurrexit
& vt qui dn̄ica ſolēnia celebrauerat impollute poſt mūdi preſſuras do
minica die locaretur in requie. Cap. IIII

BEatus ante ſeuerinus coloniēſis ciuitatis ep̄s vir honeſte
vite & per cuncta laudabilis/ dū die dn̄ica ſancta ex cōſue
tudine loca poſt matutinos hymnos cū ſuis clericis circui
ret/ illa hora qua beatus obijt audiuit chorū canentē in ſu
blimi. Vocatoq; archydiacono interrogat ſi aures eius ꝑ



cuterēt voces quas ille attentius audiret. reſpondit nequaq̄. cū ille di
ligētius inquit auſculta. Archydiaconus aūt cepit ſurſum collū exten=
dere/ aures erigere & ſuper ſummos articulos baculo ſuſtentāte ſtare.
Sed credo eū non fuiſſe equalis meriti a quo hec nō merebātur audiri
Tunc proſtrati terre ipſe pariter & beatus ep̄us dominum deprecātur
vt hoc ei diuina pietas audire permitteret. Erectis aūt rurſum interro=
gat ſenex Quid audis? Qui ait Voces pſallentiū in celo audio ſed quid
ſit prorſus ignoro. Cui ille Ego inquit tibi narrabo Dn̄s meus Mar
tinus ep̄us migrauit de hoc mūdo & nunc angeli canendo eum defe
runt in excelſum. Et vt parūper more eſſet vt hec audirētur diabolus
eum cū iniquis angelis retinere tentauit nihilq; ſuū in eundem reperi
ens confuſus abceſcit. Quid ergo de nobis peccatoribus erit ſi tantū
ſacerdotē voluit pars iniqua nocere? Hec ſacerdote loquēte/ notatum
tempus archidiaconus turonis miſit velociter q̄ hec diligenter inqui
rat. Qui veniens eo die horaq; manifeſtiſſime nouit trāſire beatuȝ vi
rum quo ſanctus Seuerinus audiuit pſallentem choꝝ. Sed & ſi ad ſe=
ueri recurramꝰ hyſtoriam/ ipſa hora eū ſibi ſcripſit cū libro vite ſue fuiſ
ſe reuelatum. Cap. V.

EO nāq; tempore beatus Ambroſius cuius hodie flores
eloquij per totā eccleſiā redolent mediolanēn̄ ciuitati ꝑ=
erat ep̄s. Cui celebranti feſta dn̄ici dici iſta erat cōſuetudo
vt veniens lector cū libro non antea legere preſumeret q̄
ſanctus nutu iuſſiſſet. Factum eſt aūt vt illa dn̄ica/ prophe
tica lectione iā lecta ante altariū ſtante qui lectionē beati pauli profer
ret beatiſſimus antiſtes ambroſius ſuper ſanctum altare obdormiret:
Quod vidētes multi cū nullus eū penitus excitatre preſumeret trāſa
ctis fere duarum aut triū horaꝝ ſpacijs excitauerūt dicentes iā hora
preterijt. Iubeat dn̄s lectori lectionem legere Expectat eñ populus
valde iam laſſus. Reſpōdens aūt beatus ambroſius Nolite inquit tur
bari Multū eñ mihi valet ſic obdormiſſe cui tale miraculū dn̄s oſten
dere dignatꝰ eſt Nam noueritis fratrē meum martinū ſacerdotē egreſ
ſum fuiſſe de corpore/ me aūt eiꝰ funeri obſequiū prebuiſſe. Peractoq;
ex more ſeruitio capitellū tm̄ vobis excitantibus nō expleri. Tunc illi
ſtupentes ꝑiter āmirantes diē & tēpus notāt ſollicite requirentes. Qui
ipſam diē tēpuſq; repererunt quo beatus confeſſor dixerat ſe eius obſe
quijs deſeruiſſe. O beatū viꝝ in cuius tranſitu ſanctoꝝ canit numerus
angelorū exultat chorus om̄iūq; celeſtium virtutū occurrit exercitus
Dyabolus ꝓ̄ſumptione cōfunditur/ eccleſia virtute roborat/ ſacerdo=
tes glorificātur. Quē michael ſuſcepit cū angelis/ Maria ſuſcepit cum
virginū choris paradiſus retinet letuȝ cū ſanctis. Sed quid nos in lau

de eius tẽtemus quod non ſufficimus adimplere? Ipſe eſt eñ laus illiꝰ
cuius laus ab eius ore nunq̃ receſſit Nam nos vtinam vel ſimplicem
poſſimus hyſtoriam explicare. Cap. VI

OPerepreciũ eſt etiã illud inſerere lectioni qualiter eius cor=
puſculum in loco vbi nũc veneratur fuerit angelo ãnuẽte
tranſlatuꝫ. Anno ſexageſimo quarto poſt trãſitũ glorioſi
dñi Martini beatus Perpetuꝰ turonice ſedis cathedrã ſor
titus ẽ dignitatis. Adeptuſq; hũc apicẽ cũ votoꝝ magno
cõſenſu/fundamẽta tẽpli ampliora q̃ fuerãt ſup beata mẽbra locare di
ſpoſuit. Quod ſagaci inſiſtẽs ſtudio/merifico mãcipauit effectui. De
qua fabrica/multũ qđ loqueremur erat. Sed quia pñs eſt/cõticere exiñ
melius putauimꝰ Adueniẽte ergo optato tpe ſacerdoti vt tẽplum de=
dicaretur & ſanctũ corpuſculũ a loco vbi ſepultum fuerat transferretꝫ
cõuocauit beatus ꝑpetuꝰ ad diẽ feſtum vicinos põtifices/ſꝫ & abbatũ
ac diuerſoꝝ clericoꝝ nõ minimã multitudinẽ. Et quia hoc in kalẽdis
iulij agere volebat/vigilata vna nocte facto mane/accepto ſarculo/ter
ram q̃ ſuper ſanctũ erat tumulum ceperũt effodere. Quo detecto manꝰ
vt eum cõmouerẽt iniciunt Ibiq; multitudo tota laborãs nihil prorſꝰ
per totã diẽ profecit. Vigilata deniq; alia nocte/mane tentantes/iteꝝ
nihil oĩno agere potuerunt Tunc cõturbati atq; exterriti qđ facerent
neſciebant Dicit eis vnus ex clericis Scitis quia poſt hoc triduũ nata
lis ep̃atus eius etiã conſueuerat. Et forſitã in hac die ſe transferri vos
ãmonet Tunc ieiunijs & orationibꝰ ac iugi ſilẽtio die noctuq; inſiſtẽ
tes/triduũ illud cõtinuatim duxerũt Quarta aũt die accedẽtes/ponen
teſq; manus nõ volebãt penitus mouere ſepulcrũ Pauore aũt oẽs ex=
territi iam in hoc ſtantes vt terra vaſculũ qđ detexerãt operirẽt/appa
ruit eis venerãda caicie ſenex inſtar niuis candorẽ effeiẽs dicẽs ſe eſſe
abbatẽ & ait eis Vſq̃quo conturbamini & tardatis? Non videtis dñm
Martinũ ſtantẽ vos iuuare paratũ ſi manus apponitis? Tunc iactans
pallium quo vtebatur poſuit manus ad ſarcofagũ cum reliquis ſacer=
dotibus crucibus patis ac cereis impoſitaq; antiphona dederũt cũcti
voces pſallẽtium in excelſo Tũ ad ſenis conatum/protinus ſarcofagũ
cum ſumma lenitate cõmotum in loco vbi nũc veneratur dño ãnuen
te perducit Quod ad votũ ſacerdotis cõpoſitũ/dictis etiam miſſis/vt
vẽtum eſt ad conuiuiũ/requirẽtes ſollicite ſenem nequaq̃ reperiũt Sed
nec homo quidẽ extitit qui eũ de baſilica exire vidiſſet. Credo aliquã
fuiſſe virtutẽ angelicã q̃ & beatum viꝝ ſe vidiſſe pronũciauit & dein=
ceps nulli cõparuit i quo loco ex illa die multẹ virtutes facte ſunt q̃ ꝑ
negligẽtiã nõ ſunt ſcripte Nos vero quãto tpe noſtro aut fieri vidimꝰ
aut factũ certe cognouimꝰ ſilere nequiuimus. Cap. VII



ADueniens quidã theodimindus noĩe/audiendi loq̃ndiq;
obſtructo aditu quotidianis diebꝰ ad ſanctã baſilicã recur
rebat & inclinãs ſe ad orõnẽ/labia tm̃ mouebat Nã nullã
poterat vocẽ emittere ſenſu integro ſꝫ erat mulctatꝰ vocis
officio. Qui tã prõpte videbat orare vt flere cerneret inter
ipſa tacita/verba plerũq;. Qui ſi quis pro mercedis reſpectũ aliq̃d ele
moſine cõtuliſſet cõtinuo hoc ſimilibꝰ paupibus erogabat & ſtipẽ ab
alijs nutu poſtulãs ſtipẽdia indigẽtibꝰ porrigebat. Cũq; in loco illo ſã
cto in hac deuotione ꝑ triũ ãnoꝝ ſpatia cõmoratꝰ fuiſſꝫ quadã die a
diuina pietate cõmoitus/venit añ ſctm̃ altare Et ſtãs oculis ad celum
eleuatis & manibꝰ/erupit ab ore eiꝰ riuus ſanguis cũ putredine. Et cõ
ſpuẽs in terrã cepit grauiter gemere & excreare ptes neſcio q̃s cũ ſan
guine. ita vt putaret ꝙ aliquis ferramẽto guttur eiꝰ incideret Sꝫ & ta
bes ex ore eius tanq̃ fila ſanguinea depẽdebat. Tũc diruptis auriuꝫ ac
fauciũ ligamẽtis eleuans ſe & erigẽs iteꝝ oculos & manus ad celũ ore
adhuc cruento in hãc primũ vocẽ prorupit. ❡ Grates tibi magnas
refero beatiſſime dñe Martine ꝙ aperiens os meũ feciſti me poſt lon
gum tempus in tuas laudes verba laxare Ammirante autẽ omni po=
pulo & ſtupente de tali miraculo interrogant ſi & auditum pariter re
cepiſſet. Qui libere omnia audire populo teſtatus eſt. Poſt ſanitatem
ergo redijt ad trodechildẽ reginam & pro virtute reuerentiaq; ſancti
Martini collectus eſt & ad ſtolam poſitus omnem pſalmoruꝫ ſeriem
memorie commendauit. Quem deus perfectum efficiens clericum/
per multos in poſterum annos/in ſeruitio eccleſie commorari per=
miſit. Cap. VIII

MVlier quedam noĩe chamemũda/oculoꝝ luce priuata ne=
ſciens viſu tenere viam niſi alio ducente/deuota valde &
fide plena venit ad venerabile templum beati Martini an
tiſtitis. Erat autem non ſolum vt diximus ceca ſed etiam
toto corpore vlceribus plena Obſederat eñ omnia mem
bra eius putredo cum piſtulis & erat miſerabili facie & horribilis ad
videndum vt tanq̃ leproſa putaretur a populo. Cũq; palpando diebꝰ
ſingulis ante edem glorioſi preſulis cum fide ſtaret poſt tres fere an=
nos ſtante ea ante ſepulcrum/aperti ſunt oculi eius ita vt cuncta clare
perſpiceret Amotoq; omni langore membrorum atq; ſiccato humo=
re qui fluebat a corpore. noua cute ſuperueniẽte taliter eſt priſtine red=
dita ſanitati vt nec iudiciũ quidem infirmitatis in eius corpore reſe=
diſſet. Que multos in poſterum viuẽs annos gratias omnipotẽti deo
referebat aſſiduas quod eam per beatum confeſſorem ſuum ſic inſtau
raſſet incolumem Cap. IX

QVod pn̄s inuocatio nomis eius mare proceſſoſum compeſ
cuerit non omittam Cum beatus baudenus epiſcopus tu=
ronice ciuitatis de vrbe in vrbem nauigio ſubuehente tran
ſiret/ſubito adueniente cum violentia vēto nimbus teter=
rimus mare placiduꝫ cōmouet impulſu fluminis/ nauis vn
darum mole turbatur/caput primū influctus ſecundū declinatur iter
vndarū hyatus hi in ſcena montis aquoſi dependent/hi apertis vndis
in ima dehiſcunt ſed nec antenne reſidēt q̄ btē crucis ſignaculum pre
ferebāt. Tunc reſolutis timore mēbris & omnibus ſine ſpe vite iaꝫ mo
ri paratis / proſtratus ſenior in orone cum lacrimis & geminas tēdēs
palmas ad aſtra/beati Martini auxilium precabatur & vt ſibi dignaret
adeſſe velociter proclamabat Vnus autem ex perfidis dixit Martinus
ille quem inuocas iam te dereliquit nec tibi in hac neceſſitate ſuccurret
Vere credo hanc vocem ab inſidiatore fuiſſe prolatam vt beatū ſacer=
dotem ab oratiōe turbaret Sed inde hoc iaculū fidei lorica repellens/
magis ac magis ſancti viri preſidium flagitabat/ſimulqꝫ cohortans vt
oēs orarent Cunqꝫ hec ageretur ſubito ſuperuenit odor ſuauiſſimus q̄
ſi balſamū in naui & tanq̄ ſi cū thuribilo aliquis circuiret/ odor thimia
matis effragauit quo odore adueniente ceſſit violentia ventorum Eli
ſiſqꝫ aquarum aſtantium molibus/redditur mare tranquilluꝫ Mirātur
omnes iam morti dediti fluctuum pacē & protinus data ſerenitate red
duntur littori Quod nullus ambigat beati viri aduentu hanc tempeſta
tem fuiſſe ſedatam. Tunc oēs in cōe domino gratias referunt ꝙ eos
per inuocationē antiſtitis ſui dignatꝰ ſit de hoc piculo liberare. Ca. X

HVius temporis quidā de cameraceñ eccleſia reliquias bea
ti Martini expetiit Quas iam veſpere acceptas cum pſallē
do proficiſceretur dum ligerim fluuiū tranſitſero factuꝫ eſt
et ſubito contenebratum eſt celum & ecce fulgura magna
ac tonitrua deſcendebant Dum hec agerentur due puero
rum lancee emiſſa flamma lumen euntibus prebuerunt. Ibantqꝫ ful=
gurantes haſte non minus miraculi q̄ beneficii preuiantibus ꝓferētes
virtutemqꝫ antiſtitis oſtendentes. Cap. XI.

PEfecit lingua ſterilis/tātas cupiens enarrare virtutes char
raricicuiuſdam regis gallicie filius grauiter egrotabat qui
tale tedium incurrerat vt ſolo ſpiritu palpitaret Pater auteꝫ
eius fetide ſe illi arriane ſecte vna cum incolis loci illiꝰ ſub
diderat ſed & regio illa plus ſolito q̄ alie prouīcie lepra ſor
debat. Cunqꝫ rex videret vrgeri filium in extremis dicit ſuis Martinꝰ
ille quem in galliis dicunt multis virtutibns effulgere cuius queſo reli
gionis fuerit enarrate. Cui aiunt catholice fidei populum paſtorali cu



ra in corpore poſitus gubernauit. aſſerens filium cum patre & ſpiritu
ſancto equali ſubſtantia vel omnipotentia venerari ſed & nunc celi ſe=
de locatus aſſiduis beneficiis non ceſſat plebem propriam prouidere.
Qui ait ſi hec vera ſunt que profertis/diſcurrant vſqꝫ ad eius templum
fideles amici mei/multa munera diſportātes & ſi obtineāt mei filii me
dicinam/inquiſita fide catholica/qua ille credidit credam. Penſato er=
go auro argentoqꝫ ad filii pondus tranſmiſit ad venerabilem locuꝫ ſe
pulcri. Que peraliti oblatis muneribus exorant ad beati tumulum pro
egroto. Sed inſidente ad hec in patris eius pectore ſecta/nō continuo
integram recipere meruit medicinam reuerſi aūt nuncii narrauerūt re
gi ſe multas virtutes ad beati tumulum vidiſſe dicentes. Cur non ſana
tus fuerit filius tuus ignoramꝰ at ille intelligēs nō ante ſanari poſſe fi=
lium niſi equalem cum patre crederet chriſtum/in honore beati Marti
ni fabricatus eſt eccleſiam miro opere expeditamqꝫ proclamat ſi ſuſci
pere mereor viri iuſti reliquias quodcūqꝫ ſacerdotes predicauerint cre
dam & ſic iterum ſuos dirigit maiore cum munere qui venientes ad
beatum locum/reliquias poſtulabāt Cunqꝫ eis offerrentur ex conſuetu
dine dixerunt. Non ita faciemus ſi nobis queſumus licētia tribuat po
nendi que exinde iterum aſſumamus Tunc partē pallii ſerici penſatam
ſuper beatum ſepulcrum poſuerunt dicentes Si inuenimus grām co=
rā expetito patrono. que poſuimus prius in ſequenti penſabūtur/ erūt
qꝫ nobis in benedictionē poſita queſita per fidē Vigilata ergo vna no
cte facto mane que poſuerant penſitabant. In quibus tanta bti viri in=
fuſa eſt grā vt tā diu eleuarēt in ſublime ereā librā q̄tū habere poterat
quo aſcēderet momētana. Cūqꝫ eleuate fuiſſent reliquie cū magno tri
umpho/audierūt voces pſallētes /q̄ erant in ciuitate detruſi in carcere
& ammirātes ſuauitatem ſoni interrogant cuſtodes quid hoc eſſet qui
dixerūt reliquie dn̄i Martini in galliciā trāſmittūtur & ideo ſic pſallit
Tūc illi flētes inuocabāt ſctm̄ Martinū vt eos ſua viſitatiōe liberaret.
Exterritiſqꝫ cuſtodibꝰ & in fugam verſis diruptis obicibus retinaclo
rum liber ppl's ſurgit a vinculo & ſic vſqꝫ ad ſancta pignora plebe in=
ſpectante venerūt oſculātes flēdo beatas reliquias . ſimulqꝫ & gratias
beato Martino ꝓ ſui abſolutiōe reddētes/ꝙ eos dignatꝰ fuerit ſua pie=
tate ſaluare tunc obtētis p ſacerdotē a iudice culpis/incolumes dimiſſi
ſūt Qd̄ vidētes geſtatores reliquiarū gauiſi ſunt valde dicētes Nūc co
gnouimꝰ ꝙ dignaꝫ btūs antiſtes nobis pctōribꝰ ꝓpriū ſe ꝓbere & gra
tias agentes. proſpere proſequenti patroni preſidio nauigio vndis le
uibus temperatis flatibus velo pendulo mari tranquillo / velociter ad
portū gallicie peruenerunt Tunc cōmonitus a deo qdā noīe Martinꝰ
de regione longinqua q̄ ibidē nunc ſacerdos habetur aduenit ſed nec

hoc credo ſine diuina fuiſſe prouidētia q̄ ea die ſe cōmoueret de pr̄ia
quo bt̄e reliquie de loco leuate ſunt & ſic ſimul cū ipis pignoribus gal
licie portū ingreſſus ſit. Que pignora cū ſumma veneratione ſuſcipiē
tes/fidē miraculis firmāt nā filius regis dimiſſa oīmi egretudine/ſan⁹
properat ad occurſum Beatus aūt Martinus ſacerdotalis gratie acce=
pit principatū rex vnitatē patris & filii & ſpūſſancti cōfeſſus / cū omni
domo ſua criſmatus eſt/ſcalor ſe pre a populo pellit & oēs infirmi ſal=
uātur nec vnq̄ ibi vſq; nunc ſup aliquē lepre morbus appuit Talemq;
grām ibi in aduentu pignorū bt̄i patroni/dn̄s tribuit vt virtutē q̄ ibi=
dē illa die facte ſunt . enerrari plongū ſit nā tm̄ in chriſti amore nunc
populus ille prōpt⁹ eſt vt omnes martyriū libentiſſime ſuſciperēt/ſi tē
pus perſecutionis adeſſet Cap.XII.

IAm & vltro gotha regina auditis miraculis . q̄ ad locum
fiūt quo ſc̄tā mēbra quieſcūt. tanq̄ ſapientiā ſalomonis ex=
petiit/corde deuoto proſpicere abſtinēs ergo ſe a cibis &
ſumno pcurrētib⁹ etiā largiſſimis elemoſinis puenit ad lo
cū ſanctū ingreſſaq; baſilicā timēs & tremens neq̄q̄ aude
bat adire ſepulcrū. indignā ſe eſſe proclamās nec ibidē poſſe obſiſtēti=
bus culpis accedere tn̄ deducta vigiliis nocte & oronib⁹ ac profluis la
crimis mane oblatis mūeribus multis/in honore bt̄i cōfeſſoris miſſas
expetiit celebrari Que dū celebrātur ſubito tres ceci q ad pedes bt̄i an=
tiſtitis lōgo tpe priuati lumine reſidebāt/fulgore nimio circūdati : lu
mē qd̄ olim pdiderant receperūt quo facto clamor in celū attollit ma
gnificātiū deū ad iſtud miraculū currit regia/currit & ppl̄s/ mirāt oēs
fidē mulieris/mirat gl̄iam confeſſoris ſed ſup oīa collaudat deus nr̄ q
tantā virtutē p̄ſtat ſc̄tis ſuis vt p eos talia operari dignet/tale inter re=
liqua luminaria huic mundo beatū Martinū immenſū ſydus attribuēs
p quē eius tenebre refulgerēt qui vere ſicut oliua fructifera p ſingulos
dies factis exhibet dn̄o/& cōuerſionib⁹ iuſtorū Cap.XVII.

SEd nec p̄tereundū eſt q̄ venerabilē conſeruū meū fortu=
natū p̄ſbyterū/retuliſſe cōmemoro quidā in Italia dū vene
no piſtule puaſus in diſcrimine ſic ageret vt viuere deſpa
ret/aliquos interrogat ad tēplū bt̄i martini qs fuerit tūc q=
dā ex aſtātibus aſſerit ſe fuiſſe reqrit egrot⁹ q̄d idē pro bn̄=
dictiōe detulerit. Qui negat ſe aliqd p̄ſumpſiſſe. Quē iterū interrogat q̄
tūc veſte indutus ſit cū ad tēplū ſc̄ti puenerit/rn̄dit ſup ea q̄ ſup ſeipſo
tpe vtebat. Tūc abſciſa fideliter indumēti pticula impoſuit ſup puſtu=
lā mox vt egri mēbra tetigit/vuln⁹ puſtule veneni vim pdidit q̄ tali me
dicamine virtutē ſc̄ti protulit & infirmū refert icolumē hāc apd̄ italos
aſſerens ſpiritalē vigere medelā vt ſi qs puſtul e pcutiatur vulnere ad



propinquū qd̄ fuerit bt̄i Martini oratoriū/habeat pfugiū & aut ex velo
ianue āt palliolis q̄ pēdēt de parietibus. quicqd primū raptū fuerit/ fit
ſalubre Hec medela genitorē ſuū carnalē ab interitu puſtule vt ipe pr̄is
ſui teſtis aſſerit liberauit Cap XIIII.

IDem his verbis retulit in cacumine caſtelli regionis Italie
qd̄ dicitur tertiū oratoriū bt̄i Martini fundatū eē/ ibiq; tur
ri vicine quotiēs in curſione barbarorū perfraudeʒ hoſtis
accederet nocturnis inſidiis quiſquis de vigilantibus ha=
buiſſet i turre lāceā/aut ſpatā vel cutellū ſeu grafiū ptuliſſet
ex theca/fere per hore ſpaciū tale lumen reddebat ex vniuerſo gladio
tanq̄ ſi illud ferrum verteretur in cereum & mox ex ipſo ſigno cuſto=
des ammoniti magis intenti vigiliis. hoſtes latebrantes. lapidib⁹ ex=
turbabāt quod opi ſancti Martini recto iudicio reputat q vicitate ſua
ſibi deuotis ppl̄is ſedulā exhibuit pn̄temq; cuſtodiā Cap.XV.

ET hanc virtutem a ſupradicto cognouim⁹ felici ſibi quoq; & fe
lici in rauenna & rethorica ſocio ſuo ex aliquod ſub imagine pi
cture beati Martini in cicenduli ardebat/dum tetigerunt oculos/ rediſ
ſe confeſſus eſt Cap- XVI.

SImiliter in p̄dicta vrbe duʒ placidus patrator deſperatus a
medicis ad aliud puellarū oratoriū ſibi vicinū confugeret
& in atrio decubaret venit noctu ad abbatiſſam bt̄us Mar
tinus per ſomnū quā requirens quid faceret ait ſe quiſce=
re. Dicit ſanctus ad illā in gallias habui iam redire ſed pro
pter iſtum qui foris iacet in atrio me remoraturū profiteor Tunc ſurgēs
abbatiſſa & referens viſum/fidem fecit homini de piculo liberari quod
certe meruit obtinere ſed vt predictus preſbyter aſſerit multum deſide
rabilius in locis italicis venerari q̄ vbi propria membra recubāt In tm̄
vt frequentia miracula nec ſperſa colligantur in verbis nec tamē finita
recondantur in paginis Cap.XVII.

IN porta ambianeñ in qua quōdā vir beatus paupem algē
tē/clamide deciſa cōtexit/oratoriū a fidelib⁹ eſt edificatū
in quo nūc puelle religioſe deſeruiūt ob honorē ſc̄ti antiſti
tis parūp hn̄tes facultatis niſi q̄ eas deuotorū alit ſepe de
deuotio tn̄ eis quodā tpe pauca apū aluearia fuerāt data q̄
cū quidā inuidus aſpexiſſet ait infra ſe/vtinā aliqd de his vaſis poſſeʒ
auferre ſecuta autē nocte inſtigatus a demōe ablatis trib⁹ vaſis nauim
onerat vt ſcilicet tranſito amne facilius q̄ abſtulerat vēdicaret ſed cre=
do ei impedimentū fuiſſe hoc furtū/ſicut poſtea manifeſte probatū eſt
igit cū ſole oriēte. ad portū fluminis cā trāſmeādi hoies properarēt na
uim ad littus aſpiciūt/apeſq; ex aluearūs caterua ti emergere hoiemq;

ſeorſum iacere proſtratũ Sed putãtes eum occupatũ a ſõno ſicut didi
cerant iã a puellis furtum factũ. quãtotius properãt ad alligandũ euꝫ
ſed accedẽtes mortuũ repiunt Statimqꝫ puellis notum faciũt factũqꝫ
furto raptum fuerat qđ cellule reſtituũt ãmirantes tã velociter in hoie
diuine vltionis acceſſiſſe ſententiam. Cap. XVIII

SIc & apud ſiroiabẽſe oratorium cuius altariũ ſancti confeſ
ſoris man⁹ alma ſacrauit dũ pleriqꝫ bñficia expetita mere
rẽtur. quidã paraliticus aduniẽs cereũ in ſtatus ſui altitudi
nẽ nocte tota vigilans retinuiſſet/manefacto vt lux reddi=
ta eſt mundo ipſe abſolutis greſſibus populo teſte incolu=
mis exilijt. Cap. XIX.

HEc hoc ſilebo quid cecitati cõtulerit. Cum beati ſepulcrũ
deuota mulier expetiſſet. quedã de turonio territorio feia
bella noie. amiſſo oculorum lũine grauiter laborabat. Et
cũ die noctuqꝫ inceſſabilibus dolorib⁹ vrgeretur dicit ſuis
Si ad baſilicam dñi Martini ducta fuiſſem/cõtinuo ſanita
tẽ recepiſſẽ Confido etẽm ꝙ poſſit oculis meis lumen infundere qui
potuit pauperis leprã oſculo libato ſanare. Deinde ãminiculo deducẽ
te venit ad ſanctum locũ ibiqꝫ ieiunijs & orationibus crebris/inſiſtẽs
viſum quẽ amiſerat recipere meruit. Et ita ſanata eſt vt que ceca vene
rat alia producẽte/cecis affatim dux futura regreſſa ẽ. Cap. XX.

ET quia bis aut tertio de ſola glorioſi nois imprecatione &
virtutes factas & pericula ſedata narrauim⁹. quale cuidaꝫ
pereũti in ipſo mortis precipitio. beatus põtifex inuocat⁹
ſuſtentaculũ prebuiſſet euoluam Ammonius quidã vices
agens ſancte baſilice dũ de cena madefactus vino veiret/
de rupe excelſa q̃ vie coniũgitur inimico impingẽte precipitaẗ. Erat
aũt profundũ loci illius ducentoꝝ pedum. Cũqꝫ per profunditatem
precipicij illius rotareẗ & deorſum ſine alarum remigio volitaret/ ſctĩ
Martini auxiliũ per ſingula deſcẽſionis ſue momẽta clamabat. Tunc
quaſi manibus alioꝝ de iumento ſuo excuſſus/ſup arbores q̃ valli ine
rãt deijciẗ Et ſic paulatiꝫ per ſingulos ramos deſcẽdens ſine mortis
periculo ad terrã vſqꝫ puenit. Tñ vt opus inſidiatoris nõ vſq̃quaqꝫ vi
dereẗ caſſatũ qđ fuerat inchoatũ/pedẽ ei⁹ leuiter ledit. Sed veniẽs ad
glorioſi dñi tẽplũ orationi incũbẽs/oẽm vim doloris amiſit. XXI

NOn credo haberi ſuperfluũ ſi inſeratur lectioni qualiter in
uocatio nois eius vitam preſtiterit morituro Quodã loco
vnus propter furti ſcelera cõprehenſus atqꝫ grauiter verbe
ribus actus duct⁹ eſt ad patibulũ vt condẽnareẗ ſuſpẽdio
Cũqꝫ in hoc exitu morte iã appropinquãte veniſſet orãdi



ſpatium perijt. Tunc ſicut erat ligatis poſt terguꝫ manibus iactauit ſe
pronus in terrã & cepit cũ lachrymis inuocare nomen beati Martini
vt ſi & in hac neceſſitate nõ ſuccurreret vel a culpis eũ in poſterũ excu
ſaret. Cũqꝫ cõpleta oratione ſuſpenſus fuiſſet receſſerũt milites a loco
illo ipſe aũt ore ſemiapto parũper labia mouens/ſancti Martini ſemp
nitebatur auxiliũ implorare Diſcedẽtibus tñ illis ſtatiꝫ ſolute ſunt ma
nus & pedes ei⁹ Et ſic per biduũ pendẽte eo/reuelatũ eſt cuidã religi
oſe vt eũ tolleret Que veniens/inuenit eũ adhuc viuentẽ. Tunc adiu=
torio beati Martini de patibulo depoſitũ/incolumẽ adduxit ad eccle
ſiam videntes eũ ſtupeſcebant/& ammirabantur dicentes Quomodo
viuit? Et interrogabant eũ/qualiter liberatus eſſet ille autem dicebat.
Beatus Martinus me de preſenti morte eripuit/ & hucuſqꝫ perduxit.
Vere hanc ego virtutem iuxta ſenſus mei intelligentiam non inferio=
rem cenſeo q̃ mortuum ſuſcitatum quem ſic beatus onfeſſor vt ita di
cam confracto mortis hyatu/ & eius ab ore retractum vite reſtituit.
Qui vſqꝫ hodie ad teſtimonium virtutis beati viri viuus habetur in ſe
culo. Cap. XXII.

QVid etiam in condateñ dyoceſi actum ſit non preteribo
Locus autem ille crebris virtutibus illuſtratur Ab hoc enĩ
vir beatus ſarcina carnis abiecta/migrauit ad dñm leo=
meris ergo quidam noie ſeruus cuiuſdam hois andegaui
ni ab angue ꝑcuſſus cõtracta manu ligatur/ lingua quoqꝫ
rigebat Multoqꝫ tpe in hac debilitate detẽt⁹ neqꝫ ſibi neqꝫ dño aliqđ
opis exercebat. Hic fide cõmõitus cũ ad beati baſilicã vigilaſſet dire
cta manu/deliberataqꝫ ab oi impedimẽto lingua beati Martini mira=
culũ populis teſtabaẗ dicẽs Ecce qđ in hac nocte ſanct⁹ dei operatus
eſt/me teſte probate Reuerſus autẽ ad dñm ſuũ narrauit ei omnia que
acta fuerant. Sed ille minime virtutẽ glorioſi pontificis credens ad
ſolitum eum adaptat ſeruitium. Qui cum operari cepiſſet/rurſum in de
bilitatem redigitur Intelligens autem dñs eius dei hoc eſſe myſteriuꝫ
tranſmiſit eum iterum ad locum in quem prius abierat Ad quem ille
cum maxima deuotione perueniens/data illi ſanitate quam prius ha=
buerat inſtauratur. Cap. XXIII

DIgnum exiſtimaui & illud non omittere in relatu ꝙ milia
tharium preſbiterum referentem audiui. Tempore quo
propter perfidiã chrãni Iram clotarij regis incurrerat ad
baſilicã ſancti Martini confugit atqꝫ ibidẽ in cathenis po
ſitus cuſtodiebaẗ ſed virtute beati ꝑſulis cõminute cathe
ne. ſtare nõ potuerũt. Neſcio aũt qua imminẽte negligẽtia foris atriũ
cõprehẽſus eſt. Quẽ oneratũ ferro vinctuſqꝫ poſt tergũ manibus duce

bant ad regẽ at ille voce magna clamare cepit & vt ſibi beat⁹ martin⁹
miſereret̃ orare nec eũ ſineret abire captiuũ/cuius deuot⁹ expetierat tẽ
plum. Statimq; in ... s vocibus orãte beato Eufronio epõ de muro ci
uitatis/cõtra baſilicã diſſolute ſunt man⁹ eius & oẽs bacce cathenaꝝ
cõfracte ceciderunt. Perductus aũt vſq; ad regẽ ibi iteꝝ in cõpedib⁹
& cathenis cõſtrictus retinebat̃. Sed inuocato noĩe ſepedicti patroni
ita oẽ ferrũ ſup eũ cõminutũ eſt vt putares illud fuiſſe quaſi figulũ hoc
tm̃ erat in ſpatijs vt nõ ſolueret̃ a vinculo quoaduſq; nomẽ illud ſacra
tiſſimũ inuocaſſet Inuocato aũt/oĩa ſoluebãtur. Tunc rex altioris inge
nij vidẽs virtutes ſancti Martini ibidẽ opari. & ab onere abſoluit euꝫ
viculis & priſtine reſtituit libertati. Hec ab ipſi⁹ viliatharij p̃ſbitari co
rã multis teſtib⁹ factũ eẽ cognoui. Vtinã ſe mihi in tali virtute digna
ret̃ manifeſtare beat⁹ cõfeſſor vt ſic abſoluere meoꝝ ligamina pecca=
minũ ſicut ſup eũ cõtriuit vaſta põdera cathenaꝝ. Cap. XXIIII

A Lpinus quoq; comes turonice ciuitatis cum p totũ annũ
grauiter ab vni⁹ pedis dolore cõſumeret̃ & nocte dieq; re
quiem nõ haberet atq; inter ipſas torture ſue voces/ beati
Martini iugiter auxiliũ iploraret appuit ei beat⁹ cõfeſſor ĩ
viſu nocte hylari vultu arridẽs / & cõſueta deferẽs arma/
beatũ ſignaculũ ſancte crucis ſup pedẽ infirmũ impoſuit. Mox omni
dolore fugato ſanus ſurrexit de lectulo. Cap. XXV

H Is expertis charigiſitus referẽdarius regis clotarij. cui ma
nus & pedes ab hũore cõtracte erant venit ad ſancti baſili
cam & orationi incũbens p duos aut tres menſes/ a beato
antiſtite viſitatus/mẽbris debilibus ſanitatem obtinere ꝓ
meruit & poſtea ãndicti regis domeſticus fuit multaq; bñ
fici apopulo turonico & ſeruiẽtib⁹ beate baſilice miſtrauit. XXVI

N Arrabo & illud. qualiter diabolice artis inſanie ad eius ba
ſilicã denudẽtur. Quidã aquilinus noĩe/ dũ venationem
cũ patre ſuo in ſiluis francie exerceret/ pauorẽ peſſimũ ini
mico inſidiãte incurrit. Erat eñ ei tremor cordis/& inte
rea videbat̃ extẽſus. Parẽtes vero eius intelligẽtes eũ dia
boli imiſſione coartari/vt mos ruſticoꝝ habet/a ſortilogis & ariolis li
gamẽta ei & potiones deferebãt. Sed cũ nihil valeret ex more ſancti
Martini auxilia prõpti dolore cogẽte requirunt dicẽtes. Poteſt in his
inſidijs nudare maliciã q detexit vmbrã multã/ vt audiuim⁹ falſo reli
gionis noĩe adoratã. Quẽ de regione cõmotũ miſerunt ad ſanctã ba
ſilicam: ibiq; in oratione cũ ſumma pcitate ſe cõtinẽs/ opẽ ſancti po=
ſcebat aſſidue: Cũq; in hac fide diuti⁹ cõmorat⁹ eẽt/ oĩ pauore dẽpto/
ſenſum vt habuerat añ recepit Oblitiſq; parẽtibus in eo loco vſq; ho=
die pro beneficio accepto deſeruit. Cap. XXVII



S Ed & charinald⁹ quidã pvenationẽ ſimiles ĩcurrẽs inſidi
as / lat⁹ vnũ debilitata manu ac pede perdiderat. Qui ad
glorioſum tẽplũ famuloꝝ manibus deportat⁹/ ieiunijs &
orõnibus ſe ſubdens aſſiduis/ p totũ fere annũ/oĩm mem
broꝝ ſanitate recepta gaudẽs remeauit ad ꝓpria. Et ideo
monemus vt null⁹ ſollicitet̃ ab ariolis quia nihil vnq̃ proderũt ĩfirmis
Pl⁹. n. vꝫ parũp d̄ p̃luere baſilice q̃ mille cũ medicam̃tis iſ aĩe. X XVIII

D E puluere aut cera loci illius vel qd̄ rapere quis potuit de
ſepulcro quante virtutes aut aſſidue fiant aut facte ſint qs
vnq̃ aut inueſtigare poterit aut ſcre/ Vnũ tñ manifeſtũ mi
raculum qd̄ a fidelibus cõperi putaui crimen tacere. Vnus
fide plenus expetijt vt aliquid pignoris de ſancti baſilica
ſecretius deportaret. Et multis conatus vicibus nunq̃ potuit dũ publi
ce nõ preſumpſit Reuerti aũt cupiẽs nocte ad funẽ illũ de quo ſignũ
cõmouetur aduenit Ex quo fune deciſam cultro particulã ſecũ detu=
lit. Regreſſuſq; ad domũ multis ex inde infirmis ſanitatẽ accõmoda
uit ita vt non dubiũ eſſet egrotum euadere q pignus illud meruiſſet fi
deliter oſculari. Ecce quid ſancte preſtas fidelibus qui tua menia ex=
petunt pie. Per te ſaluantur qui pignora votiue detulerint & ſubſeqn
te tuo auxilio liberant̃. Sed hec omnia fides ſtrenua operatur dicente
dño. Fides tua te ſaluam fecit. Cap. XXIX

V Idet̃ nec ſilẽdũ qualiter vir beatus p̃ſidia famulis / ad res
ſuas defendendas quaqua iubet accõmodat Charibertus
rex cũ exoſis clericis eccleſias dei negligeret. deſpectiſq;
ſacerdotibus magis iu luxuriã declinaſſet ingeſtum eſt ei⁹
auribus locũ quendẽ quẽ baſilica ſancti Martini diuturno
tẽpore retinebat ſiſti ſui iuri reddi deberi. Loco aũt illi nauicellis no=
mẽ priſca vetuſtas indiderat. Qui accepto iniquo cõſilio pueros velo
citer miſit q remiculã illã in ſuo dominio ſubiugarẽt. Cũq; hec recte
poſſidẽs videret̃ habere iuſſit in locũ illũ ſtabularios cũ equitib⁹ dirigi
ibiq; ſine equitis ordĩe precepit equos ali Accedẽtes ergo pueri fenũ
qd̄ coaceruatũ fuerat accipiũt ĩ equoꝝ expẽſas. Cũq; iniũctũ ſtudioſe
ageret̃ ſeruitiũ atq; eq appoſitũ fenũ cepiſſẽt expẽdere corripiũt̃ rabie
Et fremẽtes adiuicẽ diruptis loris p plana proſiliũt & in fugã vertũt̃
& ſic male diſperſi/alij excecãtur/alij/rupibus p̃cipitant̃/ alij ſe ſepib⁹
ingerẽtes/paloꝝ acuminibus tranſfodiunt̃ Tandẽ ſtabularij iram dei
intelligẽtes paucos extra terminũ loci quos aſſequi potuerũt expellũt
ſanoſq; recipiũt nũciãtes regi rẽ illã iniuſtiſſime retineri. & iõ hec cũ
fuiſſent perpeſſi dixerunt. Dimitte eam & erit pax tibi Qui furore
repletus ſic dixiſſe fertur Siue iuſte ſiue iniuſte reddi debeat regnante

me hec baſilica nō habebit qui protinus diuina iuſſione tranſitum ac
cipiēs quieuit adueniēte autē glorioſiſſimo ſigiberto rege in eius re=
gnū ad ſuggeſtionē beati eufronii epiſcopi hoc in domo ſancti Marti
ni reſiſtit quod vſq; hoc ad eius baſilica poſſidetur. Audite hec oēs
poteſtatē hn̄tes ſic veſtite alios vt alios nō ſpolietis. hoc adiūgite vr̄is
diuitiis vt damna non inferatis eccleſiis Vindex eſt em̄ deus velociter
ſeruorum ſuorum & ideo mouemus vt qui hec de poteſtatibus legerit
nō iraſcat. Nā ſi iraſcit de ſe fatebitur dictum Cap.XXX.

ſ Imili conditione beatus cōfeſſor in rebus ſibi iniuſte abla
tis apparuit Euſtochius quidā cū plerumq; cōtra iuſticiā
ſcm̄ epm̄ de hereditate baudulphi cognati ſui pulſaret q
heredē baſilicā ſancti Martini inſtituerat/ cōmotus ab eo
p inſidias & iniurias beatus pōtifex aliquid ei de reb⁹ illis
reddidit portante autem illo hoc ad domum ſuam/ protinus filius ei⁹
vnicus in febrem corruit vnaq; die & nocte grauiter eſtuans expirauit
cui tam preſto fuerat mortis occurſus q̄ velociter pater eius de rebus ſi
bi nō debitis effectus eſt dn̄s qui in exemplū gazi poſſedit aurū & ar=
gentū ſed quod illis erat pcioſius acqſita aīe lepra amiſit & filiuz. nec
vnq̄ meruit deinceps alium adipiſci Cap.XXXI.

Q Vam preſens & ſup alium vltio diuina proceſſit qui in ſan=
cta porticu periurauerit ad comprimendā pfidoruz auda
ciam non ſilebo cum ad maculam illo quā ſctūs ſuo bene
ficio deuotorum elemoſinis paſcit/cotidie a fidelibus ne=
ceſſaria tribuantur/conſuetudinē benedicti pauperes hn̄t
vt cum multi ex his per loca diſceſſerint/cuſtodem inibi derelinquant
qui quod fuerit oblatum accipiat quidam ergo deuotus/vnum trientē
mercedis intuitu detulit. quem cuſtos loci collectum/frībus occulta=
re non metuit. Conuenientes autez pauperes ad ſextam/ ciſcitati ſunt
ante dictum cuſtodē quid ſibi beatus paſtor ſolita pietate reſpiciēs trāſ
miſiſſet audierant enim ibidem aliquid fuiſſe largitum qui ait cuz ſacra
to per hunc ſanctum locum & virtutes domini Martini quia hic am=
plius non venit q̄ vnus argenteus necdum enim verba cōpleuerat ſed
ad hec in ore ſermo pendebat cum ſtatim tremens corruit in terrā/ſuo
q; lectulo/aliorum manibus redditus cepit grauiter ſingultare interro
gatus autem a circunſtantibus qd ſibi eſſet reſpondit trientem illū quē
pauperes requirebant periuraui & ideo me preſens vindicta flagel=
lat ſed rogo vt eū accipiens reddatis muliercule quo reddito/ſtatī emi
ſit ſpiritum o infelix qui ſic ab iniqua cupiditate preuentus periit vt &
lucrum vite perderet nec damna capte pecunie poſſideret ſed ad quid
non mortalia pecora cogis execranda cupiditas? Que inuidia quon=



quondam vidue duobus minutis celeſte regnū mercādi cauſa fueras:
hunc per vnū trientē ad yma pcipitas Et q̄ iudā appendiſti laqueo in
magiſtri pcio hunc p paruū nummiſma demergis in tartara. Satis er
go hec ad cōprimendā maloꝝ temeritatē dicta ſufficiāt. XXXII

E Rgo his exactis que circa alios geſta ſunt aggrediar q̄ cir
ca me indignū virtus preſentis eſt opata patroni. Anno
centeſimo ſexageſimo tertio poſt aſſumptionez ſancti ac
pdicabilis viri beati Martini antiſtitis regente eccleſiam
turonicā ſancto Eufronio epo anno ſeptimo. ſecūdo āno
ſigiberti glorioſiſſimi regis. Irrui inualitudinem cum puſtulis malis
& febre Negatoq; vſu potus atq; cibi ita angebar vt amiſſa omni ſpe
vite preſentis de ſolis ſepulture neceſſarijs cogitarem. Obſerat enim
me mors cum ardore/animū cupiens expellere de corpore. Tunc iaz
valde exanimis inuocato noīe beati Martini antiſtitis parumper cō
ualui:& lento adhuc conaīne iter incipio preparare/ inſederat em̄ ani=
mis vt locum venerabilis ſepulcri viſitare deberem. Vnde tanto de=
ſyderio affectus ſum vt ne viuere me optarem ſi tardius direxiſſem.
Et quia vix euaſeram ex ardore incommodi/cepi iterum feruore fe=
bris ſuccendi. Nec mora adhuc parum fortis iter cum meis arripio/
actaſq; vel duas vel tres manſiones/ ingreſſus ſiluas corrui rurſum in
febre Et tam grauiter egrotare cepi vt omnes me autumarent vitam
amittere. Tunc accedentes amici videntes me valde laſſum dicebant
Reuertamur ad propria & ſi te deus vocare voluerit/in domo tua mo
rere Si autem euaſeris/votiuum iter facilius explicabis. Satius eſt em̄
reuerti ad domum q̄ mori in eremo. Ego vero hec audiens vehe=
menter lachrymans & plangens infelicitatem meam locutus ſum eis
dicens. Adiuro vos per omnipotentem deuz & reis omnibus metu
endum iudicij diem vt ea que rogo conſentiatis De cepto itinere nō
deſiſtite/& ſi mereor ſancti Martini videre baſilicaz/gratias ago deo
meo. Sin alias vel exanime corpus deferentes ibidem ſepelite quia
deliberatio mea eſt: non reuerti domum ſi non eius ſepulcro merue=
ro preſentari. Tunc vna pariter flentes/iter quod ceperamus aggre=
dimur. Precedente ergo preſidio glorioſi domini/ad baſilicam eius
aduenimus. Cap.XXXIII.

E O tempore vnus ex clericis meis armentarius no
mine bene erudit⁹ in ſpiritalibus ſcripturis cui tam
facile erat ſonorum modulationes appendere vt eū
non putares hoc meditari ſed ſcribere: in ſeruitio
valde ſtrenuus & in commiſſo fidelis. Hic vero in
ficiente veneno / a puſtulis malis omnem ſenſum

perdiderat & ita redactus fuerat vt nihil penitus aut intelligere poſſet
aut agere Tertia autem nocte poſtq̄ aduenimus ad ſanctam baſilicaȝ
vigilare diſpoſuimus quod & impleuimus Mane autem facto ſigno ad
matutinas commoto reuerſi ſumus ad metatum qui lectulis quieſcen
tes vſqȝ ad horam prope ſecundaȝ dormiuimus. Expergefactus ego
amota omni langoris & cordis amaritudine/ ſentio me priſtinam re=
cepiſſe ſanitatē & gaudens puerum familiarem qui mihi ſeruiret euoco
Exurgens autem armentarius velociter coram me ſtetit & ait. Do=
mine ego parabo quod iuſſeris At ego eſtimans adhuc eſſe eum exten
ſum/vade inquam voca puerum Et ait Ego quecunqȝ preceperis ad
implebo. Obſtupefactus/interrogo quid hoc eſſet Qui ait Intelligo
me valde ſanum ſed vnus error eſt animi: ꝙ neſcio de qua parte huc
aduenerim. Et ita incipiens ita michi impendit ſeruitium ſicut erat
ſolitus ante triduum. Tunc ego exultans & flens pre gaudio/gratias
omnipotenti deo tam pro me q̄ pro ipſo refero ꝙ intercedente patro
no incolumem me corpore illum mente reddiderit & vnus excurſus
ex fide etiam alteri amenti qui nec petere nouerat preſtitiſſet Sed nec
hoc preteribo ꝙ poſt dies quadraginta eodeȝ die/primo vinum dele
ctatus ſum bibere cum illud faciente incommodo vſqȝ tunc exo=
ſum habuerim. .·. .·. Cap XXXIIII

HOs vero reuertentes tres cereolos pro benedictione beati
ſepulcri portauimus. De qua cera q̄ multe virtutes facte
ſunt ſuper frigoreticis & alijs infirmis longuȝ eſt enarrare
Sed vnū e multis miraculum proferam. Agrum quendā
poſſeſſionis nr̄e/grando annis ſingulis vaſtare conſueue
rat. Et tam grauiter ſeuiebat vt nihil ibidem cum veniſſet relinqueret
Tunc ego in vineis illis arborem vnam que erat excelſior ceteris eli=
gens de ſancta cera ſuper eam poſui. Poſt illam autem diem vſqȝ in
preſens tempus. nunq̄ ibidem tempeſtas cecidit/ſed veniens locum
illum tanq̄ timens preterijt. .·. Cap. XXXV

FIde commouente quidam ex noſtris lignum venerabileȝ
de cancello lectuli a monaſterio ſancti me neſciente detu
lerat quod in hoſpiciolo ſuo pro ſaluatione retinebat Sed
credo quia non ſic honorabatur aut decorabatur vt ſibi
decuerat. cepit familia eius grauiter egrotare & cum peni
tus neſciret quid hoc eſſȝ nec emendaret aliquid ſed quotidie augere
tur deterius vidit in viſu noctis/perſonam terribilem dicentem ſibi.
Cur ſic tecum agitur? Qui ait. Ignoro prorſus vnde hoc euenerit Di
cit ei perſona. Lignum quod de lectulo domini Martini tuliſti/negli
genter hic retines ideo hec incurriſti/ſed vade nunc & defer eum gre=



gorio dyacono & ipſe ſecum retineat At ille nichil moratus michi ex
hibuit. Quod ego cum ſumma veneratione collectum/loco digno re
poſui & ſic omnis familia/ in domo eius ſanata eſt ita vt nemo ibideȝ
deinceps aliquid mali perferret. Cap. XXXVI

FActū eſt aūt quod tp̄e vt viſitationis ſtudio ad ve=
nerabilē matrē meā in burgūdiā ambularē. Cū aūt
ſiluas illas q̄ trāſberberē fluuiuȝ ſite ſunt p̄terirem/
latrones incurrimꝰ. Qui circūdantes nos volebāt
ſpoliare & iterficere Tūc ego ad auxilia cōſueta cō
fugiēs ſancti Martini p̄ſidiū flagitabā. Qđ mihi ꝑ
tinꝰ dignāter aſſiſtēs ita eos cōterruit vt nihil q̄ nos
agere poſſent. Sȝ verſa vice q venerāt vt timerent timere cepūt & cur
ſu velociſſimo fugere Sed ego nō immēor apoſtoli. inimicos veſtros
potu ciboqȝ debere ſatiari potū eis offerri p̄cipio. Qui nequāq̄ expe=
ctātes q̄tū poterāt fugiebāt. Crederes eos fuſtibus agi aūt inuitos cō
tra poſſibilitatē caballoꝝ ſuorū currere cogi & ſic tribuēte dn̄o & iu=
uāte patrono vbi dirigebamur aduenimꝰ. De quātis me tribulatiōibꝰ
& erūnis eripuit in quātis mihi neceſſitatibꝰ ſua pietas aſtitit vel q̄tas
in me amaritudines ſua virtute cōpeſcuit non dicam ad ſcribendum
ſed etiam ad referendum perlongum eſt. Cap. XXXVII

QVid de diſſintericis dicā vbi tam velociter inuenitur me=
dela q̄ fideliter fuerit inquiſita. Nam vidi mulierem a diſ
ſinteria per quinqȝ menſes laborantē ita vt cuȝ neceſſitas
cōmoueret inter manus in loca neceſſaria trāſferretur que
ſimul & cōfortationē cibi & virtutē corpuſculi/ ſuperflue
digerēdo ꝑdiderat me indice ad baſilicā vigilaſſe reddito aūt poſt no
cturnas tenebras die abraſum beati tumuli puluerē & remediū hauſiſ
ſe ſimul & poculū eāqȝ domi proprijs greſſibꝰ fuiſſe redditam q̄ veni
ens ab alijs fuerat ſuſtentata. Cap. XXXVIII.

QVid ergo de inerguminis vel frigoreticis referam quibus
ſi vere fuerint parcitas & fides coniuncte/mox ammini=
culante patrono mente ſubmouētur inſidie? Sic multi ex
frigoreticis duȝ vi febris peſſime quatiūtur tota die inter
altarium & ſanctū tumulum debachātes/ ad veſperū autē
hauſto ex beato ſepulcro puluere/cōtinuo promeruerūt accipere ſani=
tatem Nā paulus inergumiꝰ qui legē demonioꝝ dicebaẗ habere in
ſiſtentē inimico machinā q̄ ſancte camere erat propinq̄ cōſcendēs di
xiſſe ferẗ Parcaẗ vaſculo qđ exutus in habito Et ex eſtuās & p̄cipitās
ſe deorſum ita beati virtute leuiter in pauimētum depoſitus eſt vt nul
lum mēbroꝝ dānati corpuſculi collideret. Cap. XXXIX

LEomeria quedã ceca atq̧ contracta longo tpe miſerabili
ter viuens dum iter per manus aliorum crebris occurſibus
vertiť quo ad baſilicam itur tãdem ab eius pietate reſpecta
iacens ad ſanctũ oſtiũ/lumẽ pariter greſſumq̧ recepit O ſi
totuꝫ proderetur in publico quod ſinguli quiq̧ dum fide
liter poſcunt latenter accipiunt & retinet occultum multorum con=
ſcientia quod fideliter poſcẽdo clã queſita ſanitas eſt adepta Q̧ ſi hec
vt diximus cuncta publicarentur non ſolum libros ſed nec ipm mũdũ
vt ait euangeliſta de domino arbitror potuiſſe recipere Cap. XL.

ET quando ſermo clauſulam petit vnum vobis ad huc pre=
clarum miraculum priuſq̃ finem accipiat enarrabo adoleſ=
cens quidam nomine ſecurus ex vtero matris egrediens/
manum aridam pedemq̧ protulerat & ita omnium mem=
brorum ſiccata cõpage diriguerat vt monſtrũ aliquod ſi
milaret erat autem & iugo ſeruitutis innexus quem cuꝫ viderent domi
ni ſui iam per ſeptem annos nihil omnino proficere manibus depor=
tando poſuerunt eum ante ſepulcrum vt vel a pre tereuntibus paſcere
tur qui labore proprio ali non poterat iacente autem eo in loco per mľ
tos dies directus eſt pes eius qui fuerat debilis manuſq̧ eius ſicca iſe=
ctis ſanguine venis ſanata eſt & ita om̃i corpore accepta beati cõfeſ=
ſoris ope ſanatus eſt vt putares denuo fuiſſe renatuꝫ Qui puerulus a iu
ſtino cõite redemptus & ingenuus dimiſſus eſt & poſtea baptiſmũ cõ
ſecutus vſq̧ hodie ſub patrocinio ſãcte eccleſie per ſiſtit incolumis/ qs
vnq̃ iſta ſic ex ordine inquirere aut referre poterit vel laudare ſuffici=
at: Tamen nos quantum inueſtigare potuim⁹. ſcribere fideliter ſtudui
mus/ hanc ſeparantes retributionem mercedis accipere vt dum hec le
guntur in laudem ſanctiſſimi ſacerdotis nobis fortaſſe tribuať refrige=
riũ ꝓ delictis: dicẽte poeta. forſan & hec oli meminiſſe iuuabit.

Explicit liber primus

Incipit prologus in librum ſecundũ.

QVoniã perſcripſimus virtutes ſcti Martini q̃s vidim⁹ vel a
fidelib⁹ viris de anteacto tpe reperire potuimus ardentes
valde i hac ſiti ne traderet obliuiõi q̃d dñs exercere digna
tus eſt in laudẽ antiſtitis ſui/narrare etiam ea cupimus que
noſtro tempore agi miramur/relinquens paruam materiaꝫ
eloquẽtioribus Sumens autẽ magnalia virtutũ in nr̃is operib⁹ vt q̃d
peritia nõ dilatat in paginis numeroſitas virtutũ extẽdat in cumulis.

Explicit prologus.



Incipit liber ſecũdus ſancti Martini epiſcopi.

ANno centeſimo ſeptuageſimo ſecũdo poſt' trãſituꝫ
bti martini antiſtitis ſigiſberto glorioſiſſimo rege
duodecimo anno regnãte poſt exceſſum ſãcti eufro
nii epiſcopi non meo merito cũ ſim conſcientia te=
terrimus & peccatis obuolutus ſed tribuente fideli
deo qui vocat ea que nõ ſunt tanq̃ ea que ſunt/onus
epiſcopale indignus accepi Menſe autem ſecũdo or
dinationis mee cum iſſem in vrbem incurri diſſinteriam cum febre va
lida & taliter agi cepi vt imminente morte viuere omnino deſperareꝫ
Emittebanť autem aſſidue digeſtionum officia que accipere non po=
terant in expenſa & erat horror cibi cum ab inedia deficerent virt⁹ ſto
machi febris tantum erat virtus corpori Naꝫ nullatenus accedebat cõ
fortatio ſumptuoſa erat autem & dolor grauis. totum aluum penetrãs
& deſcendens ad ilia non minus conſumens tortura ſua q̃ febris exege
rat Cũq̧ ſic ageretur mecum vt non remanſiſſet ſpes vite ſed cuncta
deportarẽ in funere/nec valeret penit⁹ medici anthidotũ que mors mã
cipauerat ad perdendum ego ipẽ de me deſperans vocaui armentari=
um architarium & dico ei. Omne ingenium artificii tui impendiſti pi
mentorum omnium vim probaſti ſed nihi l proficit. Perituro ex ſeculo
vnum reſtat quod facias magnam tibi tyriacam oſtendam Puluerem
de ſacratiſſimo domini Martini ſepulcro exhibe & exinde inibi faci=
to potionem: q ſi hoc non valuerit amiſſa ſunt omnia euadendi pre=
ſtigia tunc Miſſo diacono ad antedictum beati preſulis tumulum. de ſa
rūt que cōpleta or̄one gaudēs abſceſſit Cap. LV.



IN eadē vero feſtiuitate alius de ſenonico puer manū ari=
dam detulit. Poſt quartā aūt diem feſtiuitatis beate dum
ſtans ad pedes oraret/ſpectante populo directi ſunt digiti
eius. Vidit oīs conuētus plebis magnalia dei q̄liter inficie
batur manus a ſanguine aſcēdebatqȝ gradatim ꝑ arentes
venas & ita erat man⁹ bibula vt putares ſpongiā diu aridā limphis in
iectam ſitiēter haurire liquorē repletis ergo venis roboratiſqȝ neruis/
rubeſcēte cute pallida manū retulit ſanatā. LVI

PAri quodāmodo ordine pictauēn mulier meruit obtinere
medelaȝ. Nam hec cōtractis in nolam digitis. vnguibuſ=
qȝ defixis in ipſius vt ita dicā oſſibus/ tota iam manu pu=
trefacta venit ad ſancti feſtiuitatē deuota. optabilē expe=
tēs medelā Igr̄ ſpectatis ex more ſolēnibus ſancti diebus
dicit ſuis integro quidē corde ad depoſcendū beati preſidiū venim⁹/
ſed obſiſtentibus peccatis nō meruimus quod petebam⁹ accipere Cō
ſummata ergo nūc oratione reuertamur ad patriā/fidentes de bonita
te preſulis ꝙ corpore imbecilli. proſit aīe fidelis or̄o. Hec & his ſimi=
lia agēs. quaſi ſancto valedicēs diſceſſit. Vrgente quoqȝ in veſperam
die/ꝑrope āniſcaris ripam. accepit manſionem Ad mediū fere noctis
expergefacta gratias deo refert ꝙ viueret. ꝙ eſſet ꝙ vigeret vel ꝙ bt̄i
pontificis tumulū tetigiſſet. Que cum maximo fletu proferret/iterum
obdormiuit. Et ecce vir crine cigneo/indumēto purpureo/crucem ge
ſtans manu/ſtans ante eam ait. Nunc ſana eris in noīe chriſti redēpto
ris noſtri. Et apprehenſa manu eius miſit digitum ſuū inter digitos
illius qui clauſerant palmam. & parūper mouens direxit eos. Duȝ hec
in viſu videret euigilans defluente adhuc ſanguine ſanam eleuauit in
dei laudibus diluculo autem egreſſa ad baſilicam. impleta gratiarum
actione rediuit. Cap. LVII.

IN feſtiuitate vero beati Ioānis cum populus ad miſſarum
ſolēnia conueniret /mulier quedā accepto ſarculo/agrum
adijt vt ſcȝ euulſa mali ſeminis ȝiȝania. meſſem ſolā purga
ret Nec em̄ poterat eſſe vallata ſolatio ob reuerētiā dn̄ici
precurſoris. Cūqȝ operari cepiſſet protinus manus eius di
uino igne ſunt apprehēſe facies quoqȝ eius quaſi emittēs flāmas. tota
veſicis ac puſtulis ebulliuit. Vrebatur miſera/nō minus pudoris dolo
re q̄ corpis qn̄ ea q̄ clam geſſerat invita prodebat. Dehinc vociferādo
atqȝ eiulādo/beati Martini baſilicam velociter expetiuit. Ante cuius
ſepulcrum in hoc tormento per quattuor menſium ſpacia proſtrata.
reſtructo omni vapore/in integritate corporis ſolidata eſt. Erat enim
ancilla cuiuſdam ciuis turonici qui medietate precij conceſſa aliam re

quiſiuit. .˙. .˙. Cap. LVIII

PVer pariſiacus cuius artis erat veſtimenta componere. in
creſcēte melācolia decocti ſāguisfece quartanatius efficit
atqꝫ efferueſcente hūore ita omne corpꝰ eius minutis pu=
ſtulis coarctabatur vt a quibuſdā leproſus putaretur. Sed
& per oia membra dolores peſſimos ſuſtinebat/amborum
oculorum lūce mulctatus. Igitur audita beati antiſtitis fama & virtute
vbiqꝫ vulgata turonicā expetiuit ciuitatem. Accedenſqꝫ ad baſilicam
ſancti per dies multos ieiunans & orās recepto lūie priſtine reſtituitur
ſanitati. Erat eñi ingenuus genere. Audiens aūt leodaſtus qui tum
turonicū gerebat comitatum ꝙ talis erat artifex calūniari cepit dicēs
refuga es tu dñoꝝ nec tibi licebit vltra per diuerſa vagari. Et vinctus
domui ſue cuſtodiendū dirigit. Sed nec ibidēꝫ defuit virtus angelici
confeſſoris. Nam cum cōprehenſus fuiſſet ſtatim ab infirmitate qua
caruerat coartatur. Et cū peſſime ageret videns comes nihil ſe in eum
preualere poſſe/laxatū a vinculis liberuꝫ abcedere iubet ille quoqꝫ ad
baſilicam regreſſus ſanatus eſt denuo. .˙. Cap. LIX.

SImile eſt & illud ꝙ mulier poſt emeritam libertatē rurſum
a patroni filijs barbaris venūdatur. Sed virtute ſancti quo
facilīꝰ defenſaretur cōtractis ad plene debilitatur mēbris.
Nam & poplitum ita nerui retorti ſunt vt ſubtus crura cō
tigerent. Tūc relicta a dominis quibus fuerat iniqꝫ diſtra
cta/patrocinia beati expetit confeſſoris. Ad cuius edem non multo tē
pore cōmorata liberatti in ſoſpitate donatur .˙. Cap. LX.

ET quia prior libellus ab eo tēpore iniciatus eſt quo
paulinus reliquit & ſub quadraginta capitulis con
ſtabat impletus deſtinaui hūc inceptum ſexaginta
complere ſed vt beatus Martinus qui viduatus ab
hoc mundo virginitatis cuſtodiuit integrū decus
martyrium etiam & occultis inſidijs vel in publi=
cis iniurijs triūphabiliter impleuit cui etiaꝫ aderat
corona triceſimi/ſexageſimi vel centeſimi fructus in his centū virtu=
tibus augeretur. Spes eñi mihi erat non fruſtrari a voto quod in octo
annis dño iubente compleui. ipſumqꝫ a virtute ſuper me facta ceptuꝫ
ad me iteꝝ ſum regreſſus quod non ſine prouidētia diuinitatis eſſe ar
bitror factum/vt ad euꝫ finiretur a quo legitur ceptus In quo cū quin
quaginta nouem virtutes deſcripſiſſem & ſexageſimā adhuc attētius
preſtolarer ſubito mihi ſiniſtrum capitis tempus artatur doloribus &
pulſantibus venis/defluentibus lachrymis. tantus imminebat cruciatꝰ
vt oculum vi comprimerē/ne creparet. Quod dum per vnam diē ac



noctem grauiter ferrem/mane adueniens ad baſilicam ſancti orationi
proſternor. Qua expleta doloris locum velo quod ante beatum depē
debat ſepulcrū tetigi. Quo tacto protinus & pulſus venarum & lachry
marum fluxus ſtetit. Poſt triduum vero dextram capitis partem ſimi
lis attigit dolor Pulſabant vene/ atqꝫ vbertim lachryme defluebant.
Iterum mane conſurgens pari vt prius modo/contacto velo/capite ſa
nus abſceſſi. Trāſactis vero decem diebus viſuꝫ eſt mihi minuere ſan
guinem. Tertia aūt die poſt ſanguinis diminutionem ſubijt mihi co=
gitatio vt credo per inſidiatorem iniecta ꝙ hec que pertuleram a ſan
guine eueniſſent. Et ſi vena protinus fuiſſet inciſa confeſtim iſta ceſſa
rent. Dum hec cogito ac reuoluo/amborum tempoꝝ vene proſiluere
renouatur dolor qui prius fuerat & iam non vnam partem capitis ſed
totum arripuit caput. Cōmotus ergo doloribus ad baſilicam propo
ac pro cogitatione praua deprecans veniam palla que beatum tetigit
ſepulcrum caput tetigi. mox dolore ſedato ſanus receſſi de tumulo.
Multa quidem ſunt & alia que vir beatus quotidie operatur que inſe=
qui longum eſt. Tamen ſi adhuc meremur videre miracula placet ea
alteri coniūgi libello. Nam vt diximus hi duo libelli in hoc numero
teneantur. Ego quoqꝫ pietati dominice maximas refero gratias ꝙ
michi per ſuffragium antiſtitis glorioſi conceſſum eſt quod in initio
tractaui potui vſqꝫ ad finem perducere deprecans vt quod ſepe con=
feſſor tribuit populus mihi peccatori largius indulgeat purgetqꝫ a me
morbos quos ſepe conſpicit & intendit. Reſtituatqꝫ mihi lumen veri
tatis eruat me ab infidelitatis lapſu/mundet cor & mentem a lurida le
pra luxurie purget cogitationes a concupiſcentijs prauis atqꝫ omnem
a me facinorum molē deluat atqꝫ proſternat vt cum in iudicio in ſini
ſtra parte fuero locatus ille me de medio hedoruꝫ ſacroſancta dextra
dignetur abſtrahere/reſeruatumqꝫ me tenens poſt tergum ſententiam
iudicis preſtoletur. Cūqꝫ eo iudicante fuero flammis infernalibus de=
putatus/ſacroſancto pallio quo ille tegitur in gloria me contectum ex
cuſet a pena dicentibus regi angelis. ꝙ quondaꝫ de monacho reſuſci
tato dixerunt Iſte eſt pro quo Martinus rogat. Fiatqꝫ vt quia nō me
reor illa claritate veſtiri vel ab irruentibus tartarorum miniſtris mere
ar liberari. Nec tantum mihi noxa preualeat. vt ſeparer ab eius regno
quem fideliter ſum confeſſus in ſeculo. .˙.

Explicit liber ſecundus.

Incipit liber Tertius

TErtiū ordināte chriſto libellū de virtutib⁹ bti Mar-
tini ſcribere incipiētes gr̄as agimus om̄ipotēti deo
qui nobis talem medicū tribuere dignatus eſt q in-
firmitates noſtras purgaret / vulnera dilueret ac ſa-
lubria medicamēta cōferret Nā ſi ad eius beatuꝫ tu
mulum humilietur animus & orō ſublimetur . ſi de
fluant lacrime & cōpunctio vera ſuccedat ſi ab imo
corde mittantur. ſuſpiria & pectora facinoroſa tundantur/ inuenit plo
ratus leticiā culpa veniam/dolor pectoris peruenit ad medelā Nam ſe
pius tactus beati ſepulcri profluuiis imperat ſiſtere/cecis videre/para-
liticis ſurgere & ipſam quoqꝫ pectoris amaritudinem longe diſcedere
Quod ego plerumqꝫ expertus indignum me iudico. vt inter tantoruꝫ
miraculorum moles etiam illa hic inſeram que ſuper me oprari digna-
tus eſt Sed iterum timeo nec noxialis appaream ſi ea tanq̄ fraudulen-
tus abſcondam Teſtor etenim deum ſpem illam quam in eius virtute
poſui credēs me ab illius mīa non fruſtrari quia quotienſcunqꝫ aut do
lor capitis irruit aut tempora pulſus impulit aut aures auditus graua-
uit aut oculorum aciem . caligo ſuffudit ſtatim vt locum dolentem vel
tumulo vel velo pendēte tetigi protin⁹ ſanitatē recepi. Cap. I.

QVid autem nuper protulerim. primum inſeram huic libel
lo miraculum Dum ad conuiuiū reſidentes poſt ieiuniuꝫ
ederemus. piſcis infertur in ferculo Quem dominica cru
ce ſignatum dum edimus/vna mihi ex ariſtis ipſius piſcis
iniurioſiſſime adheſit gutturi Que dolores commouens
graues / incidebat fauces acumine & ipſam gulam longitudine obſe-
rabat impediebat vocis ſonitum & neqꝫ ipſum ſaliue liquorem qui ſepe
a palato defluit tranſire ſinebat Tertia autem die cum neqꝫ tuſſiens ne
qꝫ excreans. eam valereꝫ proicere/recurri ad nota preſidia Accedo ad
tumulum prouoluor in pauimento profuſiſqꝫ. cuꝫ gemitu lacrimis. au
xilium deprecor confeſſoris Dehinc erectus velo quod depēdebat gu
lam fauceſqꝫ & reliquum capitis attigi Nec mora ſanitatē recepi & pri
uſq̄ limina ſancta egrederer/nullā fatigationem ſenſi Quo tamē acu
leus deuenerit/ignoro. Non eum reieci vomitu nec diſceſſiſſe ſenſi in
aluū. vnum tantum ſcio ꝙ ita me in velocitate ſenſi ſanum vt putareꝫ
ꝙ iniecta aliquis manu/ illa que iniuria faucibus intulerant abſtuliſ(ſet. Cap. II.

PVella vero annorum duodecim/omnibus
membris debilis per ſex annos tanq̄ mortua in domo pa-
rentuꝫ lectulo decubabat/non greſſum faciens non opus
manuum implens non lucem cernens / non ſermonem
eloquens/non audiens elocutum. ad beati tumulum fun-



dunt parentes preces pro filia offerūt munera ad hec vota promittūt
Conuenit autem populus ad ſolennia celebratur cum gaudio ſacra fe
ſtiuitas. Tertia vero de feſtiuitate die vocat patrem puella dicens Sitio
Qui gaudens ꝙ filie voceꝫ quā nunq̄ audierat meruiſſet audire/cucur
rit velocius & aſſumptum aque paululum/puelle detulit ad bibenduꝫ
qua hauſta ait Porrige mihi manum. Apprehenſa quoqꝫ pater ei⁹ dex
tera leuauit eam Que ſtans ſuper pedes ſuos eleuatis ad celum manib⁹
oculiſqꝫ. gratias tibi ago omnipotens deus qui reſpiciens humilitateꝫ
meam. me per ſanctum antiſtitem tuum ſaluare dignatus es Et ſic rein
tegratis membris viſum auditumqꝫ recepit/ac domi leta regreſſa eſt

ANte duos autem annos quam hec agerentur . qui-
dam non metuens neqꝫ honorans diem ſanctū do
minice reſurrectionis accepta annona ad molā va-
dit impoſitumqꝫ triticum. molam manu vertere ce
pit Expletoqꝫ opere non poterat molam aperire ſꝫ
cum graui dolore/fuſtem quem apprehenderat te-
nebat inuitus Poſt hec videns ſe non laxari iciſo ab
vtraqꝫ parte fuſte ad ſancti baſilicam venit. Factaqꝫ oratiōe & vigiliis
celebratis laxatis digitis manus eius ad opus priſtinū reſtituta eſt alio
vero anno in hac die ſancta. operam propter quā prius increpatus fue
rat apprehendit. rurſumqꝫ lignum in manu eius adheſit ille autē cum
dolore plorans ad baſilicam ſancti reuertitur. ſed nō protinus meruit
exaudiri Poſt duos vero annos in eadem feſtiuitate qua puellā ſanatā
retulimus & iſte liberatus eſt ab onere ligni. Cap. IIII.

EX lemocino autem adueniens contractus qui nec greſſuꝫ
facere poterat nec lumen oculorum habebat . deportatus
manibus deuotorum . ante ſanctum ſepulcrum deponitur
Deprecatuſqꝫ mīam antiſtitis/directis membris debilibus
ſanitati donatur. Cap. V.

QVidaꝫ cecus qui longo tempore luie caruerat oculorum. ad eā
dem feſtiuitatē venit Et fctā orōne dū ante ſanctū ſepulcrū ſta
ret/ſubito apertis oculis recepto lumine iocundatur. Cap. VI.

p Ver autem & incola ciuitatis turonice dum valitudine ni
mia ac diuturna conſumitur/omnibus membris debilita-
tur. & ſine ſpe greſſuum a febre relinquitur cui tybie ſeu fu
nes intorte/ſeparari non poterant Poſt diſceſſum vero fe
bris expetiit a parentibus vt eum ad ſanctam baſilicaꝫ de
portarēt Quo exhibito. deponentes eum ad pedes ſancti . orationem
faciunt vti virtus ſolita ſubueniret Tertia vera die cum ille vel parētes
eius in oratione ac ieiunio permanerent/exorto mīe lumine / diſtortis

tibils a parentibus/incolumis eſt receptus.

Cap. VII.

SIc & alius ſenator nomine de cratotõno andegaueuſi vico dum die in dñico clauu ʒfacit digitis ambarũ manuuʒ eius contraxerunt/vnguibus in palmam defixis qui oſtiũ pandere voluit/manus reſerare non poterat dehinc ꝑ quatuor menſes/iam vnguibus in carne defixus computreſcẽte palma/auxilia expetiit confeſſoris & per quatuor dies orationi ac ieiunio vacans/manus ſanas eleuans. incolumis eſt regreſſus/collaudãs virtutem antiſtitis & vt nullus aggrederetur quod ipſe preſumpſerat predicabat.

Cap. VIII.

EO tempore quo talia apud vrbem turonicam gerebantur legati de hiſpaniis. florentius & exuperius ad clipericũ regem veniebant Quos cum ad conuiuiũ eccleſie recepiſſẽt. epulantibus nobis eo ꝙ ſe aſſererent catholicos. florẽtius qui erat etate ſenior ſollicite flagitat aliqua de beati viri virtute cognoſcere At ego deo gratias agẽs. interrogo ſi vel nomen eius in illis regionibus audiretur vel vita illius legeretur ab aliquo. Hec me interrogante ait. In illis locis magnifice honorari nomen eius Sed & ſe peculiarem alumnum antiſtitis narrat. dicens ſuper ſe magnam eius virtutem oſtenſam fuiſſe Auus inquit meus ante multorum curricula annorum. baſilicam conſtruxit in honore beati martini. Perfectaqꝫ ac eleganti opere exornatam turonis clericos religioſos deſtinat expetens pontificis reliquias vt ſcilicet locum quem in eius nomine edificauerat/eius reliquiis conſecraret Quod cuʒ feciſſet per ſingulos dies veniebat & proſtratus ſolo cum coniuge/ſancti pontificis auxiliuʒ implorabat Poſt multum vero tempus hic naſcitur cum autem trium mẽſium eſſet a febre pulſatus intãtum exinanit. vt ne papillã ſugere neqꝫ vllum alimentum valeret accipere/interea perdurante morbo. cibo abnegato/palpitante tantum ſpiritu/ſolus tranſitus preſtolabat Nec mora ipſe quoqꝫ exalatur ſpiritus. Tũ mater meſta vel auia de vnice ac primogenite ſobolis morte/apprehenſum inter brachia ante altare beati martini iam exanime corpuſculum ſpe non incerta depoſuerunt & tanꝗ ſi factum viſibilibus cerneret oculis anus alloquitur dicens ſpes nobis erat maxima beatiſſime confeſſor tua hic pignora deportare per ꝗ morbi depellerentur febres extinguerentur fugarentur cecitatis tenebre & alie quoqꝫ infirmtates emundarentur pro eo ꝙ de te legant plurima que vel omnes feceris vel poſt tranſitum operaris Nã audiuim⁹ te oratione mortuos ſuſcitaſſe/lepram oſculo depuliſſe/ inerguminos curaſſe verbo venenum digito compreſſiſſe & alia multa feciſſe. Hic apparebit virtus tua ſi & nunc iuxta fidem noſtram hunc ſuſcitaueris



paruulum quod ſi non feceris non hic vltra colla curuabimus/luminaria accendemus/aut alicuius honoris gratiam exhibebimus & hec dicens. relicto ante altare infantulo/ipſe qui cum eo erant abierunt Mane autem facto veniens inuenerunt eum ad altare conuerſum hec mirantes. ſuſcipit eum mater in vlnis Et cognoſcens euʒ reſumpſiſſe flatum applicat ad papillam Qui protinus hauſto lacte confortatus eſt. Tunc mater cum patre vel domo omnium eleuata in celum voce bñdixerunt dicẽtes Nunc cognouimus quia magnus deus es & facis mirabilia ſolus. qui nobis paruulum. confeſſoris tui oratione reſtituiſti naʒ & loco illi maiorem ꝗ prius fecerant reuerentiam exhibebãt. hec ab ipſius florentii ore ita geſta cognoui.

Cap. IX.

CLericus erat ab vrbe pictauo in agro illi⁹ religiõis qui ad ſanctam baſilicam pertinebat/vnius vſu pedis debilis/quem vt ipſe aſſerebat per incurſum demonii meridiani perdiderat qui inciſo fuſte ad mẽſuram geniculi/pelle ſuperpoſita ad ipſum genuculum extẽſo retrorſum veſtigio/greſſum queʒ pede nitebatur agere fuſte amminiculãte perficiebat ad antedictam baſilicam/nouem poſt annos aduenit. Fuſaqꝫ oratione per triduum/ ante tertium feſtiuitatis diem poplite directo ſurrexit Adueniente autem ad ſancti ſolennia populo. qualiter per virtuteʒ ei⁹ ſanatus eſſet edocuit.

Cap. X.

MAtri vero mee. hoc ordine ſanctus ſubuenit Tpe quo poſtꝗ tranſfactis perturitionis doloribus me edidit/ dolorem in vno tybie muſculo incurrit erat enim ſubitaueus tanꝗ ſi clauis affigens ita fictã grauiſſimaʒ dabat vt plerumqꝫ eclipſim generaret nec erat quod euʒ mitugare poſſet niſi cũ diutiſſime cõtra ignem tentus/ a vapore foci obſtupeſceret Sed etſi vnguentum aliquod parumper fuiſſet infuſum quieſcebat. Quid plura? Poſt ordinationem meam aduenit turonis vel ad occurſum antiſtitis ſancti vel cauſa deſiderii mei. Cunqꝫ igitur per duos aut tres menſes commorata fuiſſet aſſidue beati pontificis auxilium precabat. Tandem reſpiciente miſeratione conſueta/diſceſſit dolor tybie. qui ꝑ xxxiiij. annos feminam fatigauerat

Cap. XI.

SEd & alia mulier de andegauo territorio/digitis in palma defixis/vt ad locum ſanctum preces effudit digitis directis ſanata manu diſceſſit.

Cap. XII.

PVer familiaris noſter correptus a febre grauiter vrebaẗ. Ardebant eñ extrinſecus mēbra intrinſecꝰ vero ſitis valida erat. Et ſi potum aliquē accipiebat. mox reiiciebat a ſtomacho nihil tñ capiēs cibi. Cūqꝫ in hoc quarto aut qnto anno fatigareẗ petijt vt ei parūper exhiberent pulueris de ſepulcro ad bibendū Quo exhibito vinoqꝫ dato vt hauſit fideliter recepta ſanitate cōualuit. Cap. XIII

THeoda vero viliacharij quondam preſbiteri filia dum ob humorē pedum frequentius laboraret vnius pedis vſum qui in debilitatem redactus fuerat perdidit. Poſt hec ad beatam aduenit baſilicam in qua dum crebras effunderet preces/amota debilitate incolūitati donaẗ XIIII

ERat tunc temporis in vrbe que ſub tuitione matris eccleſie habebatur. homo quidam qui tanq̄ effractis renibus inclinatus ambulabat. Hic iuxta illam euāgelice ſeriei mulierem deorſum procliuis nequaq̄ ſurſum poterat erigi ſed duobus in aſcellis fuſtibus additis / incuruus agebat greſſum. Ad feſtiuitatem autem aduenięns. tertia die poſt acta ſolemnia erectus/ ab omni incurſione dyabolica mundatus /ſanus abſceſſit. ∴ ∴ Cap. XV

GVndulfus vero quidam ipſius vrbis ciuis. ab infantia ſua cum gunthario Clotarij regis filio habitauit. In cuius dum haberetur ſeruitio & ordinante rege aſcendens in arbore vt decerperet poma/effracto ramo corruit. Colliſoqꝫ ad lapidem pede debilitatus eſt. Poſt multos vero annos dū in hac debilitate perſiſteret/& aſcēſo equo velociter eū impelleret ad eundē lapſante greſſu precipitaẗ. Cōpreſſumqꝫ pedem aliuꝫ q̄ ſanus erat grauiter leſit dehinc portari ſe ad ſanctā baſilicam poſtulat. Proiectuſqꝫ ad pauimentum/orationem fideliter fundit. Nec morata eſt pietas que ſemper tribulantibus ſubuenire conſueuit/ ſed protinus ablato omni dolore / incolumis a pauimento ſurrexit. Igitur per triginta circiter annos/ de alio pede ſicut ſuperius diximus iugiter claudicabat. Tandem inſpectis proprie conſcientie noxis conuerti decreuit ſcilicet vt humiliatis capillis / ipſo ſancto deſeruiret antiſtiti. Sed prius a rege preceptum elicuit vt res omnes baſilice traderet viuens. Quo facto. capite tonſorato impleto bone deliberationis voto / pes eius qui effractis oſſibus fuerat breuiatus eſt elongatus Et qui ante a duobus pueris ſuſtentatus ibat / nunc ſine vllius hominis amminiculo quo voluerit abſqꝫ aliquo debilitatis impedimento diſcurrit. ∴ Cap. XVI



POſt hec puerulus quidā ex lemonicino cecus adueniens lumen recepit oculoruꝫ hoc mō. anno tertio natiuitatis ſue cum iam greſſuꝫ inciperēt figere erūpente lingua in verbis labra laxarēt dū matri alludit blande dum oſcula libat. dum collo eius appenditur dū in vlnis defertur. commotam per omiſſionem diabolicam vim venti puluis a terra cum paleis eleuatur ſuper puerum ac matrem eius cum magno turbine fertur ſed ruſtica mulier & incauta non tentat ſe filiūqꝫ ſaluatoris vexillo munire/ideoqꝫ preualētibꝰ inſidiis oculi adoleſcētis repleti puluere obſerantur Qui diu vociferans/tandem mitigatus a matre permanſit cecus adultus autem datus eſt mendicis vt vel cum eiſdem ambulans ſtipendii quiddā acciperet Erant autem parentes eius valde pauperes Igitur duodecimo etatis ſue anno aduenit turonis ante diem ſolennitatis q̄ deus pater verbum carni glutinans/mundo ſaluteꝫ inuexit decurſa autem feſtiuitatis vigilia dum recedentibus aliis hic ad pedes ſancti decubaret immobilis/tunc ſenſit quaſi pupugiſſet aliquis oculos eius ab ſpiculo & ſtatim ſanguīe ab his erumpens cepit defluere per genas eiꝰ auerſaqꝫ ſurſum facie vidit ſuper ſe cereū elucere & exclamans voce magna ait Gratias tibi ago ſancte confeſſor dei quia virtute tua lumen recipere merui O ammirabilis gratia. o virtus immenſa multis enim effectibus dona tua ſpargis in populo Nam qui ſtipem petierat. lumen recepit & diu extera luce/virtutis tue lumīe vultus ornatur O ſi te multorum criminū tenebre a nr̄is viſibus nō arcerēt nēpe venires viſibiliter & infirmis voce petri diceres auꝝ & argētū nō habeo ſꝫ qđ habeo do vobis in noīe chriſti ieſu abite incolumes Cap. XVII.

EVerat cauſa quedā vt remēſe oppidū peterimꝰ Cūqꝫ ab egidio epiſcopo qui tunc eccleſiaꝫ regebat benigne fuiſſemꝰ excepti. illuceſcente in craſtinum dñica die ad eccleſiaꝫ acceſſimus. reſidenteſqꝫ in ſacrario aduentuꝫ preſtolabamur antiſtitis Eo tempore. ſancti martini reliquias licet temerario ordine ſuper me habebam Igitur ſiggo referendarius quondā ſigiberti/ad occurſum noſtrum accedit/oſculatumqꝫ iuxta me ſedere depoſtulo Sed ille vnam habens opitulatam aurem vix de alia poterat q̄ loquebamur aduertere Verum vbi ſufficienter colloquio vſi ſumus ille in domo vocatur eccleſie Protinus igitur vt a me diſceſſit dirupto auris ſurdæ clauſtro quaſi magnum exinde ventum exire ſentiens/ auditum recepit Reuerſuſqꝫ continuo. mihi gratias agere cepit dicens Tertia enim dies erat quo de hac aure auditum amiſeram ſed cuꝫ tecū loquerer ſenſi velociter reſeratam Tunc ego confiſus ne mihi ſcribe-

ſur aio Noli dilectiſſime fili. mihi aliquid gratiaruꝫ referre ſed ei cuiꝰ ti
bi virtus auditũ reſtituit Nã ſcias bti Martini mecũ hr̃e pignora. cuius
tibi potẽtia auditus grauitas eſt depulſa. Cap. XVIII.

QVodã vero tempore dũ ſeua lues taliter deſeuiret ĩ pecora
vt nec ad recuperandũ genus putaret aliquod remanere.
quidã de noſtris baſilicã ſanctam adiit oleumq; lichno=
rũ que camere dependebãt ſuſcepit/cũ ipſis aquis in vaſcu
lo deportatũq; domo/pecora q̃ adhuc hic morbus nõ atti
gerat/in tincto digito in liquore. per frontes & dorſa cruce dominica ſi
gnat ĩpiſq; terre animalibus deiectis reſupinatiſq; ex hoc vnguẽto fi=
de plenus fudit in ore Mox dicto citius/ clãdeſtina peſte propulſa. ꝑe
cora liberata ſunt. Cap. XIX.

ABſricatinꝰ quoq; incola cui per ſex annos/vidẽdi vſus fue=
rat denegatus/bti cõfeſſoris petiit ſaluari preſidio Ad cuiꝰ
baſilicã accedẽs/multo honore/ieiuniis & orõnibꝰ vacãs
auxilium beati implorabat antiſtitis Deniq; aduenĩete ſa
croſancta feſtiuitate/ populis miſſarum ſolennia ſpectanti=
bus/huic viſus eſt redditus/rediitq; in patriam videns. q ad ſctãm ba=
ſilicã alio deducẽte ꝑuenerat ipe ãt pro tante pietatis gaudio/vouit ſe
ibidẽ tõſorari. qđ poſtea deuotus rediẽs ĩpleuit. Cap. XX.

NAm & quidã de tranſmarinis partibus veniẽs dum opera
exerceret in agro/ſubito orta ſup ſe violentia venti cũ pul=
uere/lumine caruit oculorũ & q diu cecis via fuerat ipe do
mi alio regẽte deducit̃ In hac ei cecitate /per triũ annoruꝫ
curricula detinet̃ Poſt hec baſilicã beati cõfeſſoris expetiit
Ad quã per quattuor annos orationi incũbens/viſitatus virtute diuia
patefactis muneribus. lucem videre promeruit Cap. XXI.

SEd & hec fama vt ſepe diximꝰ nõ ſolũ ad propriã vrbem verũ
etiã aliis vrbibus & pene in toto mundo vulgata propatuit iu=
lianus quidã ab hiſpaniis veniens manus & pedes habens debiles. ad
hunc medicuꝫ deuotus ingreſſus eſt dicens credo indubitãter ſctiſſi=
me ꝑſul ꝙ poteris mihi ea medele adiumẽta ꝓbere q̃ ceteris in te ſpe=
rãtibꝰ nõ es ſolitꝰ denegare in hac credulitate/orõni aſſidue iſiſtẽs / &
de dñi miſeratiõe nõ dubitãs/directis pedibus manibuſq; incolumis
eſt redditus. Cap. XXII.

VErum quia in ſuperioribus libellis ſepius diximus & in lo
co illo de quo migrauit ad celos/plerumq; miracula cele=
brari. quid nuper geſtum ſit pandã indigena vrbis turoni
ce viſus claritate mutata/cellulã condateñ in qua lectulum
beati antiſtitis habet expetiit. putãs ſibi ꝑſidiũ fore ſi can



cellos ipſius lectuli tetigiſſet. Lectuluꝫ autem non aliud dicunt niſi ꝙ
in pauimentum illud ſubſtrato cinere & appoſitum capiti lapideꝫ. iſte
noſtri tẽporis flexa ceruice recubuit Ergo ad hoc oraculum/mulier vi
ro amminiculãte deducitur in quo ꝑ multos dies oratiõnẽ compũcta
faciebat Tandẽ pietas ad miſerandũ ſepe profuſa eam reſpiciens. viſuꝫ
mulieri amiſſum reſtituit Tãtaq; deinceps feminã fides accẽdit vt vſq;
ad diẽ ſui obitus nũq̃ a loco illo diſcederet. Cap. XXIII

INcola autem andegaueñ vrbis/turbatis membris morbo
caput conuertit ad lectulum Dehinc per ſingulos dies/ in
ualeſcente febre cunctis artubus deſtitutus/auditu & locu=
tiõe pariter priuatur. Poſt paucos vero dies cum de febre
conualuiſſet & ſine voce maneret/ablata ſibi a fratribus fa
cultatis parte/de domo proiicitur. dicentibus fratribus. hic amens ef=
fectus eſt non patiatur deus ꝙ aut facultati noſtre inhereat aut partem
hereditatis acq̃rat erant autẽ ingenii & poſſeſſionem propriã incũben
tes. ſed mihi cogitandos de his q̃ dei erãt eicerẽt mutũ & ſurdũ. queꝫ
potius fouere debuerãt Ille vero quãq̃ ſine his vſibꝰ eẽt. ſenſum tñ in
corde retinebat Porro ãt apꝑhenſis manu tabulis & iter ſe colliſis/vo
cẽ querẽtis imitabat̃. Cũ hoc enĩ artificio ad ſupradictũ viciũ adueit/
ibiq; aliis ſtipẽ flagitantibꝰ adiũgit̃. Sextus igit̃ iã affluxerat annus ꝙ
paup iſte a diuitiis ſctẽ cellule paſcebat̃. Fctm̃ eſt aũt vt in vna dñica=
rũ nocte/dũ in domo hoſpitis ſui decũberet/ſubito locus ille/immẽſo
repleret̃ lumine & ecce hic pauore ꝑterritus ſolo proſternit̃. Et ſtati vi
ſus eſt ei vir quidã ſacerdotali habitu cõptus tãgẽs eũ & cruceꝫ chriſti
fonti eiꝰ imponẽs ait dñs te ſanũ fecit/ſurge & propera ad eccleſiam &
age gr̃as deo tuo ipſe autẽ eleuatã cũ gratiarũ actiõe vocẽ/clamoribus
vicinia. cõplet illico cõcurrũt om̃es ad ſpectaculũ & mirantur loquẽtẽ
quẽ prius viderant mutũ interea ſignũ mouet̃. horis matutinis. aggre
gatur & populꝰ Vigiliiſq; celebratis virtꝰ ſancti clarificata ꝓpatuit. his
diebꝰ duo ĩergumini ĩ hoc loco. eiecto demõe ſũt mũdati. Ca. XXIIII

SEd reuertamur ad aridũ nr̃m. ymo etiã peculiarẽ vt ita di
cã bti cõfeſſoris alũnũ. cui ſepe de ſuis pignoribus cernere
miracula ꝓſtat. hic ad feſtiuitatẽ ſcti cũ illa qua ſolitꝰ ẽ beni
gnitate/hũilitate & charitate ꝑuenit Regrediẽs vero ãpul
lã ſcti de oleo ſcti ſepulcri cõpletã/ſecũ detulit dicẽs forſi=
tan ĩfirmus aliq̃s in via adeſt q de hac bti Martini bñdictiõe corde cõ
pũcto accipe deſiderat Deniq; in quodã loco deuota acceſſit ad eũ ex
hibẽs ampullã aliã cũ eo dicens rogo te ſerue chriſti vt tua hoc oleum
bñdictione ſctifices At ille ne vanitati ſubiectus videret̃ ait Parua eſt
virtus mea ſed ſi placet/oleuꝫ de ſepulcro beati Martini habeo, ex quo

hoc oleum perfundat. Tu vero ſi credis eius virtutē magnam ex hoc
ſalutem hauries. At illa gaudens petijt expleri que preſbiter loq̄batur
Vas etem̄ illud mediū erat Cunq̄ȝ de hoc liquore/ quod a baſilica ſan
cti aſſumptum fuerat perfunderet protinus ebuliēs oleum . ampullam
vſq̄ȝ ad ſummitatem impleuit. Quod matrona cernens. ām̄irans vir=
tutē cōfeſſoris beati/domū reuerſa eſt gaudens. Cap XXV

ALia vero mulier cuius digiti in ipſam palmā defixi erant ba
ſilicam beati Martini antiſtitis expetijt. Paucis quoq̄ȝ inter
poſitis diebus orationem fundens & ſancti auxilium im=
plorans/directis digitis manū recepit incolumem. Cap.XXVI

ANte hos annos puella in infirmitate peſſima ruēs. mēbris
oibus debilitata cōtrahitur. Hec auditis miraculis q̄ anti=
ſtes glorioſus in ſingulis opabatur nomē eius inuocabat
deuote. Poſt dies aūt paucos rogat ſe ad ei⁹ baſilicam de
portari. In cui⁹ atriū diebus multis iacens/fuſa ſepius ora=
tione cum lachrymis/virtute pontificis viſitatur. Sicq̄ȝ ſubueniēte di
uina miſericordia/ſanata diſceſſit. Cap. XXVII.

PVer vero ex andegauo territorio/dum in domo parētum
reſideret p immiſſionem vt ipſe aſſerebat artis dyabolice
manuū pedūq̄ȝ perdidit vſum ita vt cōtractis intriſecus di
gitis vngule in palmā defigerent/neruiq̄ȝ poplitū arefacti
calcaneos ad crura diuerterēt. Sicq̄ȝ p ſex annos a parenti
bus male baiulatus ad templum ſancti antiſtitis deportatur. Sed in
oratione perdurās/reſtitutis membris iuxta nois ſui proprietateȝ qua
ſi nouus effloruit floridus. .·. Cap.XXVIII.

CLericus ex natiuitate ſeru⁹ ipſius ſancte baſilice/per incur
ſum inſidiatoris lūie mulctatus. in hoſpiciolū proprium
nihil ibi laborare potēs reſidebat egrotus. Trib⁹ fere ānis
hāc ſuſtinuit cecitatē & edē beati ſacerdotis expetijt Ibiq̄ȝ
dep̄cans cōſuetā miaȝ/illūiatus redijt ad propria. XXIX

EX turonico vero territorio/ſeruus cuiuſdā dum die dn̄ico
ſepem cōponeret man⁹ eius ad lignū ipſum herere cepe=
runt. At ille velociter extracta dextera duȝ factum ām̄irat
attonitus/man⁹ ipſa cū dolore magno cōtrahit. defixeq̄ȝ
ſunt vngule in palmā Cōtractiſq̄ȝ totis digitis dextere/ad
diuerſoriū regredit cum merore. Poſt quattuor vero annos ad baſili=
cam ſancti aduenit/orōneq̄ȝ facta ſanatus eſt p̄dicās populis ne factū
eius quis imitaret/ne tanti diei ſolēnia. auarus agricola macularet ne
reſurrectionis ſacre/redēptionis noſtre celeſte myſteriū/hūanitas infir
ma/terrena exercēs opera diſſolueret. Cap.XXV.



DVerulus quidā ex albigēſi tabeſcēte diuerſis morbis ſto=
macho/cibū potūq̄ȝ exhorrebat Cūq̄ȝ p dies multos i hoc
lāgore cruciaret ipȝ quoq̄ȝ qđ accipe videbat cū graui re
iecerat amaritudine/fide plenus deſyderiū habuit venien
di ad baſilicam beati confeſſoris In qua per triduum ieiu
nans & orans die quarta accipiendi cibi deſyderium capit vinumq̄ȝ
bibens cōfortatus eſt dehinc gratias agēs ſanus diſceſſit. XXXI

MVlier quedā & ipſa vt aiūt ex andegauo veniēs q̄ oibus q=
dē mēbris arida erat ſȝ p̄cipue dexterā cū digitis aridiorē
ceteris artub⁹ deferebat/ad ſepulcrū ſancti ꝓſternit Exin̄
egreſſa/p paucū tēpus in atrio cōmorata eſt. Succurrente
vero interuētu ātiſtitis glorioſi vena ſanguinē/cutis rubo
rē/corp⁹ reliquū fortitudinē recipiēs/ſolidatū eſt. Cuius hec fuit cā vt
iſta pferret/quia die ſabbati poſt ſolis occaſū qđ nocti dn̄ice adiacebat
panem voluit conformare. .·. Cap.XXXII

SImile huic alia mulier fecit cuius man⁹ retrorſum cōtracte &
ad ſeinuicē coniuncte adheſerunt Cūq̄ȝ doloribus maximis
vexaret/viā ingredit dicēs Si ad baſilicā beati Martini abie
ro protin⁹ hec abſcedet imfirmitas. Confido em̄ q̄ & mihi ſubueniet
q ſepe talia pferētibus eſt miſertus. Hec cū ita ageret/& inceptū vt po=
terat carperet iter. man⁹ eius ſeparate ſunt nō tn̄ directis digitis At ve
ro vbi ad locū ſanctū acceſſit & orōnē fudit protin⁹ ablato oi dolore
ſolidati ſunt digiti & man⁹ ſolidas cū grāꝝ extulit actione. XXXIII

IN burgalenſi aūt regione/hoc āno grauis caballoꝝ exti
tit morbus. Apđ vrbē vero marciacen̄ q̄ in hoc termino
cōtinet ſubdita ditiōibus beati Martini oratoriū eſt ei⁹ &
noie & virtutib⁹ cōſecratū. Deniq̄ȝ aduenīēte ſupradicta
clade. accedebāt ad oratoriū/vota faciētes ꝓ equis vt ſcȝ
ſi euaderēt ipſi decimas loco cōferrēt Cūq̄ȝ his hec cā cōmodū exhi
beret addiderūt vt de claue ferrea q̄ oſtiū oratorij recludebat caracte=
res caballis imponerēt. Quo facto ita virt⁹ ſancti p̄ualuit vt & ſanarē
tur q egrotauerāt & qui nō incurrerāt nihil vltra pferrent. XXXIIII

SVperiori quoq̄ȝ anno grauiſſime populus turonoꝝ alue
valitudinaria vaſtabat/erat em̄ talis langor vt apprehēſus
homo a febre valida. tot⁹ a veſicis ac minutis puſtulis ſca
teret. Erāt aūt veſice albe cum duritia/nullā habētes molli
ciem niſi tm̄ dolorē nimiū inferentes Iam ſi data maturita
te crepantes cepiſſent defluere tūc adherētibus corpori veſtimētis do
lor valid⁹ augebatur In qua egritudine nihil medicoꝝ poterat ars va
lere niſi cum dn̄icum affuiſſet auxilium. Multi em̄ de baſilica ſancta

benedictionē petentes. opē merebantur. Sed quid de plurimis meēo
rare neceſſe eſt cū id meruerint ceteri qđ vnā vidimus meruiſſe? Vxor
ergo eborini comitis cū ab hac luce detineret̄ ita his opata veſicis eſt
vt neqꝫ manus neqꝫ plāte. neqꝫ vlla pars corpis eius remaneret ſed &
ipſi quoqꝫ oculi. ab his cōtinebant̄ obtecti. Cūqꝫ iā in diſcrimie mor
tis haberetur ſancti ſepulcri bn̄dictionē expetijt. Tunc traſmiſſum eſt
ei de aqua qua beati tumulus eſt in paſcha dn̄i ablutus. Deniqꝫ delibu
tis ex ea vulneribus. ipſa exinde potum ſumpſit. Mox igitur reſtincta
febre/ſine dolore decurrētibꝰ veſicis ſanata eſt. Cap. XXXV

SEd quando multem virtutes ſunt arbis totꝰ experitur de qui=
bus ad nos nec minima vt opinor pars peruenit vel illa que vi
cinitas experitur Iudicemꝰ Inuitatꝰ itaqꝫ badogiſilꝰ conomānoꝝ ep̄s
ad quendem locum dyoceſis ſue venit ad baſilicā beati viri & noie &
reliquijs cōſecrandam. Vbi aūt celebrat ſolēnia/inuocātes ſancti Mar
tini nomē duo palitici greſſum/cecuſqꝫ vnꝰ viſuꝫ recepit. XXXVI

AVguſtus em̄ quidā ciuis vrbis turonice dū nimio rerum do
lore laboraret cōtractis pedibꝰ & prope ad ipſos renes peſſi
me debilitatus eſt in qua infirmitate per duoꝝ annoꝝ curri
cula laborauit. Deinde a ſuis cōmonitꝰ baſilicā ſancti expetijt Ibiqꝫ p
ſeptē dies ieiunās & orās/depto dolore directiſqꝫ pedibꝰ ſanꝰ abſceſ=
ſit. XXXVII

HOc tpe & mulier quedā dū diſcedētibus
paribꝰ ſola tn̄ remāſiſſet ad telā appuit ei vmbra teterria.
Qne arripiēs pullā trahere cepit At illa vociferēs & plan=
gēs cū nullū aſpiceret auxiliū viriliter tn̄ reſiſtere conabat̄
Poſt decurſa vero duarū aut triū horaꝝ ſpacia/regreſſe mu
lieres reliq̄ inuenerūt eā ſemiuiuā humo iacentē nihil penitꝰ loq poſ
ſe Iminebat q deꝫ illis manu ſꝫ nihil eis intelligētibꝰ hec muta pmāſit
Vmbra vero q̄ ei appuerat in tm̄ hoibꝰ domi illiꝰ iſidiata ē vt relinq̄n
tes locū alibi cōmigrarent. Poſt vero duoꝝ aut triū mēſiū diebꝰ de=
curſis/ad baſilicā puella veniēs/eloquiū meruit recipe ſicqꝫ cuncta q̄
pertulerat ore proprio enarrauit. Cap. XXXVIII

IGitur catalamen̄ dyaconꝰ vt mos genti eſt. alijs matutinas gr̄as
celebrātibus/cū potū hauriret/oculoꝝ amiſſione mulctat̄. Reco
gnoſcēſqꝫ reatū ſuū & ſe nō digna propoſito ſuo geſſiſſe/ſuſpenditur
a cibo potuqꝫ pernoctās in vigilijs/orōnibuſqꝫ inſiſtēs. Interea dum
hec ageret fama q̄ totum cōpleuit orbē ad eius aures vſqꝫ peruenit eſſe
apud turonis Martinū antiſtitem/ad cuius ſepulcrū ſepe taliū infirmi
tatū cladis depulſa quieſceret. Nec moratur dyaconus ſed illo iter In=
ſtrui iubēs ad baſilicā ſanctam. nō dubius de virtute beati viri perue=
nit ibiqꝫ proſtratus ſoleo orōni ſubnixꝰ die tertia/apertis oculis lumē



recepit. Ego eum cautiot nitor extorq̄re veritatē/cur ei hec eueniſſent
hec ab eo didici. Ante hos inquit ſeptē mēſes dū cōmoto matutinis
ſigno eccleſiā peterē obuiam habui vnū amicoꝝ meoꝝ In cuius am=
plexꝰ & oſcula ruēs ſuſcitati cepi ſi cuncta domi proſpere reliquiſſet.
Tunc reuocatus a via/potū cuꝫ eodē haurire cepi. Poſtq̄ aūt charitatē
per pocula expleuiſſe viſur̄ eſt vale dicto abſceſſit. Quo abeunte/tante
oculi mei caligines coniūctis palpebris adheſerunt vt eos nullatenus
aperire poſſem. Deniqꝫ cū hac infirmitate triſtis abirem deſyderiū ha
bui ſepulcrū beati antiſtitis viſitare. Die aūt tertio poſtq̄ veni cum eiꝰ
ſepulcro aſſiſterem ſubito febris magna oculos meos arripuit At ego
ingeniēs vehemēter cepi/& ſancti auxiliū fortiter dep̄cari Illico autem
erūpens ex oculis meis ſanguis/noctē pepulit lucēqꝫ reduxit. Hec no=
bis dyaconus affatus incolumis remeauit ad propria. XXXIX

ERat em̄ mulier quedam ceca que contractis retrorſuꝫ ma
nibus ac pedibus cum parentum ſolatio celebrare beataꝫ
feſtiuitatem glorioſi antiſtitis expetiuit. Que cum die ter
tia poſt decurſam feſtiuitatē ad domū redire cuperet pro=
ſtrata in ſanctam baſilicam orare cepit vt ei dn̄s/ſolitam
miſericordie ſue opem dignaretur oſtendere. Quod dū cū lachrymis
petieret Illico directis manibus ac pedibus ſtabilitis ad ſanctum ad=
ducta ſepulcrum/gratias pro accepta ſoſpitate peregit. Poſt hec rogat
ſe deduci ad oſtium Vbi proſtrata. iterum dicit ſuis. Non hinc cōſur=
gam niſi prius mihi lumen ocnloꝝ reddat qui pedum manuūqꝫ reſti
tuit vſum. Hec ea dicēte. ſubito inergumini torq̄ri ſe pclamant & mar
tini adeſſe preſentiam cōfitentur. Sed cū dyabolus qui ab initio men
dax eſt ad crededum minime admittitur/rebus ipſis viri preſentia de
claratur. Nam femina hec que pauloante directa fuerat nunc illūinata
intereſſe beatum antiſtitem approbauit. Cap. XL

MOdico autem ſuccedente ſpacio iacebat paraliticus vnus
in grabato qui ex buturyco plauſtro deuectus aduenerat
Ipſe etiam pari modo virtute beati antiſtitis ſurrexit inco
lumis. ſuiſqꝫ redditus greſſibus/parentum ſpectante cater
ua/ſanus excipitur. Cap XLI

HIs diebus puella q̄dam iā ex liberis pentibꝰ pcrea
ta a filijs patroni cōfracta libertate. ad iugū ſeruitu
tis addicit̄. Vn̄ factū eſt vt illa nō acq̄eſcēte iniuſtis
dn̄is q̄cq̄ opis exercere/cathenis & cōpedidꝰ vinci
ret̄ In q̄ cuſtodia dū alijs beatā feſtiuitatē expetenti
bus reſideret flens & eiulās cur non intereſſet bea=
te feſtiuitati ſubito trabes in qua pedes eiꝰ artati erāt

ſcinditur & hec quaſi libera/nexa quidem cathenis/beatam baſſilicam expetiuit Vbi vero primuꝫ pedes ſacra limina cotingerunt ſtatim confracte cathene ceciderunt a collo eius & ſic incolumitati pariter libertatiq; donata eſt. Cap. XLII.

QVid ſi ad ipſa beate vite ſcripta recurram? Nūquid nō erit admirabile ꝙ ſacer ille huius hiſtorie liber/ circundatꝰ flāmis/nec aduſtus eſt nec conſumptus? Monachus igiť maioris monaſterii ex iuſſu abbatis ad cellulam aliam quaſi aliquid operaturus acceſſit ac pro ſalute anime ac vite correctione/librum vite antiſtitis detulit ſecum adueniente vero nocte in lectulo ſe diuturno oppletum ſtramine collocat/librum ad caput locās Cui dormienti apparuit vir per ſomnum dicens Noli dormire in his paleis ſanguine enim aſperſe ſunt Facilis autem prima viſio viro fuit nec ſecunda commonitio valuit tertia igitur . terribiliter monachum quatit at ille ſurgens & ad operam diluculo progrediens/puero iubet vt paleas a lectulo detractans igni cōſumeret/nihil de libro cōmemorans Puer ignarus inter paleas apprehenſum librum foris eiecit & ignem accendit. Quibus in fauillam redactis cū nihil alius niſi cineres remanſiſſēt. apparuit liber illeſus do quo non littera non vnum vt veritas habet folium eſt conſumptū Ita virtus diuina cuſtodire dignata eſt alūni quodāmodo proprii laudes vt librū eius flāma non vreret quē aculeꝰ cōcupiſcētie in hoc ſeculo nō aduſſit Sed ne cui incredibile videať index ipē nobiſcū vſq; hoc retineť. Cap. XLIII

DEniq; cum quadam vice iter ageremus duo de cuſtodibꝰ equorū egrotare ceperunt. Et vnus quidē eorum valitudine alter diſſinteria laborabat Vtrumq; tamen febris valida retinebat/laſſatiq; taliter vt nec ſuper dorſa caballorū poſſent ipoſiti ſuſtineri Extracto puluere quod de ſepul. ſancti abſtulerāt. ſuper capſellā delibutū aqua ipis haurire ꝑcipio mox cōpreſſa febre reſtricto dolore vterq; cōualuit. Cap. XLIIII

INclita em̄ ſunt miracula que quotidie dn̄s ad laudē antiſtitis ſui opari dignať & vt ſepe teſtatus ſuꝫ hec a me ipito narrari nō poſſunt tn̄ vt ipa impitia ꝑſtat elucubrabūť. ne cōtēni vel obliuioni tradi videāť madulphꝰ qdē turonici territorii ciuis/egritudine ſeua cōpreſſus lectulo in ſuo anhelꝰ occubuit ex quo tabeſcēs incōmodo manibꝰ pedibuſq; cōtrahiť Quiq; vero ānoꝝ curricl'a i hac debilitate ſuſtinuit ſextoq; deniq; āno ad ſcti baſilicā ſe efferri depoſcit i qua orōni decūbēs/ꝑdita debilitate ſoſpitatem meruit adipiſci. Cap. XLV.

ET ne ob hoc cuiq̄ q̄ referūť. videāť incredibilia qa ſinguloꝝ no



mina nō ſūt in paginis ꝑnotata. facit hoc hec cā. qa cū a ſctō dei icolumitati fuerint redditi/ſtatim recedūt Et aliquotiēs ita clā redeūt vt ſi dici fas ē a nemine videāť cūq; rumor ſurrexerit bti antiſtitis appuiſſe virtutē. vocatis ad nos cuſtodibꝰ edis q̄ ſunt acta cognoſcimus Noīa tn̄ nō ſp ab his diſcimꝰ Illos vero plerūq; noīatim ſcribimꝰ quos videre potuerimꝰ āt ipſi diſcutimꝰ Venit ad feſtiuitatē vir qdā ex bytucenſibus ciuibꝰ debilis. cuiꝰ digiti in palma erāt infixi tantū vt putarētur vermibꝰ ſcatereſꝫ celebrata ſolētitate. directis ābaꝝ manuū digitis/incoluītati donatꝰ ē/viditq; eū om̄is ppl's ſoſpitē redenuteꝫ cui cā debilitatis ex hoc cōtigit ꝙ ſepē ſegetis/die dn̄ico cōponere voluiſſꝫ. Ca. XLVI.

MVlier a pictauo territorio erat cuiꝰ brachiū cōtractis neruis emarcuerat Ad ſepulcrū bti viri veniēs in orōe vigiliiſq; ꝑnoctās braciū ſuū ſanū retulit Sꝫ illico a dn̄is in in ſeruitute mācipata/eadē incurrit Reuertiť iteꝝ & ſanať. Tunc veniētes dn̄i eius & eā abducere nitētes accepto de rebus quieuerunt & ita hec libertati donatur. Ca. XLVII.

HIs certe diebꝰ cū quidā pro diſſoluēdo debito qd̄ in neceſſitatibus ſuis cōtraxerat interpelleret nec eēt virtus atq; facultas ad reddēdū q̄ mutuauerat/i carcere coarctať Deīde cū videret credtor ꝙ ei nihil extorq̄re poſſet qa nihil habebat nec eēt q ei manuꝫ mīe porrigeret/arctiꝰ eū in vincula cōſtrigit/negatoq; cibo potuq; dicebat ego te faciā ad oīm documentū/fame tabeſcere donec oīa reddas hec aūt cū agerētur ſcti antiſtitis reliquie q̄ in ſueſſionico pago ferebāť. per plateā ꝑteribant Auditis itaq; vinctus pſallentiū vocibus orauit vt eū virtus antiſtitis ſcti viſitaret Statiq; diſſolutis ligaminibus nullo retinēte baſilicā ſctāꝫ ingrediť dehic a deuotis redēptꝰ a nexu debiti abſolutꝰ ē Ca. XLVIII

FActū eſt aūt in vna feſtiuitate vt mulier q̄ ꝑdito luie in cecitate durabat/auditis ſcti viri miraculis alacri deuotiōe baſilicam eius expeteret Proſtrata autē ſup nudā humū in ſepulcrum/ mox vt orationē fudit/lumen recipere meruit Ca. XLIX

IN hac ſolēnitate aduenit puerulꝰ/oculoꝝ obtutibꝰ clauſis auriū aditibꝰ opilatis/oris officiis obſtructis/manuū vſibꝰ ꝑditis/greſſibꝰ cōdēnatis quid plura? Ita erat oīm mēbrorū vſu ꝑmortuus vt ſolo ſpiritu palpitaret Vt autē locū ſāctum attigit oīm prorſus debilitate ſummota. cum gratiarum actione ſanus abſceſſit. Ca. L.

LVpus burdegalenē vrbis pſbyter quodā tpe grauiter a q̄rtano tipo vexabať. ita vt accedēte febre neq; cibū neq; potum ſumere poſſet interea aduenit feſtiuitas ſancti Martini antiſtitis & ille celebratis cū reliquo populo vigiliis mane ꝑcedit oēs & ad baſilicā ſcti feſti.

nat Dū āt properaret obuiū habuit iudeū & quo ingrēte quo pgeret/rñ
dit Tipū quartanū icurri & nūc ad baſilicā ſc̄ti propero vt me vit⁹ ei⁹
ab infirmitate hac diſcutiat qui ait Martinus tibi nihil proderit queꝫ
terra opprimēs terreū fecit & tu caſſo/ei⁹ edē expetis At ille deſpiciēs
verba ſerpētis antiq̄ abiit quo cepat & proſtrat⁹ corā ſc̄tis pignorib⁹
orōnē fudit reppitq̄ʒ ibi duas cādelas ex cera ac papiro formatas Qui
b⁹ aſſumptis ad domū exhibet illūinatiſq̄ʒ eis fauillā papiri cū aq̄ mun
da hauſit/moxq̄ʒ ſanitatē recepit iude⁹ vero ab hac infirmitate corre=
ptus/p anni ſpaciū ventilatus eſt Sed mens iniqua neq̄ʒ tormētis muta
ri potuit vnq̄. Cap. LI.

CHardegiſilus vero ſanctonice vrbis ciuis. cognotato gyſo ſuſce
ptis nobis ad domū ſuā inuitat adoratoriū qd̄ mr̄ ei⁹ edificatu/bti mr̄i
ni reliquiis cōſecrauit Deniq̄ʒ cū expleta orōne ſoliiciti eēmus ſi ibidē
virtus ſc̄ti antiſtitis oñſa fuiſſet rñdit ante annū tertiū puerul⁹ iſte fili⁹
me⁹ quē coram cernitis cū adhuc pēderet ad mr̄is papillā/incōmodo
agi cepit ac p.xxx dies & eo amplius inter manus nō ſine labore de=
portabat̃. donec ita addictus eſt vt nec māmillam valeret ſugere nec
aliū capere cibū Deficiēte āt eo iā die ſexto poſtq̄ graui⁹ agere cepit de
poſuimus eū ante altare & flētes atq̄ʒ ei⁹ obitū p̄ſtolātes Ego āt dolorē
nō ferēs diſceſſi a domo mādās mulieri vt cū obiret/ ſtati ſepulture eū
locaret Flēte aūt genitice iacuit īfans vſq̄ʒ ad veſperū Cadēte āt ſole ele
uat vocē ſuā dicēs Dulciſſima ſoror vbi es Sic ei genitricē vt blanditia
īfātiū hꝫ vocitare ſolit⁹ erat At illa accurrit dicēs Aſſuꝫ fili dulciſſīe Su
ſceptoq̄ʒ eo ī vlnis & mox porrecta capilla hauſto lacte ꝓtin⁹ cōualuit
His dieb⁹ qñ nobis hec relata ſunt vn⁹ clericoꝝ nr̄oꝝ (Cap. LII
vētris fluxū incurrit cū febre/ac nimiā defectionē ſtomachi & q̄
proiiciebat p inferiorē ptē/ps maxima cruor erat Et ea eū magis affe
cerat q̄a cibū quē accipiebat inualeſcēte nauſiſia ſtati reiiciebat Sꝫ pro
tin⁹ vt de ſepulcro bibit oīm infirmitate dēpta firmatus eſt. Cap. LIII

Sed nec hoc ſilendū putaui q̄ꝫ ſepius in morte precipites
extēta pietatis dextera ſubleuauit Deniq̄ʒ nr̄ ſeruus a iudi
ce pro furti ſcelere cōp̄hēſus/patibulo diiudicat̃. Qui dū
ducētur/nomē bti antiſtitis inuocabat dicēs Libera me ſā=
cte cōfeſſor ab immineti p̄iculo Apprehēſus igitur ac ſol⁹
relictus/cōmoto ſubito vento audiuit vocem dicentem Liberem⁹ euꝫ
Et ecce a quatuor partibus celi cōcuſſus ſtipis qui hoīem ſuſtentabat
cum immenſo ceſpite in modū arboris eradicata a terra diuellit̃ & ſic
homo morti deditus rediuiuus erigitur Aluis quoq̄ʒ qui multam fe=
cerat ſcelera & compunctus a deo penitentiam pro malis que geſſe=
rat agebat/apprehenſus ſine cum ſimili nece dānatur inuocans ſemp



beati confeſſoris auxilium Qui cuꝫ apprehenſus fuiſſet/diruptis vincu
is illeſus ad terram ruit Sed mala mens hominum. iterum apprenēdit
quem deus eripuit Quod audiens abbas monaſterii a loco proximo
cucurrit ad comitem rogaturus pro Eo erat enim longe exinde quaſi
tribus mulibus Obtentaq̄ʒ cum e o rei huius vita rediit vinumq̄ʒ rep=
perit Quo a ſuſpendo depoſito adduxit ad monaſterium proficentem
atq̄ʒ dicentē quia ſenſi virtutē ſancti Martini qui me eripuit. Ca. LIIII

Erat enim homo infra terminū turonice vrbis ex vico mō
tis laudiocenſis & homo ille erat natura ſimplex nexus
vinculo coniugali Cui cum coniuge quieſcenti nocte me=
dia pauor exoritur/exterrituſq̄ʒ ac de lectulo exiliens dum
hoſpiciolum ſuum vagatur trepidus/vocis perdidit famu
latum Nec moratus indicat nutu coniugit vt eum ad ſācti baſilicam
exhiberet Qui adueniens dum ante dictum ſepulcrum per ſex aſſidue
decubat menſes in oratione/abſoluta lingua/eloquium ſicut antea ha
buerat recipere meruit virtute beati Cap. LV.

Mulier trans ligerim in die dominico cum operam
exerceret quam in die illo fieri. patruꝫ inhibet auto
ritas. manus eius contracta dirigunt/digiteq̄ʒ ī pal
mam defixi ſunt Que dum doloribus cruciaretur/
ad ſanctam edem confeſſoris acceſſit / vouitq̄ʒ vt ſi
ab hac ſanaretur infirmitate/ nulluꝫ opus deinceps
in hac dominice reſurrectionis ageret die qd̄ huic
dei eſſet incongruum Statimq̄ʒ amotis digitis a palma manu directa
diſceſſit. Cap. LVI.

Magna eſt enim pietas confeſſoris que ſic arguit inſipien=
tes vt ponens vicium ante oculos/reddat imposteruꝫ emē
datos Pro hac cauſa mulier icula debilitant Nam cum dies
eum dies ſabbati poſt ſolis occaſum quod adiacet reſurre=
ctionis dominice nocti/panem furno collocaret/brachiuꝫ
eius dolore quatitur iniectū aliū & tertium paneꝫ. manus inuita. lignū
qd̄ tenebat cepit aſtringere intelligēſq̄ʒ mulier diuine ſe virtutis iudi=
cio cōdēnari velociter palā quē tenebat adiecit Nihilomin⁹ nō effuge
re potuit penā Nā ita manus eius graui dolore cōtracte ſunt vt vngu=
le inipſa defigerentur palma ex hoc nullius medici ſe credēs poſſe fo=
mento ſanar beati baſilicam expetiuit Ibiq̄ʒ fideliter orans. directis
manibus ſanata diſceſſit Vouitq̄ʒ vt per ſingulos menſes vna ebdoma
da ad ſanctum templum veniens debeat deo & beato antiſiti deſer=
uire quod per vnum annum eam obſeruaſſe manifeſtiſſime cognitum
eſt Poſt annum vero intermiſſa vnius menſis ebdomada, non acceſſit

ad ſanctam baſilicam. Sedenti vero in hoſpiciolo ſuo oculus eiꝰ a do
lore transfigiẽ Illum quoqꝫ cõprimens. alius dolere cepit extemplo In
vnius hore momeuto/ceca ambobus oculis efficitur. Nec mora cõfeſ
ſa culpam ad preſidia nota cõfugit Ibiqꝫ orationẽ ſuppliciter fundẽs
ac penitentiã pro negligẽtia cõpuncta agens die octaua/ſanguine ab
oculis profluente illuminata eſt. Cap. LVII

HOminis cuiuſdam oculi/craſſe caliginis nube cõtecti quodã
glutino cõiunctis palpebris fuerant obſerati & qđ ſupererat
viro magnis doloribus tenebatur. Quid plurima? Feſtiuitatẽ
ſancti cum reliquijs deuotus expetijt/attẽte exorans vt a virtute beati
antiſtitis viſitari mereretur in die ſolẽnitatis. Sed ſacra ſolẽnia ꝓuenit
potẽtia confeſſoris/ oſtẽdens ſe adeſſe populis cum tenebras pepulit/
lumenqꝫ refudit Igitur añ diem tertium feſtiuitatis hoc in atrio quod
abſidam corporis ambit orante ſubito aperti ſunt oculi eiꝰ & aſpiciẽs
lucem videre meruit. Quod cũ his qui aderãt cum grãꝝ actione nar=
raret/dictũ eſt ei vt ſilens potius orõnẽ funderet vt ceptã virtutẽ bea
tus ãtiſtes celerius adimpleret. Tunc proſtratus terre cũ in lachrymas
prorupiſſet/firmatis oculis a ſolo incolumis ſurrexit. LVIII

POſt diem vero tertiũ huius ſolẽnitatis/erat quidam para=
liticus hoc in loco exorãs cui debilitas hac de cauſa vt ip
ſe enarrauit euenerat quia dum eſſet puer paruulus & cum
reliquis paſtoribus pecoꝝ in campo cuſtodiã gereret/ ſup
fonteʒ quendã obdormiuit. Tandemqꝫ relictus a ſomno
dũ cõſurgere nititur/doloribꝰ coarctaẽ. Mox mẽbris oĩbus cõtractis
ac retortis extrorſuʒ brachijs cõtractis in poplite neruis/calcaneis ad
crura deductis/cũ nulla eſſet virtus eũdi immẽſe ab eo lachryme/ma=
gnis vocibus effluebant. Reuerſis auteʒ ſocijs ad viſenda pecora. hic
eiulans inuenitur· Dehinc parentum vlnis ablatus domui reſtituitur
poſt dies vero paucos cum parumper a doloribus laxaretur mẽdicis
quibuſdã deputatus eſt/cum quibus per decem aut eo amplius ãnos
regiones vrbeſqꝫ circuiẽs. ad hanc feſtiuitatẽ adueniens mẽbris oĩbus
ſolidatus eſt Duo eadẽ die illuminati ceci/ duo inergumini ad ſepul=
crum antiſtitis emũdati ſunt Cap. LIX

ADoleſcens quidã ex noſtris nocturnis febribus vexabatur.
in tãtũ vt ab hora diei octaua vſqꝫ in craſtinũ ſecunda diei
hora nullã eſtuãdi quietẽ poſſet accipere. Erat eñi ei & hor
ribilis oĩs cibus nec quicq̃ vnde confortaretur accipiebat.
Dolor etiam ſeuus mẽbra oĩa quatiebat ſed & pallor genas obſederat
de eius orōne ꝙ ſi peteret dn̄m fontem poſſit ſuo reſtituere loco Ait.
Eamus inquit dilectiſſimi & ſi vera ſunt q̄ portitor noſter aſſeruit hec
eſſe clementis martyris pignora nūc apparebit cum eius fuerit virtus
manifeſtata tunc cū pſalterio ad locum fontis accedit & dictis pſal=
mis in oratione proſternituur. Poſitiſqꝫ ſanctis reliquijs in ipſo fōtis
aditu petijt vt qui quondā in deſerto damnatis ad ſecanda marmora
fluminis irriguū patefecit in hunc locum aquas quas prius pia ipſa in
dulſerat clementia clementis iterum interceſſio reuocaret illico vena



recurrit ad aditum magnas euomēs aquas illūqꝫ queꝫ prius tenuerat
alueum decurrendo replēs admirantibus populis immenſe gratie do
mino referuntur qui & martyris virtutem prodidit & fidelis ſui ora=
tionem implere dignatus eſt. Cap. XXXVII.

CHriſantus martyr vt hyſtoria paſſionis declarat poſt acce
ptam martyrij coronā cum daria virgine multa populis
ſanitatū beneficia tribuebat. Et ob hoc etiam cripta ſuper
eos miro opere fabricata eſt que in arcuū modo tranſuo=
luta firmiſſima ſtabilitate ſubſiſtit. Dūqꝫ ad eius feſta po=
pulorum frequentatio confluxiſſet iniquiſſimus impator ereptum in
illius cripte introitu parietem concluſa multitudine iuſſit ędem hare=
na ac lapidibꝰ operiri. Factuſqꝫ eſt deſuper mons magnus idqꝫ geſtū
certiſſime ipſius manifeſtant ſcripta certaminis. Que cripta diu ſub
hoc velamento remanſit operta donec vrbs romana relictis ydolis
chriſto dn̄o ſubderetur iam procedente tēpore nulli erat cognitus lo=
cus ipſius ſepulture donec dn̄o Ieſu reuelante patefactum eſt cuius ꝑ
te in vna loci interpoſito pariete ſepulcra martyrum Criſanti & darie
ſegregata parte in alia ſanctorum reliquorum cadauera in vnum ſunt
congregata. Veruntamen parietem illū qui eſt in medio poſitus fe=
neſtram ſtructor patefactam reliquit vt ad contemplanda ſanctorum
corpora aditus aſpicienti pateſceret. Ferunt etiam ꝙ eo tempore quo
ad ſancta ſollemnia accedentes incluſi ſunt argenteos ex metallo for
matos cum vino quod ad oblationem ſacrificii diuini offertur ſecum
homines detuliſſent argentumqꝫ ibi remanſiſſe manifeſtum eſt eumqꝫ
hodie a conſpicientibus cerni. Sed quia iugiter mens humana turpi=
bus erubeſcendiſqꝫ cupiditatibus inhiat. Subdyaconus quidam vi=
ſo per feneſtram argēto cogitat intra ſe qd̄ poſtero die auaritia impel
lente compleuit. Nocte enim conſurgeus ingreſſus eſt baſilicam ſan
ctorum. Deinde per feneſtram ingrediens cellulam ac per obſcurita
tem noctis palpans manibus aliquos de vrceis capit deinde egredi
cum preda cupiens per totam noctem circuiens nunq̄ potuit aditum
vnde ingreſſus fuerat reperire. Dato vero die dum opera ſua obtegi
conſcius ſceleris voluit iuxta illud dominici oraculi dictum ꝙ om̄is
qui male agit odit lucem vt non manifeſtentur opera eius occultauit
ſe in angulo cellule tota die ne videretur. Sequenti vero nocte que
ſiuit iterum aditum ſed reperire non potuit ſic per trium noctiuꝫ cur
ricula fecit. Tertia vero die cum iam fame cruciaretur acceſſit coram
populo ad feneſtram & relicto argento confeſſus eſt opus ſuum egreſ
ſuſqꝫ eſt foris cum magna verecundia nec latuit ſcelus quod geſſerat
populis qui aderant. Poſt multum vero temporis cognoſcens hoc

factū damaſus antiſtes ſancte ſedis apoſtolice iuſſit diligētius operiri
feneſtram vbi & verſibus decorauit locū. Et ibi bn̄dicitur dn̄s noſter
Ieſus chriſtus ad laudē nois ſui vſq; in hodiernū diem. XXXVIII

ESt etiam haud procul ab huius vrbis muro & pāchratius
martyr valde in pluribus vltor ad cuius ſepulcrū ſi cuiuſq̄
mens inſana iuramētum inane proferre voluerit priuſq̄ ſe-
pulcrū eius adeat hoc eſt anteq̄ ad cācellos vſq; qui ſubar
cu habētur vbi clericoꝝ pſallētium ſtare mos eſt accedat
ſtatim aut arripitur a demone aut cadens in pauimēto amittit ſpiritū.
Ex hoc eñ quiſq; fidem cuiuſcunq; rei ab alio voluerit elicere ad ve-
ram cognoſcat non aliter niſi ad huius baſilicā deſtinat. Nam ferūt
pleroſq; iuxta baſilicas apoſtoloꝝ ſiue alioꝝ martyrum commanen-
tes non alibi pro hac neceſſitate niſi templum expetere beati pancra-
tij vt eius ſeueritatis cenſura publice diſcernēte veritatē audiētes cre-
dant aut pro fallatia iudiciū martyris beati experant. XXXIX

MVlti quidem ſancti martyres apud vrbem romanam ſunt
quorum hyſtorie paſſionū nobis non ſunt delate. De Ioā
ne tamen epiſcopo quoniam agon eius ad nos vſq; non
acceſſit ſcriptus que a fidelibus comperi tacere nequiui.
Hic cum ad epiſcopatū veniſſet ſummo ſtudio hereticos
execrans eccleſias eoꝝ in catholicas dedicauit. Qđ cum theodoric⁹
rex comperiſſet furore ſuccenſus quia eſſet ſecte arriane deditus iuſſit
gladiatores per italiam dirigi qui vniuerſum quotquot inueniſſent ca
tholicam populum iugularent. Hec audiens beatus Ioannes ad regē
ne hec fierent deprecaturus acceſſit a quo cum dolo ſuſceptus alliga-
uit eum & poſuit in carcerem dicens Ego te faciam ne audeas contra
ſectam noſtram amplius muſitare. Poſitus vero ſanctus dei in carce
re tantis attritus eſt iniurijs vt non poſt multum tempus ſpiritum exa
laret obiitq; in carcere cum gloria apud vrbem rauēnam. Domini
autem miſericordia ſtatim vltionem ſuper regem improbum irroga-
uit. Nā ſubito adeo percuſſus plagis magnis exinanitus interiit ſuſce
pitq; protinus ꝑpetuū gehēnc flāmantis incendium. XL.

MAgna eſt eñ dignitas nominis chriſtiani ſi illa que confi
teris fide opere proſequaris. Nā ſicut ait apoſtolus Fides
ſine operibus mortua eſt in ſemetipſa Sicut eñ filios abra
ham nō carnalis natiuitas ſed fides facit ita & chriſtianos
viros non ſolū nominis gratia ſed opera preſtat. Per hoc
eñ nomen illuminantur tenebre ſerpentes fugiunt ydola proſternun
tur. Ceſſat ariolus tabeſcit ſortilegus cultores demonum propellunt
ſicut prudentius noſter in libro contra iudeos meminit ꝙ procedens



imperator ad immolationem fetidam demonioꝝ adoratis dijs atq;
coram ſigillis proſtratus expectabat ſacerdotes ſimulachrorum ma-
ctantes turbas pecudum quorum frons reuincta lauro ſecuribus cede
batur. Cumq; ſenex cruentis manibus internorum tractaret viſcetū
partes iecinoris precordia fibras atq; interexta animalium inueſtiga-
re aliquid temptaret diuinum turbata omnia cernit nec ea que cupie-
bat ſcire poterat certus agnoſcere. Exclamat turbatus & ait Heu heu
neſcio quid agitur ꝙ dijs noſtris contrarium eſſe putatur video enim
deos noſtros a longe diſcedere nec; de preparatis ſacrificijs aliqua
prelibare. Eſt hic vt res ipſa docet de officijs quiſpiam eorum qui
nobis aduerſari ſoliti ſunt. Et mirum ſi ad hanc fugam non aliqui
de cultoribus dei chriſti quem crucifixū aſſerunt impellant turibula
tymiamatis refrigreſcunt Ars tepeſcit ignis & ipſum quoq; ferrum in
iectum victimis hebetare conſpicitur. Require nunc ſacratiſſime au
guſte quis ad ſtet quis ablutus balſamo vnctus & abcedat protinus
vt accedant dij quos inuocamus & hec dicens ac ſurſum cernens de
hiis chriſtum vltorem procidēs ad terram exanimus offenſa procla-
mat numina. Tunc & ipſe imperator depoſito diademate ait. Quis
eſt hic numinibus noſtris contrarius ac religionis chriſtiane ſocius q̄
frontē criſmatis inſcriptione ſignatam ferat lignumq; crucis adoret
ne moretur edicere Tunc vnus de armigeris auguſti in medio poſi-
tus proiecit arma ſolo & ait. Ego ſum cuius deus chriſtus eſt & qui
eius baptiſmo ablutus & cruce redemptus ſum qui ſemper eius nomē
inuocabam dum ſacerdotes veſtri demoniis hec que ſunt appoſita
conſecrarent. Eius nomen fugiunt dii veſtri nec poſſunt in loco il
lo ſtare vbi tante maieſtatis nomen fuerit inuocatum. Hec dicente
puero obſtupefactus imperator & tremens reliquit templum demo-
niorum tantumq; omnes adſtantes dei timor accendit vt nullus au-
guſtum ad palatium ſequeretur ſed cuncti erectis ad celum palmis &
oculis dominum chriſtum vno ore vnoq; conſenſu laudabant atq; vt
eiſdē adiutor exiſteret voce ſupplici inuocabant que relatio ne cui for
taſſis videatur incredula paucos ex hiis ſubiciam verſus.

Principibus tamen e cunctis non defuit vnus
Quem puero memini ductor fortiſſimus armis
Conditor & legum celeberrimus ore manuq;
Conſultor patrie ſed non conſultor habende
Religionis amans tercentum milia diuum
Auguſtum caput ante pedes curuare mineruę
Fictilis & ſoleas iunonis lambere plantis

Herculis auolui genua incerare diane
Forte litans achatem placabat ſanguine multo
Vittatus de more ſenex manibuſq; cruentis
Tractabat trepidas letali frigore fibras
Poſtremoſq; animi pulſus in corde tepenti
Callidus interpres numeris & fine notabat
Cum ſubito exclamat media inter ſacra ſacerdos
Pallidus en quid ago maius rex optime maius
Numen neſcio quod noſtris interuenit aris
Accitas video longe diſpergier vmbras
Neſcio quis certe ſubrepſit chriſticolarum
Hic iuuenum genus hoc hominum tremit infula & omne
Puluinar diuum lotus procul abſit & vnctus
Pulchra reformatis redeat proſerpina ſacris
Dixit exanguis collabitur ac velut ipſum
Cerneret exerto minitantem fulmine chriſtum
Ipſe quoq; exanimis poſito diademate princeps
Pallet & aſtantes circumſpicit an quis alumnus
Criſmatis inſcripto ſignaret tempora ligno
Quis oro aſtreos turbaſſet fronte ſuſurros
Armiger e cuneo puerorum flaui comantum
Purpurei cuſtos lateris deprehenditur vnus
Ne negat & gemino gemmata haſtilia ferro
Proiicit ac ſignum chriſti ſi ferre fatetur
Proſiluit pauido detecto actiſtite princeps
Marmoreum fugiens nullo comitante ſacellum
Dum tremefacta cohors dominiq; oblita ſupinas
Erigit ad celum facies vocat atq; iesum

Hos tm̄ verſiculos ad hec q̄ narraui cōfirmāda inſerui lectiōi oñdēs quid nomē chriſtianū quid crucis vexillū proſit his qui fide credētes ope pficiūt q̄ crediderūt ſicut ſuperius dictum eſt. Cap. XLI.

TEmplum erat in quodam loco beati laurentii & noīe & reliquiis cōſecratum quod per iniuriā longinqui tpis valde detectū erat quod cū renouare loci icole vellēt ſiluas adeunt inciſa leuigataq; ligna trabes efficiūt Impoſitiſq; plauſtris ad locū exhibēt quibus per humū ad ordiendū extēſis vna breuior eſt reperta ſtatimq; ſacerdotis animum qui hec inſiſtebat dolor maximus attigit & flens valde quid ageret quo ſe verteret ignorabat tunc intuens roburem breuius ait. O laurenti beatiſſime appoſitus igni glorificate ſemper pauperes . fouens ac reficiens cogita



paupertatem meā quia non eſt ex iguitati noſtre facultas qualiter hic alia exhibeatur ilico cunctis attonitis trabes creuit ita vt neceſſe eſſet partem magnam incidi De qua induſtria plebs beneficia perdere nephas putans credens eam manu martyris tactam ac prolongataz partem que ſuper fuerat fruſtratim decerpens diuerſas infirmitates ſepe ſubmouit Quo 1 fortunatus preſbyter his verſib⁹ proſecutus eſt.

Laurentii merito flammis vitalibus veſte
Qui feruente fide victor ab igne redis
Cum tibi templa nouant breuiori robore blebes
Creueruntq; trabes creuit & alma fides
Stipite contracto ſeſe mercede tetendit
Quantum parua prius poſtea ceſa fuit
Creſcere plus meruit ſucciſa ſecuribus arbor
Et didicit ſicca longior eſſe coma
Vnde reciſa fuit populis fert inde ſalutem
Si venit intrepidus lumina cecus habet

Multoplures exinde ſcripſit verſiculos quos ego pretermiſi hos tantum pro teſtimonio virtutis ſcribens Acta ſunt autē hec apud briones Italie caſtrum Nam vidi ego ioannem qui grauiter dentiū dolore laborans acceptā de hoc ligno a ſacerdote particulam fauci immitēs dētem attigit doloreq; protinus caruit Sed nec illud ſilendum putaui q̄ reliquie eius ab incendio hoſtilitatis erepte a quodam homine in lemonicinio delate ſunt. Quicū ſepius admoneret per viſum vt eaſdem aredio abbati deferret nec iuſſionem impleret ipſe cum coniuge & omni fami lia egrotare cepit. Tunc neceſſitate compulſus vt eas viro ſancto detulit mox ſanitati reſtitutus abſceſſit. Cap. XLII

CAſſianus martyr Italie puerorum magnificus doctor aduenient e perſecutione ipſe puerili ac tenero gregi perſecutorum iudicio traditur At illi magiſtri ſanguinem ſitientes ceratas caput illidunt tabellas ſecantes latitudinibus ſtilorū punctiſq; minutis tranſuerberantes mēbra magiſtri dignū deo martyrem effecerunt in cuius honore hodie quoq; tantus timor habetur vt nullus penitus de eius rebus aliquid ſit auſus attingere Qd̄ ſi fecerit aut arripitur a demonio aut morte repentina conſumitur nō tamen immunis ab vltione recedit. Cap. XLIII.

AGricola & vitalis apud bononiam Italie vrbem pro chriſti nomine crucifixi ſunt quorum ſepulchra vt per relationem fidelium cognouimus quia nondum ad nos hiſtoria paſſionis aduenit ſuper terram ſunt collocata. Que cuz a multis vt fit tangerētur manu vel ore obſcularentur ad

monitus eſt edituus templi vt immundi ab his arcerentur. quidam au-
dax atq; facinoroſus opertorium vnius tumuli remouet vt ſcilicet ali-
quis de ſacris auferret cineribus miſſoq; introrſum capite oppreſſus
ab eo vix ab aliis liberatus confuſus abceſſit. Nec accipere meruit qđ
temerario auſu preſumpſit ſed cum maiori deinceps reuerentia ſan-
ctorum adiuit ſepulchra. Alius quoq; tributa publica deferens ſaccu-
lum pecunie dum iter ageret negligenter amiſit. Appropinquans au-
tem ciuitati recognoſcit ſe amiſiſſe publicum quod ferebat Tnuc pro
ſtratus coram ſepulchris beatorum cum lachrimis deprecatur vt per-
ditum eorum virtute reciperet ne ipſe coniunxq; ac liberi ob id capti-
uitati ſubiicerentur. Egreſſus autem foris in atrium viru; qui hanc pe
cuniam in via iacentem reppererat nactus eſt ſcrutanſq; diligenter il-
lius fore & tpe hic ſaculum inueniſſe ſe dixit eo quo iſte martyrum au-
xilium flagitauit. Horum reliquias namacius aruernorum epiſcopus
deuote expetiit vt ſcilicet eas in eccleſia quam ipſe conſtruxerat col-
locaret direxitq; vnum illuc preſbyterum qui abiens cum dei gratia
que petierat detulit. Regreſſuſq; cum ſociis in quinto ab aruerna vr-
be miliario reuertentes metatum accipunt. Et ad epiſcopum miſſos
dirigunt vt eis quid agant iubeat ordinare. Mane autem facto ſacer-
dos ammonitis ciuibus cum crucibus & cereis ad occurſum ſancta-
rum reliquiarum deuotiſſimus properat. Cunq; ei preſbyter offerret
vt beatas reliquias aſpiceret ſi liberet. Et ille michi inquit maius ē hec
credere q̄ videre. Sic enim in ſcripturis legimus quia ipſe domin⁹ eos
beatos indicat qui cum non viderint crediderint. Hac itaq; ſacerdo-
tis fide pollente dominus ſanctos ſuos glorificauit in virtute. Nam
venientibus illis ſubito contenebratum eſt celum & ecce hymber vm-
broſus atq; deterrimus ſuper eos deſcendit & tanta pluuia ibidem eſt
diffuſa vt flumina per vias illas currere cernerentur. Veruntamen cir-
ca ſancta pignora per vnum valde iugerum neq; vna gutta viſa eſt ce-
cidiſſe Et abeuntibus illis pluuia eos a longe qua ſi prebens obſequiū
ſequebatur populum fouens. Geſtatores autem pignorum non attin-
gens. Hec videns pontifex magnificauit dominum qui fidei ſue fa-
uens talia ad ſanctorum gloriam operari dignatus eſt. Cōgregatis ve
ro ciuibus cum magno gaudio atq; deuotione ſanctam eccleſiam his
illuſtratam pignoribus dedicabat.

Cap. XLIIII

m Agnificatur etiam apud medioſanenſiū vrbem victor
inclitus martyr ꝙ ſepius vinctos ab ergaſtulis diſſol-
uat captiuoſq; liberos abire permittat. Igitur quodam
tempore apollinaris cum victorio duce Italiam petiit
quo vt aiunt apud vrbem romam interfecto Apollina



rem incole loci quaſi captiuum retinebant dicentes. Non videbis pa-
triam tuam ſed dignas vt ſatelles tuus penas exſolues. Hec autem cō-
minati miſerunt eum in exilium apud vrbem mediolanenſiu; factum
eſt autem vt adueniente feſtiuitate ſancti victoris conuenientibus po-
pulis & hic vigiliis intereſſet ſub libera enim cuſtodia abſolutus atten-
debatur proſtratuſq; coram ſacro ſepulchro ſancti cum ſp tu; tunc im
penſius orare cepit vt eum virtus martyris ab hoc exilio liberaret. Cir
ca medium vero noctis egreſſus ab ede. Audiuit vnum de egenis lo-
quentem ad alium atq; dicentem. Quid putas o compauper que vir-
tus ſit huius martyris. Verum dico nec fallor quia in hac nocte quiſ-
quis captiuus domino per fugam dilabitur abſolutus in patriam acce
dit. nec prorſus vltra reperitur. Hæc apollinaris verba quaſi auſpiciu;
ex dei nutu miſſum accipiens iterum atq; iterum prouolutus ad tumu
lum martyris orat vt virtute eius adiutus abſq; impedimento poſſit
abcedere. Moxq; vocato puero equu; ſterni præcepit dicens. Hodie
abſoluendi ſumus a vinculo iſto cuſtodie. Et aſcendentes ita alpium
iuga atq; aliū congeriū mōtē oppleta multitudine tranſierunt atq; ar
uernum delati ſunt virtute beati martyris preeunte vt a nullo interro-
garentur quo tenderent vel vnde venirent manifeſtumq; eos p̄ſidio
beati martyris ab hac erumna fuiſſe ſaluatos.

Ca. XLV

ESt enim apud eandem vrbem baſilica ſancti lauren
tii leuite cuius ſupra meminimus ibiq; ad mirabili
pulchritudine calix criſtallinus habebatur. Acta ve
ro quadam ſollemnitate dum per diaconem ad ſan
ctum altare offerretur elapſus manu in terram ruit
& in fruſta comminutus eſt At diaconus pallidus
& exanguis collecta fragmenta vaſculi ſuper altare
poſuit. non diffiſus ꝙ eum poſſit virtus martyris ſolidare. Deniq; in
vigiliis lachrymis atq; oratione deductam noctem requiſitum cali-
cem reperit ſuper altare ſolidatum que virtus cum populis nunciata
fuiſſet tanta animos deuotione ſuccendit vt a ſacerdote peterent noua
in eius honore ſolemnia celebrari. Tunc pontifex loci ſuſpenſum ſu-
per altare calicem & tunc agens & in poſterum per ſingulos annos de-
uotiſſime feſta inſtituit celebrari.

Cap. XLVI.

IN hac ēm vrbe beatorū martyrum geruaſii prothaſiiq; vi
ctricia corpora retinentur que diu ſicut ipſa paſſionis nar
rat hiſtoria ſub foſſa latuerunt que beato ambroſio reuela-
ta atq; ab eodē reperta in baſilicam quam ipſe proprio edi
ficauit ſtudio oſtenſis miraculis ſunt ſepulta de quorum

reliquiis quia maxime turonica vrbs ſeniores eccleſias cōtinet illuſtra
tas ſedes per totum galliarum ambitum dilatate ſunt. Sermo quadaꝫ
vice de hiis quibuſdam religioſis eſt habitus qua de cauſa ante dicte
reliquie tam condenſe leuerint per loca ſingula diſtribute Et que ſup
hiis quodam referente audiui abſurdum non putaui inſerere lectioni
quia non continetur in hyſtoria paſſionis. Aiebat eñ ꝙ quando glo
rioſa corpora tranſlata in illam eccleſiam fuerunt dum in honore ip=
ſorum martyrum miſſarꝫ ſollēnia celebrarentur cecidiſſe e camera ta
bulaꝫ vnā que illiſa capitibus martyrū riuū ſanguinis elicuerit de quo
infecta linteamina vel pallule ſiue vela eccleſiaſtica beatus cruor col=
lectus eſt qui vſqꝫ adeo confluxiſſe fertur quoaduſqꝫ linteamina ꝗ ſu=
ſciperent ſunt reperta. Ex hoc eñ eorꝫ reliquie affatim collecte per
vniuerſam italiam vel galliā ſunt delate. Ex quibus & ſanctus marti=
nus multa ſuſcepit ſicut paulini beatiſſimi narrat epiſtola.

¶De ſancti vero naꝫarii ac celſi pueri artubus quos apud ebreduneñ
galliarꝫ vrbem paſſos lectio certaminis narrat & ita corpora ipſa claꝫ
propter paganorꝫ inſecutionē ſepulta ſunt vt in tempora ſecutura obli
uioni darētur referre erat ſolitus vir ille qui de ſupradictis ſanctis que
prefati fuimus enarrauit natam fuiſſe ſuper hec ſepulcra pirꝫ arborem
& feciſſe quendā pauperem hortellum in hoc loco qui hanc arborē cō
cludebat. Verum cū poma iuxta morē tpe debito ferret quicūqꝫ exiñ
infirmus quacunqꝫ egritudine detentus pomū mordens decerpſiſſet
mox ablata infirmitate conualeſcebat. Vnde magnū queſtum pauper
ille habebat. Sed cum ſe reuelātes martyres arborem incidi iuſſiſſent
pauper ille magnis fletibus prorumpens incidi arborem non ſinebat
Quo remoto ſucciſa piro baſilica miro opere edificata eſt in cuius ēt
altari beati geneſii arelateñ martyris reliquie venerātur. Tantaqꝫ pau
per ille fide prelatus eſt vt ſacerdotiū in hac eccleſia deinceps promo
uerit. Cap. XLVII

SAturninus vero martyr vt fertur ab apoſtolorꝫ diſcipulis
ordinatus in vrbē tholoſam eſt directus. Qui impulſu pa
ganorꝫ bonis petulci religatus veſtigiis per gradus capi=
tolii precipitatus p̄ntem finiuit vitā capitis cōpage diſp=
ſa. Cuius reliquie cū a quibuſdā religioſis in regionē alte=
ram transferrent itineris ordo cōtulit vt briuateñ pagi ſitum in aruer=
no territorio terminū preterirent. Sole quoqꝫ ruente ad hoſpiciū cu=
iuſdā pauperis diuertūt manſionis poſtulando neceſſitatem. Recepti
quoqꝫ ab homine quid exhibeant narrant. At ille hūanitatis intuitu
& dei timore cōmonitus capſam cū reliquiis in cellam penariam po
nit ac ſuper annonā que erat in vaſe condita locat. Mane quoqꝫ dato



viri acceptis pignoribus gratias agētes homini iter qđ ceperāt abie=
runt. Sequenti vero nocte admonitus vir ille per viſuꝫ dicēte ſibi quo
dam ſine ne maneas in hoc loco ſanctificatus eſt eñ a pignorib⁹ mar
tyris ſaturnini ille quoqꝫ paruipendens viſionē nihil de hijs vt habet
ruſticitas que admonit⁹ fuerat retractauit. Nec mora irruit inedium
ac paruitas facultatis eius cepit paulatiꝫ minui vxor vero illi⁹ ab alio
langore tabeſcere. Quid plura infra vnū annū in tantam redactus eſt
exiguitatem vt nihil eivnde ali aut tegi poſſet ſicut hūana depoſcit ne
ceſſitas remaneret. Tandem conuerſus ad ſe dixit ad coniugem Pec=
caui coram deo & ſanctis eius vt ab hoc hoſpiciolo ſicut ſum admo=
nitus non receſſi. Et ſcio ꝙ ob hoc nobis mala que patimur acceſſe=
runt. Nunc autem pareamus viſioni quam vidimus & remoueamus
hoc hoſpiciolū a loco iſto vt ſaluemur. Tunc amoto tugurio oratoriū
ex ligneis formatum tabulis collocauit in quo quotidie orōnem fun=
dens opem beati matyris flagitabat. Tandem ceſſantibus plagis aptā
ti manus ad operam tanta fructuū conſequentia fuit vt in modico tē=
poris ſpacio amplius ꝗ perdiderat repararet hec infra noſtrum territo
rium geſta ſunt. Sed nec hoc ſilebo ad cōprimendam malorꝫ ſuper=
biam ꝙ Plato quidam clotarii regis tēpore ad pauliacenſe monaſte=
rium accedens in cuius oratorio huius ſancti reliquie continētur pro
eo ꝙ munus aliquod ab abbate nō accepiſſet dixiſſe fertur. Ego faciā
de hac eccleſia domū regis in cuius vno angulo equi alantur. Et cum
furore diſcedens duꝫ ad principē abire diſponit cōprehenſus a febre
die tertia ſpiritū exalauit deſcendēſqꝫ velociter ad infernū domū dei
reliquit ad cultum eius cuius prius fuerat noīe conſecrata. XLVIII

QVadraginta vero octo martyrꝫ noīa qui apđ lugdunū paſ
ſi dicunt̄ hec ſunt Vectius Epagatus ꝫacharias Machari⁹
Achipiades Silui⁹ Primus Alpius Vitalis Cōmini⁹ Octo
ber Philomini⁹ Cenimus Iulia Albina Crata Emilia Po=
ſtumiana Pompeia Rodane Biblis Quarta Materna Elpe
niſſa Stamas. Hij aūt beſtijs traditi ſunt. Sanctus Etmaturus Alexan
der Ponticus Blandina. Hij ſunt ꝗ in carcere ſp̄m reddiderunt. Are=
cius Photinus Cornelius ꝫotinus Tit⁹ ꝫoticus Iulius Emilia Cān te
Pompeia Alunna Mamilia Iuſta Triſime Antonia. Et beatus Photi=
nus epiſcopus. Quorꝫ ſaucta corpora iudex iniquus igni tradi p̄cepit
Exuſtaqꝫ in rodanū pulueres iuſſit ſpargi. Sed poſtꝗ hec geſta ſunt cū
chriſtiani merorem maximū haberent quaſi deperiſſent beate reliquie
Nocte apparuerunt viris fidelibus in eo loco quo igni traditi ſunt ſtā
tes integri ac illeſi. Et conuerſi ad viros dixerunt eis Reliquie noſtre
ab hoc colligantur loco quia nullus periit ex nobis. Ex hoc enim

tranſlati ſumus ad requiẽ quam nobis promiſit rex celoꝝ chriſt⁹ pro
cuius noie paſſi ſumus. Hec renunciantes viri illi reliquis chriſtianis
gr̃as egerunt deo & cõfortati ſunt in fide colligenteſq; ſacros cineres
edificauerunt baſilicã mire magnitudinis in eoꝝ honore. Et ſepelie
runt beata pignora ſub ſancto altari vbi ſe ſemper virtutibus manife=
ſtis cum deo habitare declararũt. Locus aũt ille in quo paſſi ſunt atha
nacum vocatur ideoq; & ipſi matyres a quibuſdam vocantur athana
cenſes. .·. Cap.XLIX.

AGitur martyrio conſummatus glorioſus photinus epi=
ſcopus qui Lugdunenſi prefuit vrbi ſacerdos. Per cer=
taminis nobilis meritum inuectus eſt celo. Cui & merito
& ſanctitate cõdign⁹ hireneus ſucceſſit ep̃s per martyriũ
& ipſe finiens Hic in cripta baſilice beati Ioãnis ſubaltari
eſt ſepultus. Et ab vno quideꝫ latere Epipodius Ab alio vero Alexan
der martyr eſt tumulatus. De quoꝝ monumentis ſi puluis cum fide
colligitur extẽplo medetur infirmis. Magna eñ claritas in cripta con
tinetur q̃ vt credo meritũ martyrum ſignat. Cap.L

BEnignus aũt ac dñci nois teſtis apud dunonenſe caſtruꝫ
martyrio cõſummat⁹ eſt Et quia in magno ſarcophago
poſt martiriũ conditus fuit putabant noſtri tẽporis hoies
& preſertim beatus gregorius ep̃s ibi aliquẽ poſitũ fuiſſe
gentilẽ. Nam ruſtici vota inibi diſſoluebant & q̃ petebant
velociter impetrabãt. Ad hoc ergo beati ſepulcrũ quidã dum exinde
multa bñficia pciperet cereuꝫ detulit quo accenſo domũ rediit. Pue=
rulus aũt paruul⁹ hec obſeruans illo abeũte deſcendit ad tumulũ vt ar
dentẽ cereũ extingueret & auferret. Quo deſcẽdẽte ecce ſerpẽs mire
magnitudinis de alia parte veniẽs cereuꝫ circũcingit. Puer aũt timẽs
ſurſum rediit bis aut tertio cereũ auferre temtans obſiſtente angue nõ
potuit. Talia & hiis ſimilia beato pontifici nũciata nullo modo crede
bat ſed magis ne ibidẽ adorarent fortiter teſtabatur. Tandem aliq̃n
beato cõfeſſori dei martyr reuelat & dicit. Quid inquit agis? Non ſolũ
tu deſpicis verũetiaꝫ honorãtes me ſpernis Ne facias q̃ſo Sed tegmẽ
ſuper me velocius ꝑparata de qua ille viſione cõcuſſus beatũ ſepulcrũ
adit ibiq; diutiſſime pro ignorãtia cũ fletu veniã deprecatur. Et quia
cripta illa que ab antiquis inibi tranſuoluta fuerat diruta erat Rurſum
eam beatus pontifex edicauit eleganti tranſuoluens opere. Sed ſan=
ctum ſepulcrũ neſcio qua cauſa faciente foris euenit. Quod ille intus
tranſferre cupiens conuocauit ad hoc obſequium abbates atq; alios
religioſos viros in quo conuentu grande miraculum beatus marty &
populis & ſuo preſtitit confeſſori. Erat quippe validum vt ſupra di=



ximus illud ſarcofagum vt tale in iſto tẽpore nec tria paria boum tra=
here poſſint. Cumq; diutiſſime morarentur nec inuenirent qualiter
ipſum intus inferrent ſanctus gregorius illuminatis cereis cum gran
di pſalterio apprehenſum a capite martyris ſarcofaguꝫ & duo preſbi=
teri ad pedes mouentes illud in cripta habiliſſime detulerunt & vbi
ipſis fuit placitum compoſuerunt quod non minimũ populis ſpecta
culum fuit. Poſt paucos autem annos ab eũtibus in italiam paſſionis
eius hyſtoriam allatam beatus confeſſor accepit. Sed & deinceps ſã
ctus martyr multis ſe virtutibus manifeſtauit in populis. Nec morat⁹
ſuper criptam illam baſilicam magnã iuſſit edificari In proximo autẽ
eſt & alia baſilica in qua paſcaſia quedam religioſa veneratur. Naꝫ vi
ſum eſt eo tempore ſtructoribus quandam anũ egreſſam fuiſſe ab ipſa
baſilica nigra veſte cigneo capite vultuq; decoro que ſic effata eſt
ſtructores. Eya dilectiſſimi perficite opus bonuꝫ eleuentur machine
quibus erigitur hec ſtructora & merito acceleratur que talẽ habet exe
quutorem. Nam ſi permitteretur vt veſtrorum oculorum acies con=
templarentur nempe videretis vobis operantibus ſanctuꝫ preſtare be
nignum. Hec effata baſillcam de qua egreſſa fuerat ingrediens nulli
vltra comparuit autumabant eñ eius temporis homines beatam ibi
apparuiſſe paſcaſiam ſuper lapidem vero illum in quo cum plumbo re
miſſo pedes eius confixi fuerunt factis loculis vinũ aut ſiceram multi
infundunt vnde ſi aut oculi lippitudine grauati aut quelibet vulnera
fuerint pericta protinus fugata infirmitate ſanantur. Quod ego e=
uidenter experꝫus ſum. Nam cum mihi nimia lippitudine oculi gra=
uarentur ex hoc ſacrato vnguine tactos dolore protinus carui. Cuꝫ
autem ad aruernam regionem lues illa inguinaria adueniret que ſan=
cti galli epiſcopi oratione depulſa eſt & in ſubita contemplatione pa=
rietes domorum atq; eccleſiarum ſignarentur matri mee apparuit in
viſu noctis quaſi vinum quod in apotecis noſtris habebatur ſanguis
eſſet effectum cui lamentanti ac dicenti ve mihi quia ſignata eſt pla=
ga domus mea ait ei vir quidam noſti inquit ꝙ poſt pridie quod erit
in Kaleñ nouembris paſſio Bepigni martyris celebrabitur Noui ait.
Vade inquit & vigila tota nocte in honorem eius ac reuoca miſſas
& liberaberis a plaga. Expergefacta autem a ſomno impleuit que
ſibi fuerant imperata ſignatiſq; vicinorum domibus domus noſtra in
uiolata permanſit. .·. Cap.LI.

SImphorianus martyr apud auguſtuduneñ vrbẽ martyriũ
cõſũmauit de loco aũt illo vbi gladio pcuſſus ẽ & ſanguis
ei⁹ effluxit qdam religioſus tres lapillos cũ ipſo ſanguine
leuauit & in capſa argẽtea repoſitos in eccleſiam ligneis

conſtructā tabulis apud thigernū caſtrū vrbis aruerne in altari ſancto
locauit. Tēpore autem quo theodoricus rex francorum regionē illam
euertit hoc caſtrum ab hoſtibus incendio concrematur. Cunqꝫ ab alia
rum domorum exuſtione domus dei que vt diximus ligneis erat ta=
bulis fabricata igni apprehenſa conſumeretur populi plangentes dice
bant Vtinam vel beate reliquie non periiſſent interea cuꝫ pruinarū ma
gnus eſſet de incendio aceruus effectus ſubito aquilone flante atqꝫ vrē
te vehementer fauille ab incendio relicte per diuerſa iaciuntur Et ec=
ce capſa illa argentea copioſi ignis illeſa refulgēs tāq̄ ſidus preclarum
apparuit Colligētes autem eā qui tunc aderant clerici requirentes ni=
hil de beatis pignoribus diminutū reperiētes inter tam valida incen=
dia ſpeciē tam tenuē ſic fuiſſe ſalutatam in qua vt ita dicam non ſolum
hec ſed etiaꝫ mille libre argenti aut ferri potuiſſent ſine mora diſſolui
Vere magna ibidem virtus apparuit que populū ad dei cultū & hono=
rem ſui nominis roborat qui factam deinceps aliam in eodē loco baſi
licam ſanctas reliquias in altari poſuerunt Cap LII.

BEati vero marcelli cabillonenſis martyris virtutibus pau
ca ad nos mittenda memorie monimenta venerunt q̄ q̄li=
bet parua cenſeantur in dictis ad eum tamen referenda ſūt
qui hec operatur in ſingulis. Cauſa quidam extiterat vt fe
mius ennomi quondā aruerni preſbyteri filius cabillonē=
ſem vrbem adiret idemqꝫ apud baſilicam ſancti martyris marcelli hoſ
pitalem habebat. Ab abbate loci victus ſtipendia capiens ipſe enī que
loquor expoſuit inter duos inquit viros orta fuit contentio hiſqꝫ liti=
gantibus in hoc lis ipſa ſubiit vt eam ſacramento dirimerent. Ingreſſi
qꝫ baſilicam ſancti martyris eleuatis homo manibus ad periurandum
cum nomen ſancti voluiſſet cum ore patulo nominare heſit vox ī fau=
cibus nec lingua poterat ad officium reflecti. Sed ne hoc quidem parū
videretur ad beati atlete gloriam ipſe cum eleuatis manibus quaſi ene
us totus irriguit. Tunc oratio facta pro eo abſolui diaboli arte vinctuꝫ
obtinuit ipſe quoqꝫ poſt abſolutionē ſermone proprio opus ſuum con
feſſus que negligenter egerat emendaret. Cap. LIII.

HVic martiri adiūgitur & ſanguine et agone propiquꝰ bea
tus atleta valerianus qui apud caſtrū triuorcienſe quadra=
geſima a cabillonēſi vrbe miliario cōſummato certamine
tumulatus eſt. Igitur gallus huius vrbis comes celiaci mor
bi dolore grauatuſqꝫ totam aluum non modo tortura ve=
rum etiam tumore ita conflauerat vt ydropicus putaretur. nihil edere
nihilqꝫ poti capere poſſet fiebatqꝫ iuxta hoc contagiuꝫ vt inedie mor
bo deficeret qui prope exanimis cum ſe cerneret deſperatū rogat ſe de



portari ad beati martyris tumulū vbi cū proiectus fuiſſet acceſſit ad eū
epirechius preſbiter q tunc ipſam regebat eccleſiā vir virtutū & pure
mētis homo ſicut ipſi oculis noſtris inſpeximus dixitqꝫ ei. Si vis ſanꝰ
fieri cōfide in virtute martyris glorioſi & voue vt vnū trabē cū liga=
turis ſuis ad huius tēpli tecta recupanda tranſmittas. Erit enī tibi pre
ſidiū ſi ea deuote impleueris q̄ promittis. At ille attentius orās vouit
q̄ preſbiter indicauit ſtatimqꝫ ſanus factus frabē nullo cōmouente ad
baſilicā ſancti exhiberi p̄cepit. Ecce quid preſtitit dn̄s Ieſus chriſtus
in terris martyribus ſanctis quos glorificatus aſciuit celeſtibus regnis
Nec immerito quia ſacrū nomē eiꝰ corde credētes in opibus inuocā
tes in tētationibꝰ cōfitentes nō modo vt fideles ſerui dn̄m ſunt ſecu
ti. Verūetiā & alios vt ſeq̄rent̄ ſuis exēplis incitauerūt. LIIII.

TImotheus & apolinaris apud remenſiū vrbē cōſummato
martyrio celeſtia regna meruerūt quorum reliquias qui=
dam edificata in eoꝝ honore baſilica deuotus expetiit
Pontifex vero qui aderat cum honore per p̄ſbiteꝝ dirigit
Cūqꝫ iter ageret mulier importuna & credo indigna me
rito invia procedit ſalutatūqꝫ preſbiterum deoſculatur linteuꝫ quo ſa=
cre tegebantur fauille rogat ſibi de hijs aliquid cōdonari. Tunc preſ
biter diu dubitans & tribuere differens victus tandem ab improbita
te eius dimiſit ei particulam aſcendenſqꝫ ſonipedem iter expedire ce
pit iniunctum & percutiens vtraqꝫ equi latera nequaq̄ poterat promo
ueri ipſe vero ita grauatus erat vt vix caput valeret erigere. Intelligēs
aūt martyrū ſe virtute teneri penitētia motus vtiliter recepit q̄ negli
gentia intercedēte largiri preſumpſit reſtitutoqꝫ in capſa quod abſtu=
lerat abire permiſſus eſt. Cap. LV

EVtropiꝰ quoqꝫ ſanctonice vrbis a beato clemente epō fer
tur directus in gallias ab eodē etiam pontificalis ordinis
grā conſecratus impletoqꝫ huius officii ordine per acta
incredulis predicatione inſurgentibus paganis quos au
ctor inuidie credere nō permiſit illiſo capite victor occu=
buit. Sed quia eo tpe inſtante perſecutione neqꝫ a chriſtianis debito
honore veneratus neqꝫ digno loco ſepultus valde datuꝫ obliuioni eū
martyrem fore. Quod hoc ordine traditur reuelatum Poſt multa an=
norum ſpacia in eius honore baſilica edificata eſt. Expletoqꝫ opere
palladius qui tunc ſacerdotalis ordinis cathedram regebat. Conuo=
catiſqꝫ abbatibus ſacros cineres in loco quem preparauerat transferri
ſtuduit. Quod cum factū fuiſſet duo ex abbatibus reſerato opertorio
ſanctum corpus aſpiciunt contemplanturqꝫ cicatricem capitis qua in
parte defixum fuerat ſecuris acumen. Sed ne preſens viſio duceretur

in irritum etiam ſpiritalis hec doctrina cōminuit ilicet cum ſequenti
nocte ſtrauiſſent ſacerdotes membra quieti apparuit per viſum hiis
duobus dicens Cicatricem quam contemplati eſtis in capite ſcitote
me per eam martyriuum conſummaſſe ex hoc ꝙ martyr eēt innotuit
populis quia non aderat hyſtoria paſſionis. Cap. LVI.

AMarantus autem martyr apud albigeñ vrbem ex acto ago
nis fidelis curſu ſepult⁹ viuit in gloria. Cuius vt hyſtoria
paſſionis declarat ſepulcrum diu vepribus ſepibuſq; conte
ctum latuit ſed dño iubente chriſtianis populis reuelatum
eſt & cripta in qua quieſcebat patefacta reſplenduit. Sed cū hoſtilitate
impellente locus ab habitatoribus fuiſſet eneruatus a longinquo ve=
nientes incole honorē beati martyris quaſi cuſtodi proprio nitebanť
impendere igitur cum cereos frequenter deuotio chriſtiana deferret
quadā die cōtigit vt quidam pre lōginquitate itineris incrementum
ignis quo accenderetť cereus nō exhiberet. Arreptāq; ſilicē ferro ver
berat quaſi ignē elicitur⁹ qđ dum ageret & crebris ictibus lapidē qua
ciens nihil foci poſſit excutere celeſti lāpade cereus quam beato ſepul
cro affixus erat illūinatur ſicq; factuȝ eſt vt q̄ hūane non expleuerant
induſtrie pagerentť diuini numinis maieſtate. Ceſſante hūano ſtudio
celeſtia officia miniſtrātur lūiſq; noui fulgore cereus clarificatť accēſ⁹.
Qđ cū populis manifeſtū fuiſſet incremētū foci vlterius ad accēdēdū
lumē nullus exhibere p̄ſumpſit. Poſtq̄ vero loc⁹ ille inhabitari ab hoī
bus cepit atq; ibi dom⁹ in quibus ignis accēderentť adeſſent. Hoc mira
culū nō eſt ita p̄ſtitū plebi cū aliis miraclis frequēti⁹ illuſtretť. LVII

HVic cripte ſociatur & ille honorificetiane pſecutionis mar
tyr eugenius ſacerdotalis infule maximū decus quem in
hac vrbe detruſum exilio vel ipſius vel ſocioꝝ eius paſſio
narrat. Hic cū magnis in ſeculo polleret virtutibus & iā
victor de tormentis martyrialibus exiliſſet tēpus vocatio
nis ſue quo arceſſiretur ad gloriam dño reuelante cognouit illud pre
cipue quod populis occultabatur manifeſtum noſcēs ſe martyri ama
rando ſociū eſſe futurum ad eius ſepulcruȝ dirigitur proſtratuſq; ſolo
diutiſſime orationem fudit ad dominū dehinc expanſis per pauimē=
tum brachiis ſpiritum celo direxit qui a chriſtianis collectus in ipſa q̄
diximus cripta ſepulture mandatus eſt. Ad cuius feſtiuitatem tēpore
quodam innumeri populi conuenirent negocia multa in atrio protu
lerunt. Puella vero vna ex habitatoribus loci ſtationem adit quaſi ali
quid coemptura ſpeciemq; ſibi aptam aſpiciens a negociatore ſuſce
pit. Et ſtatim dicto citius porrectam alteri negat ſe accepiſſe. Nego=
ciator vero intente aiebat mea eam tibi manu protuli tuq; rimandam



ſollicite ſuſcepit illaq; negante ait Negociator ſi tibi tanta eſt pertina
cia auaricia ſtimulante negandi iudicet illud beatus martyr eugenius
Ad cuius ſepulcrū ſi cum ſacramenti interpoſitione dixeris te non ac
cepiſſe damni mihi nihil eſtimo quod amiſi. At illa pollicita ſe poſſe
ex hoc exui ſacramento vadit ocius ad ſepulcrum eleuatiſq; manibus
vt iuraret extemplo mēbris diſſolutis irriguit planteq; eius affixe ſunt
pauimento vox heſit in gutture tantum os patulum a ſermone nudū
hiabat. Quod negociator cum reliquo populo cernens ait. Proſit
tibi inquit virgo hec ſpecies quam tuliſti mihi. Sufficit vltio data p
martyrem & hec dicens a loco diſceſſit illa vero in hoc tormento diu
tiſſime detenta tandem martyre iubēte locuta palam cōfeſſa eſt quod
clam latere voluerat. Quid agis o infelix auaricia cur petendarum re
rum alienarum ſuccumbis mens feminea non virilis vt quid firmam
loricam mentis modica tranſuerberas ſagitta cupiditatis. Quid con
gregas o homo auri rubiginoſi talenta cum hiis arſurus in gehenna.
Quid tibi proſunt peritura lucra que eterne vite pariunt detrimenta
iuxta illud dñi verbum. Quid prodeſt homini ſi totum mundum lu
cretur anime autem ſue detrimentum patiatur aut quam dabit homo
cōmutationem pro anima ſua. Cap. LVIII.

ECcleſia eſt vici Iaodorenſis ſub termino turonice
vrbis q̄ plerūq; ſacris miraculis illuſtratť. Feneſtras
ex more habēs que vitro lignis incluſo claudūtur
quo p̄clarius edi ſacrate lumē qđ mūdus meruerit
ſubminiſtrent. Quam eccleſiā fur importunus ag
greditur ingreſſuſq; nocte cū oīa cerneret cuſtodū
cura tueri & nichil de ſacris miniſteriis qđ auferre
aduerteret ait intra ſe. Si aliud inquit inuenire nō poſſum vel has ip=
ſas quas cerno vitreas auferā fuſoq; metallo aliqd auri conquiri ſibi.
Ablatis igitur diſſipatiſq; vitreis metallum abſtulit. Et in pago bitu
rigi teritorii contulit. Miſſumq; vitrum in fornace per triduum de=
coquens nullum exinde opus potuit expedire victuſq; crimine diui=
num ſuper ſe iudicium intuens nequaq̄ motus perdurat in malis abla
tum autem a cacabo vitrum quod in pilulis neſcio quibus conuer=
ſum fuerat aduenientibus negociatoribus venundedit vt ſcilicet ac=
cepta pecunia nouus giezi perpetuam lepram compararet. Nam
aduenenıente die poſt anni curriculum q̄ hoc furtum fecerat caput
eius tumori datur. Oculi quoq; inflantur vt erui a ſuis locis autu=
mentur. Hec autem ei ſingulis annis eueniunt in die illa qua furtum
admiſi. Plangitq; miſer vitrum quod ex itinere quo tranſmiſit non
potuit reuocare. Cap. LIX

APud vrbē vero nãneticã duo ſunt martyres pro chriſti no
mine iugulati quorũ vnus rogacianus alter donatus ē vo.
citatus. Habetur ibi etiã & ſimilis magnus cõfeſſor igr̃ cũ
ſupradicta ciuitas tempore clodonichi regis barbara val=
laretur. obſidiõe etiam ſexaginta dies in hac erumna flu=
xiſſent media fere nocte apparuerunt populis viri cũ albis veſtibus ra=
diantibus cereis a baſilica beatorũ martyrũ egredi. Et ecce alius cho=
rus huic ſimilis de baſilica procedere antiſtitis ſimillimi. Cũq; coniun
gẽtes ſe data ſalutatione orationi incubuiſſent receſſerunt vnuſquiſq; ad
locũ vnde progreſſus fuerat ac protinus oĩs phalaux hoſtilis immẽ
ſo pauore exterrita ita ſubito impetu loco diſceſſit vt facta luce nullus
ex his reperiri poſſit. Apparuit antedicta virtus chilloni cuidam q tũc
huic exercitui preerat. Qui necdũ erat ex aqua & ſpiritu ſancto renatus
qui ſtatim compunctus corde reuerſus ad dominuȝ iterata natiuitate
progenitus chriſtũ eſſe filiũ dei viui clara voce confeſſus eſt. Cap. LX.

IN tertitorio quoq; vrbis nãnetice in vico quodã ſupra al
ueũ ligeris beati naȝarei reliquie cõtinent̃ igitur quodam
tẽpore hõ deuotus balteũ ex auro puriſſimo cum oĩm ap
paratu ſtudioſiſſime fabricatũ ſuper altare baſilice illi⁹ po
ſuit Orans vt in cauſis ſuis martyris virtus dignaret̃ adeẽ
Qno recedente brito quidã ex ſatellitibus vuarochi britannorũ comi
tis & primus cum eo affuit ablatoq; violenter apparatu baltei ipſumq;
balteum repetit Remittente preſbytero atq; dicente dei res hee ſunt &
ad reficiendos pauperes ſancti martini ſunt collate ne famem peſſimã
patiantur. qui huic templo fideli deuotione deſeruiint vnde tu potius
huc aliqua inferre nõ auferre debebas Nõ molliuit hominis auari aĩm
abbatis illius predicatio Sed potius minari ei cedit ac dicere niſi ſine
mora refuderis balteuȝ manu mea interimeris Tunc victus abbas ſpe
ciem ſuper altare quo ſctã teguntur pignora collocauit dicens En ip=
ſam quã petis reiculã ſi metus de virtute martyris nullus eſt aufer Erit
eñ vt confidimus de veſtigio iudex. Si ea auferre preſumpſeris. At il
le nihil metuens abſtulit iubẽs ſibi equum ante ipſam baſilice porticũ
preparari. Cui ait ſacerdos. Nullus vnq̃ in hoc loco equuȝ preſumpſit
aſcendere. Da queſo gloriam deo & honora martyreȝ ne mali aliquid
patiaris ille vero mandata negligens ſacerdotis Aſcenſo in atrio ſan=
cto vbi egredi venit percuſſum ad porte limen ſuperius caput ad hu=
mum teſto dirupto corruit manibuſq; ſuorum deportatus vt tuguriuȝ
cuiuſdam pauperculi quod erat proximum eſt ingreſſus protinus ſpiri
tum exalauit Qđ vuarochus audiens & res quas hic abſtulit reſtituit &
de ſuo proprio multa cõtulit pauore perterritus. Cap. LXI.

ESt apud agrippinenſem vrbem baſilica in qua dicuntur quiqua



ginta viri ex illa legione ſacra thebeorum pro chriſti nomine marty=
rium conſummaſſe. Et quia admirabili opere ex muſino quodam mo
do deaurata reſplendet ſanctos aureos ipſam baſilicam incole vocita
re vooluerunt. Quodam autem tempore eberegiſili epiſcopi qui tunc
huius vrbis erat antiſtes capitis medietates validis doloribus quatie=
bãtur. Erat autem tunc temporis in vrbe oppido proxima: quo dolo
re, vt diximus valde attenuatus miſit diaconem ſuum ad ſanctorũ ba=
ſilicam Et quia in ipſius templi medio puteus eſſe dicitur in quo ſan=
cti poſt martyrium pariter ſunt coniecti collectum exinde puluerẽ de
tulit ſacerdoti. Verum exinde caput attigit exemplo dolore omni ex=
emptus eſt. Cap. LXII.

AB hoc ſacerdote ſancti martyris malloſi corpus repertum
eſt hoc modo. Cum fama ferret hunc apud bertunenſe op
pidum martyrium conſummaſſe. Occultum erat homini=
bus illis quo in loco quieſceret. Erat tamen oratoriũ inibi
in quo nomen eius inuocabatur. Supradictus vero ponti=
fex in honore eius baſilicam edificauit vt ſcilicet cum aliquid reuela=
tionis de martyre acciperet. In ea beatos artus domino annuente trãſ
ferret. Deniq; in latere baſilice id eſt in pariete qui a parte erat oratorii
in abſida collegit Preſtolans dñi miſericordiam quid iuberet de mar=
tyre reuelari. Poſt hec diaconus quidem mentenſis per viſum ductus
vbi martyr quieſceret eſt edoctus. Poſt paucum autem tempus veniẽs
ad epiſcopum Et quaſi certa ſigna que per viſum viderat relegẽs cũ
prius ibipem non fuiſſet ait epiſcopo hic effode & inuenies corpus ſã
cti id eſt in medio abſide at ille cum fodiſſet quaſi in ſeptem pedes at
tigit nares eius odor immenſi aromatis & ait. Credo in chriſto ꝙ oñ
dit mihi martyrem ſuum quando me hec ſuauitas circundedit Et fo=
diens reperit ſanctum corpus illeſum Et emittens voce magna gloria
in excelſis deo omnem clerũ pſallere fecit. Dicto quoq; hymno cor=
pus ſanctum in baſilicam tranſtulit & cuȝ laude debita ſepeliuit Ferũt
ibidem in victorem martyrem eſſe ſepultum non eum adhuc cogno=
uimus reuelatuuu. Cap. LXIII.

PAtroclus quoq; martyr qui apud vrbem trecaſſinorum ſe=
pultus habetur ſepius ſe amicum dei virtutibus multis oñ
dit. Erat eñ ſuper eum paruulum oratoriũ in quo vnus tã
tum clericus ſeruiebat. Loci enim holes paruuȝ exhibebãt
martyri famulatum. Pro eo ꝙ hiſtoria paſſionis eius nõ ha
beretur. in prõptu mos nanq; erat hominuȝ ruſticorum vt ſanctos dei
quorum agones relegunt attentius venerentur. Quidam igitur de lon
ginquo itinere veniens libellum huius certaminis detulit lectori quẽ

a quo loco ſeruire diximus prodidit ad legendum ille vero poſt de-
curſam lectionem valde gauiſus nocturno ſub tempore famulante lu-
mine velociter exemplauit hominibus quidem digreſſis hic epiſcopo
ſuo exhibet que repererat putans ſe per hec gratiam aſſequi ſacerdo-
tis. At ille non credens niſi confictum eſtimans ce um increpatumq;
clericum accedere iubet dicens te hec iuxta votu3 tuum dictitaſſe ma
nifeſtum eſt. Nam nunq̃ ea cum vllo homine repperiſti. Poſt multu3 ve
ro tempus vt virtus martyris non eſſet occulta abiit exercitus in Italiã
detulit paſſionis huius hiſtoriam ſicut a clerico tenebatur ſcripta. Tũc
confuſus valde epiſcopus cognouit vera eſſe que a clerico dicebantur
Populus autem ex hoc magis honorare cepit martyrem conſtructa-
q; ſuper eum baſilica feſtiuitatem eius per ſingulos annos deuote con
celebrat Cap. LXIIII.

[A]Vtolianus autẽ martyr apud vrbem aruernam martyrium
cõſummauit in cuius honore alchima ſoror placidine con
iunx apollinaris epiſcopi templũ edificare cupientes mul
ta ſanctorum corpora dũ fundamenta iacerent remouerũt
neſcientes cuius merita eſſent quorum ſepulcra reppererãt
que cum ſe iunctum ſepelire propter aliorum ſepulcrorum multitudi-
nem que locum illum ab antiquo repleuerant non haberet congrega-
tam oſſium maſſam in vnam proicientes foſſam humo operuerũt idq;
quod deo vel ſancti martyri acceptabile non fuiſſet per viſum cuida3
apparuit viditq; homo ille contorquentem beatũ Autolianũ cum reli
quis ſanctis atq; dicentem. Ve mihi quia propter me multi fratrũ meo
rum iniuriati ſunt. Verũtamen dico quia hec ceperunt ad effectũ per-
ducere non poſſunt. Quod ita geſtum eſt erectis tamen parietibus ſup
altare edis illius turrem a colũnis pharis eracliſq; tranſuolutis arcubus
erexerunt. Miram camere fucorum diuerſitatibus imaginatam adhi-
bentes picturam Nam ita hoc opus elegans & ſubtile vt per longa tẽ
pora rimarum frequentatione diuiſum pene in ruinã pendere videret
quod periculum auitus pontifex cernens anticipans futurã columna-
rum fragem iuſſit tegnos aſſereſq; vel tegulas amoueri que ſubmota
nec adiutoria columnis appoſita nutu dei diſcedentibus de machina
ſtructoribus vt cibu3 caperent Secedentibuſq; reliquis a baſilica dato
columne immenſo pondere cum magno ſonitu ſuper altare & circa al
tare diruerunt. Cõpletaq; eſt edis nebula de effracti calcis puluere. At
ſacerdos exanguis duorum damnorũ detrimenta ſuſpirans ne & mar
mora confregiſſent & aliquis deperiſſet e populo ſcire non poterat qd
damni acceſſiſſet Nullus enim propter nebulam pulueris illuc poterat
accedere. Poſt duarum vero horarum ſpacium recedente nebula in-



greſſi vel defunctorum colligere corpora vel columnarum fragmen-
ta rimari nullum hominem periſſe cognoſcunt Altare quoq; mirantur
illeſum in quod e tanta altitudine impacte columne nihil leſionis in-
tulerunt. Quid plura inuenerunt omnia integra cuncta contemplan-
tur eſſe ſaluata glorificant martyre3 conſpiciunt dei virtutẽ qui ſic al-
tare columnaſq; ſeruauit illeſas In hui⁹ vrbis territorio & iulianus mar
tyr agonis palmam legittime decertando promeruit. De cuius virtu-
tibus que ad nos venerunt in libro que3 de eius miraculis proprie ſcri
bere preſumpſimus declerauimus. Cap. LXV.

[I]N ipſo quoq; territorio tempore quo chriſtian⁹ ar
uernum abiit cum diuerſa ſcelera ab eius gererẽtur
miniſtris quinq; viri ſacro ſanctum oratorium do-
mus iciacenſis furtim appetunt habentur aute3 in
eo ſancti ſaturnini reliquie irruptum abbatis pal-
liolis vel reliquis miniſterii ornamentis nocte te-
gente diſcedunt. Sed preſbyter recognoſcens fur-
tum ac inter vicinos ſcrutans nullum potuit ex his que ablata fuerãt
indicium repperire Protinus vero latrones qui hec admiſerant in aure-
lianenſe territorium tranſtulerunt diuiſiſq; rebus accepit vnuſquiſq;
partem ſuam Sed mox inſequente vltione diuina quattuor in ſeditio-
nibus interfecti ſunt. Quintus vero totam ſibi furti huius hereditatem
ſuperſtes remanens vendicauit. Sed vbi hec in domo ſua contulit ſta-
tim obtectis ſanguine oculis excecatus eſt. Tunc compunctus tam do
loribus q̃ inſpiratione deuouit dicens. Si reſpexerit deus miſeriã mea3
& mihi viſum reddiderit referam loco illi ſancto quo abſtuli . Et hæc
cum lacrimis orans viſum recepit Accedens vero ad oppidum aure-
lianenſe prouidente deo diaconem aruernum inuenit. Cui traditis
rebus ſuppliciter exorauit vt eaſdem oratio reſtitueret. Quod diacon⁹
deuotus impleuit. Cap. LXVI.

[N]Vperrimo autem tempore in huius vrbis aruerne territo-
rio quod adiacet 3igernenſi caſtello Geneſius eiuſdem lo
ci ſanctus ſe hoc mundo reuelauit. Pauper quidam bo-
ues quos ad exercendam culturam habebat caſu ab ocu-
lis dilapſos perdidit. Eoſdemq; ſolicita indage quæ fi-
ctos reperire non potuit. Conſequenti vero nocte apparuit ei vir qui-
dam per viſum dicens. Vade per viam que ad ſiluam ducit & inuenies
boues quos ſollicite requiris iuxta lapidem marmoris herbarum co
piam decerpentes iunctiſq; ad plauſtrum marmorem exhibe & iuxta
ſepulturam que vie eſt propinqua compone. Ego eñ ſum qui tibi hec
loquor geneſius cuius ẽ tumulus ille qui in albis poſitus p martyrum

ab hoc mundo migrauit. Conſurgens aũt homo ille diluculo reperit
boues iuxta lapidẽ fecitqꝫ ſicut ei preceptũ fuerat per viſum. Sed nec
in hoc defuit miraculũ Cũ immẽſus lapis quẽ multa boũ paria moue
re nõ poterãt a duobus tm̃ delatꝰ ẽ bobus. Ex hoc eñ multi infirmi
ibidẽ venientes votoꝝ promiſſa ſoluẽtes ſanitatẽ recipiunt. Audiens
hec Auitus ep̃s vrbis illius baſilicã ſup tumulũ ſancti magnã edifica=
uit dedicatãqꝫ feſtiuitatẽ in ea excoli p̃cepit in qua nũc multa frequẽ=
tia populoꝝ cũ votis vt diximus veniẽs cũ ſanitate regredit̃. Hanc
etiã baſilicã ſancti geneſii arelateñ reliquiis illuſtrauit. LXVII.

HIc vero martyr geneſius deciſione ceruicis agonem pro
chriſti noie apđ eandẽ arelateñ ſcꝫ vrbẽ pollente feruore
fidei conſummauit. Eſt aũt ibi arbor vbi dicitur decolla
tus fuiſſe generemorus. Ex qua infirmis multa plerumqꝫ
beneficia impartiente martyre ſunt conceſſa. Sed decur=
ſis temporibus cum rami cortexqꝫ eius pro ſaluatione a multis detra
herentur arefacta eſt. Veruntamen adhuc fideliter petẽtibus viuit ſi=
milia p̃bens medicamina qđ ſupeſt de colũna. Cap.LXVIII

SEd & pons quondã ſuper rhodanũ fluuiũ vbi beatꝰ mar
tyr nataſſe fertur in die ſollẽnitatis eius diſruptis cathenis
quia ſuper naues locatꝰ erat nutare cepit ac pre nimio põ
dere populoꝝ ipſe naues dehiſcentes in alueo fluminis po
pulũ ſubmergebant. Tunc oẽs ſimul in diſcrimine politi
vna voce clamauerũt dicentes. Geneſi beatiſſime eripe nos proprie
ſanctitatis virtute ne pereat plebs q̃ fideliter aduenit tua deuote ſollẽ
nia celebrare. Mox flãte vẽto vulgus oẽ ad littus reductũ mirat̃ ſe vir
tute martyris eſſe ſaluatũ. Nam & cãcelli beati ſepulcri ſepius a longo
bardis vel reliquis hoſtibꝰ cõfracti ſunt. Sed arrepti a demone hoies
aut cõprẽhenſi rabie debachantes aut proprii ſe dentibus lacerantes
nihil de hiis que violenter ceperant abſtulerunt. Ferunt etiam in vr=
be fuiſſe mulierem cui viro crimen impartum nec omnino probatum
a iudice vt aquis dimergeretur diiudicata eſt. Cui cum ad collum la=
pis immeſus funibus colligatꝰ fuiſſet in rhodanũ de naui p̃cipitata ẽ il
la vero beati martyris auxiliũ p̃cabat̃. Et nomẽ eius inuocãs aiebat.
Sancte geneſi glorioſe q has aquas natãdi pulſu ſanctificaſti erue me
iuxta innocentiã meã & ſtatim ſup aquas ferri cepit Quod videntes
populi ſuſceperũt eã in naui & ad baſilicã ſãcti duxerũt incolumẽ nec
vlterius a viro vel a iudice eſt q̃ſita. Cap.LXIX.

QVtum innocẽtia p̃ſtat q̃tum mẽs pura meretur Nã ſimili
ſorte alia mulier a viro ſuo adulterii crimẽ accepit. Qđ co
rã iudice diutiſſime enegãs cũ ꝓpria cõfeſſione ſuparı nõ



poſſit diuidicatur immergi de hic cõcurrẽte ad ſpectaculũ populo ad
pontẽ ducitur amnis ararici cõnexo cũ fune lapide molato collo eius
precipitauerũt eam in flumen increpante deſuper viro atqꝫ dicẽte Ab
lue nunc aquis habundãtibꝰ fornicationes atqꝫ immunditias tuas qui
bus ſepe maculaſti ſtratũ meũ. Sed dñi pietas que inſontes perire non
patit̃ prouidit ſtilũ ſub aquis quẽ videre homo non poterat qui ſuſci
piens funẽ ſuſtinuit mulierẽ ne ad fundũ fluminis perueniret. Et erãt
vtraqꝫ ſub aquis mulier ſcilicet & petra ſtili illius lance librata Cũqꝫ iaꝫ
ſol occubitum peteret propinqui femine illius depoſcunt a iudice vt li
ceret per alueũ torrentis cadauer parentis inquirere Accepta itaqꝫ idul
gentia deſcenderunt ad locum in quo precipitata eſt mulier Viderunt
qꝫ eam pendere cnm lapide miſſoqꝫ vnco abſtraxerunt illam intelligẽ
teſqꝫ eſſe viuaꝫ velociter ad baſilicã que eſt flumii proxia tranſtulerũt
Timebant euim ne iterũ mergi iuberet̃ a iudice interrogabant autem
mulierẽ qualiter ſub pelago viuere potuiſſet reſpondit. Nõ mihi aliter
q̃ ſomniũ viſum eſt nec amplius aquas ſenſi niſi cũ in his proiecta de=
ſcendi aut ab his iterum ſum reſumpta ſurrexi. Et mutabant̃ oẽs nõ po
tuiſſe eam mori in tali diſcrimine ſaluauit enim eam proprie conſcien
tie fides. Et dñs quẽ iugiter deprecata eſt. Deinde parentibus indul=
ta nec a viro nec a iudice eſt amplius inquiſita ſed ad virtutes marty=
ris redeamus. Cap.LXX.

VIſonticorũ quoqꝫ ciuitas propriis illuſtrata martyribꝰ ple
rũqꝫ miraculis p̃ntibus gaudet. Huic in obitu cripte duo
vt paſſio declarat martyres ferreolus atqꝫ ferrucio ſunt ſe=
pulti Factum eſt autem quodã tempore vt vir ſororis mee
inualeſcente febre grauiter egrotaret. Cũ iam quarti mẽſis
ſpacio lectulo anhelus occumberet vt nihil aliud coniunx meſta niſi
que ſepulture erant neceſſaria cogitaret ſanctorũ baſilicam flens ac tri
ſtis expetiit. Prouolutaqꝫ coram ſepulcris palmis ac facie rigente op=
primit pauimentum Accidit autem fortuitu vt extenſa dextere manꝰ
palma folium herbe ſaluie quod pro honore martyrum in cripta con=
ſperſum fuerat operiret. Poſtq̃ autẽ fuſa oratione cũ lacrimis ſurrexit a
tumulis putans aliquid de liteaminibꝰ quibꝰ induta erat prendiſſe vt
ad ſolẽt nolaꝫ cõtinuit clauſam Egreſſaqꝫ baſilicã patefacta manu fo
lium herbe miratur obſtupefacta quid hoc eſſet munus celeſte indultũ
ſibi diuinitus recognoſcit vt ſcꝫ per eũ virtus martyrũ infirmo ſuccur
reret domũ igr̃ iã letior rediẽs foliũ dilutũ aq̃ viro porrexit ad bibẽdũ
Qui vt hauſit plenus fide protinꝰ ſanitatẽ pleniſſimã meruit cõtinere.

DIonyſius vero epiſcopus pariſiorũ vrbi datus eſt (Ca. LXXI
martyr tẽpore vero quo ſigibertus rex cum exercitu ad vrbem

ſilam venit & maxima vicoruȝ eius partem incendio cōcremauit Qui
dam de primoribus eius ad baſilicam antedicti martyris properat nō
orationis deuotione ſed tantum vt aliquid fraudaret ab ede ilicet vbi
reſerata hoſtia ac vacuum templum a cuſtodibus reperiſſet pallaȝ olo
ſiricam auroq; exornatam ex gemmis que ſanctum tegebat ſepulcrū
temerario auſu diripuit ſecumq; ſuſtulit. Veniens āt ad caſtra fuit ei ne
ceſſitas nauigandi. Cunq; puer eius quem tunc creditum habebat ſuſ=
penſis ad collum ducentis aureis nauem cum eodem aſcendiſſet ſubi=
to a nullo tactus de naui ruit oppreſſiſq; aquis nunq̄ potuit inueniri il
le quoq; iudicium dei in ſe cernens per pueri amiſſionem & auri velo=
citer littori de quo digreſſus fuerat remeauit pallamq; ſepulcri ſumma
velocitate reſtituit. Et licet hoc fecerit tamen diem in quo hec admi=
ſerat recurrēte anni circulo non attingit. Alius autem ſuper ſepulcruȝ
ſanctum calcare non metuens dum columbam auream lancea querit
elidere )elapſiſq; pedibus ab vtraq; parte quia turritum erat tumulum
compreſſus teſticulis lancea in latera defixa exanimis eſt inuentus id
non fortuitu cōtigiſſe. ſȝ iudicio dei geſtū null⁹ ambigit Ca. LXXII.

APud virmandenſe vero oppidum galliarum quintin⁹ mar
tyr quieſcit cuius beatum corpus a quadam religioſa que
dudum fuerat cecata reperitur. Sed mox vt a fluminis fun
do reuelatum eſt miraculum protulit cum mulieris faciei
vbi primum illuxit lumina cecata reſtituit. In hac igitur vr
be vnus ex latronibus equum preſbyteri furtim abſtulit inuentus a pſ=
bytero iudici manifeſtatur nec mora apprehenſus & in vincula cōpa=
ctus ſupplicio ſubditur opus ſuum ore proprio indicans patibulo iu=
dicatur. Sed preſbyter metuens ne ob ſui damni cauſam anima homi
nis auferretur iudicem deprecans vt conceſſa ille vita hic culpa reus ab
ſolueretur a pena dicens ſibi ſatis eſſe iam factum quod per tot tormē=
torum genera latro que geſſerat declaraſſet ſed ſeueritas iudicis cum
nullis precibus potuiſſet flecti reum patibulo condemnauit. Tūc preſ=
byter cum lachrimis proſtratus ad beati martyris tumulum ſupplici=
ter deprecatur dicens Queſo glorioſiſſime atleta chriſti vt eruas hunc
pauperem de manu mortis inique ne mihi fiat in opprobrium ſi per
meam accuſationem moriatur hic homo. Oſtende deprecor virtuteȝ
tuam vt quem aſperitas humana nequit abſoluere leuis pietatis mode
ramine tu diſſoluas hec ſacerdote cum lacrimis deprecante diſruptis
vinculis patibuli reus ad terram ruit. Quod audiens iudex timore per
territus & diuinā admirans virtutem nichil vltra illi nocere preſum=
pſit. Cap. LXXIII.

ESt alius martyr infra terminuȝ vrbis beorritane preſbyteri hono



re preditus. Cuius paſſionis hiſtoria apud loci incolas legitur. Hic dū
eſſet in corpe caſtaneā diu aridam ſuis orationib⁹ obtinuit in viridita
tem redire in cuius baſilica cū plerumq; ſuper infirmos mirabilia oſtē
dantur illud pre ceteris eſt admirabile. Quod liliū dudū collectū & ſic
cuȝ in eius ſolemnitate denuo reuireſcit ita vt intueanť illa die populi
flores nouos quos prius viderāt arefactos Ad huius em̄ ſepulcrū ple=
rūq; ſacramētū mendax prolatū a perfidis virtute martyris cōfutatur
vt q̄ temeritate elatus aduenerat emēdatus abſcedat. Cap. LXXIIII.

SEpe em̄ dominus arrogantiā cōtumacis mētis virga cor=
rectionis eneruat vt eandē cultus ſui generatio reſtituat ſi
cut quondam de ſigiſmundo rege manifeſta fides geſtuȝ
profert. Hic etem̄ poſt interemptū per inique cōſiliū con
iugis filium compunctus corde aganno dirigit ibiq; pro=
ſtratus coram ſepulcris beatiſſimorū martyrum legionis felicis penitē
tiam egit deprecans vt quecunq; deliquerat in hoc ei ſeculo vitio di=
uina retribueret vt ſcȝ habeať in iudicio abſolutus ſi ei mala que geſſe
rat priuſq̄ de mundo pecedat repenſentur. Ibiq; & pſallentiū cotidia=
nū inſtituit locūq; tā in territoriis q̄ in reliquis rebus affluentiſſime di
tauit. Poſtea vero captus a clodomere rege cū filiis interfectuſq; ei⁹ iuſ
ſu ad eundē locū delatus ſepulture mādatus eſt quē in cōſortio ſctōꝝ
aſciū ipſa res que geritur manifeſtat. Nā ſi qui nūc frigoritici in ei⁹ ho
nore miſſas deuote celebrant eiuſq; pro requie deo offerunt oblatio=
nem ſtratim compreſſis tremoribus reſtinctus febribus ſanitati priſti=
ne reſtaurantur. Cap. LXXV

MAgna eſt enim virtus ad antedictorū martyrū ſepulcra de
quibus relictis pluribus pauca perſtringere libuit. Mulier
quedam filium ſuum vnicum ad hoc monaſterū adducēs
abbati tradidit erudienduȝ videlȝ vt factus clericus ſāctis
manciparetur officiis. Verū cum iam ſpiritalibus erudit⁹
in litteris & cum reliquis clericis in loco canentium pſalleret modica
pulſatus febre ſpiritum exalauit cucurrit mater orbata ad officiū fune=
ris plangens ſepeliuitq; filium Verumtamē non ſuffecerunt hee lacri=
me dolori que in exequiis ſunt effuſe. Sed per dies ſigulos veniebat &
ſuper ſepulcrum nati ſui emiſſis in altum vocibus eiulabat Cui tandeȝ
apparens per viſum noctis beat⁹ mauricius ait. Quid tu o mulier inceſ
ſanter filii obitum plangens nunq̄ deſiſtis a luctu: Cui illa dies inquit
vite mee hunc planctum non explent ſed quoad vixero ſemper de=
fleam filium meuȝ vnicū nec vnq̄ mitigabor a lacrimis donec oculos
corporis huius debita mors concludat. Cui ille noli ita ait quaſi mor=
tuum flere ſed equanimiter age. Nam ſcias eum nobiſcum habitare &

in luce vite perennis conſortio noſtro perfrui. Et vt veraciter credas
certa eſſe que loquor ſurge craſtina die ad matutinū & audies vocem
eius inter choros pſallentium monachoꝝ. Et non ſolum die craſtina
ſed etiam omnibus diedus vite tue cum veneris audies vocē eius. Et
ideo ne fleueris eo ꝙ gaudere te oporteat potius q̃ lugere. Surgit mu
lier longaꝫ ducit ſuſpiria nec obdormit in ſtratu ſuo donec ſignum
ad conſurgēduȝ cōmoueatur a monachis quo cōmoto accedit ad ec
cleſiam aliqua de viſione quam viderat probatura nichil eñ preteriit
de pollicitatione ſancta ſed q̃ fuerant diuinitus nūciata mox impleta
noſcuntur. Verum vbi cantato reſponſo antiphonaȝ caterua ſuſcepit
monachoꝝ audit genitrix paruuli vocem cognoſcit & gr̄as agit deo
Sed & illud quod martyris ore promiſſum habebatur prorſus imple=
tum eſt vt oībus diebus vite ſue cum acceſſiſſet mulier ad pſallentium
vocem audiret huius infantuli inter reliqua modulamina vocū. Cum
aūt guntrānus rex ita ſe ſpiritalibus actionibus mancipaſſet vt relictis
ſeculi pompis theſauros ſuos eccleſiis & pauperibus erogaret accidit
vt miſſo preſbitero munera fratribus qui ſanctis agannenſibus deſer=
uiūt ex voto traſmitteret precipiens p̃ſbitero vt ad eū rediens ſancto=
rum ſibi reliquias exhiberet igitur dū impleta regis preceptione cuȝ
hiis regrederetur pignoribus limanni laci per quē rodanus influit na
uigiū petit. Extēditur aūt lacus ille in longitudine quaſi ſtadiis qua=
dringentis. Latitudine aūt in ſtadiis centum quinq̄ginta. Deniqꝫ re=
uertēs p̃ſbiter Vt diximꝰ cum nauigiū hoc fuiſſet aggreſſus ſubito tē
peſtas exorta fluctus tollit ad ſidera ſurgunt vndarum mōtes & nūc
puppis nauicule prora dehiſcente fertur in altum nunc iterum demer
ſa puppe prora tolliẗ in ſublime. Turbantur naute & nihil aliud niſi
ſola mors in hoc periculo preſtolatur. Tunc preſbiter cum videret ſe
hiis fluctibus obrui & ſpumis vndarū ipſarum grauiter operiri extra=
cta a collo capſula que ſanctoꝝ pignora continebat vndis tumētibus
fidus obiecit ac ſanctoꝝ preſidium clara inuocat voce dicens. Ne
peream in hiis fluctibus virtuteȝ veſtram deprecor martyres glorioſi
ſed potius qui iugiter peuntibus prebetis auxiliū mihi queſo dextraȝ
ſalutis porrigere dignemini. Fluctꝰ opprimite noſqꝫ ad littus optatū
veſtri adiutorii ope ducite. Et hec dicēs. Ceſſante vēto decedētibꝰ vn
dis ad littus euecti ſunt. Hec ab ipſo cognoui preſbitero in hoc eñ
ſtagno ferunt truttarum piſcium magnitudinem vſqꝫ ad centum li=
brarum pondera haberi. Cap. LXXVI

ESt & ad ſepulcrum ſancti Victoris maſſilieñ martyris mira
virtus. Nam cum ſepius ad eū accedentes infirmi ſanentur
reliqui inergumini tamē multum ſe collidētes & martyrem



declamātes eiectis demonibus liberanẗ. Aureliani aūt patricii ſeruus
a demonio correptꝰ dolēdo exitu cruciabatur ita vt plerūqꝫ propriis
ſe morſibus laceraret ſed adductus ad baſilicā ſancti cū ſe exuri eiꝰ vir
tute fatereẗ debachans ꝑ totā edē die tertia mūdatus abſceſſit. Qui
intm̄ fidei merito roboratus eſt vt deinceps humiliatis capillis abba
tis ſortitus ordinē monaſterio vni preponereẗ. Cap. LXXVII

ESt apud nemāſenſis vrbis oppidū bandelij martyris glo
rioſum ſepulcrū de quo ſepius virtutes manifeſtātur. Ex
quo ſepulcro laurus orta & ꝑ parietē egreſſa arboreȝ foris
fecit ſalubri coma vernantē Quod ſepe loci incole in mul
tis infirmitatibus habere celeſte remedium ſunt experti.
Pro quibus virtutū bñficiis cum plerūqꝫ nudareẗ a foliis vel ipſa quo
dāmodo cortice arida eſt effecta vnde quia morbos ab ea multarum
infirmitatū diximus depelli longum fuit ſingulos quoſqꝫ memorarī
ideo hec ſufficere putaui ꝙ ea medicamenta largiendo aridā effectaȝ
dixi. Nam fertur celebre a negociatore quodā in oriēte de hiis foliis
deportatum pignus fuiſſe ſed priuſq̄ portum negociator attingeret
inerguminus in eccleſia adire baudiliū martyrem orientalem plagaȝ
audientibus populis declamauit. Oſtendit autem beatus martyr & in
aliis virtutem ſuā. Aram vero theorici regis italici ducis dum in are=
latenſi vrbe reſideret extitit ei quidā archipreſbiter parrochie neman
ſenſis inuiſus. Tunc feruens felle contra eum miſit pueros dicens Ite
q̃totius & ligatis pedibus ac manibꝰ adducite eū cū vi vt cognoſcat
ꝙ ſum dn̄s regionis huius. At illi non intelligentes archipreſbiterū
putauerunt ꝙ archidyaconem iuſſiſſet adduci. Et aſcenſis equitibus
venerunt ad vrbem interroganteſqꝫ de archidyacono digito eis oſtē
ſus eſt. Erat eñ hic Ioānes nomine valde religioſus & in archidya=
conatu ſuo ſtudium docendi paruulos habens apprehenſumqꝫ pueri
ligatis manibus ac pedibꝰ ſub aluo equi adduxerunt eū ſed non deſiit
virtus martyris alūno proprio ſubuenire. Pueri vero iuxta ipſam por
tam cū eo manſionem habuerunt quia iam obſeratis pro nocte porta
rum valuis ingredi non potuerunt in ipſa vero nocte duce obdormiē
te aſtitit ei archidyaconus per viſum dicēs. Quid tibi o homo culpa=
bilis extiti ꝙ me in hanc hūilitatem redactum cū tali iuſſiſti iniuria ac
ceſſiri. Vere dicam tibi quia non effugies iudiciū dei. At ille experge
factꝰ conſternatuſqꝫ metu exclamat ſuis inquirite ſi pueri quos nemā=
ſo direximus iam venerunt interroganteſqꝫ de muro vrbis reſponde
runt ſe adeſſe cum homine Renūciant nuncii que audierant. Confe=
ſtimqꝫ dux ait. Exhibete ad me hominem quem adduxiſtis. Quod
cum factum fuiſſet aſpiciens cum dux timore perterritus ait. Archi=

preſbiterum ego adduci preceperã nõ archidyaconem. Et proſtratꝰ
ad pedes eius ait Indulge queſo iniuriam delicti huius quia nõ eſt in
conſcientia mea vt hec paſſus fuiſſes. Et ſtatim dignis honoratũ mu
neribus remiſit ad vrbem quẽ in tanto amore pro ipſa martyris reue=
rentia dilexit impoſterũ vt decedente vrbis illius ſacerdote ipſum ſa
cerdotem mandaret inſtitui. Sec nec archipreſbiterũ amplius inquiri
iuſſit O magna vrtus martyris q̃ per innocẽtis iniuriã noxiũ abſol=
uit a pena impletũqꝫ eſt illud apoſtoli quia diligẽtibus deũ oĩa coope
rantur in bonum cum hec iniuria gradum huic conſtruxit quem ſcan
deret ad regendam eccleſtam dei. Cap. LXXVIII

ECcleſia quoqꝫ agatenſis q̃ ſancti andree apoſtoli reliquiis
plaudit plerũqꝫ glorioſis illuſtratur miraculis peruerſores
rerum ſuarum ſepius arguit. Deniqꝫ comatharius comes
agrum eccleſie ipſius peruadit. Tunc leo eps̃ huius eccle
ſie valde meſtus cõcurrit ad eũ dicens Relinque o fili res
pauperũ quas ordinationi noſtre dñs commendauit. Ne tibi ſit no
xium & a lachrymis egentiũ ꝗ de fructibus eius ali cõſueuerant ene=
ceris ille vero ꝗ erat hereticus paruipendens ea que ab ep̃o dicebãtur
rem in ſua dñatione retinuit interim procedente die arripitur a febre.
Cũqꝫ non modo ardore corporeo verũetiam aĩe vexaretur incõmo=
do miſi ad ep̃m nuncios dicens. Signetur pro me ſacerdos orõnem
fundere ad dñm & ego dimittam agrum eius. Quo orãte hic a valitu
dine qua grauabatur cõualuit factuſqꝫ ſanus ait ſuis. Quid putatis q̃d
iſti nunc romani dicant: Aiũt eñ me ob hoc fuiſſe febre grauatũ quia
tulerim agrum eoꝝ. Quod mihi iuxta conſuetudinem hũani corpo=
ris accidit. Veruntamen nõ habebunt eum me viuente. Et dicto citiꝰ
miſit qui eum iterum auferret. Quod cuꝫ eps̃ comperiſſet venit ad eũ
dicens. Num penitet te prius feciſſe bene quod hoc iteꝝ conaris euer
tere. Ne facias queſo & vltioni diuine ſubiaceas. Qui ait ad ep̃m Sile
Sile decrepite. Nam infrenatũ te loris circuire vrbem ſuper aſinũ fa=
ciam vt ſis ridiculo oĩbus qui te aſpexerint. At ille ſilẽs ad nota recur
rit preſidia proſternitur in orõne celebrat vigilias ac nocteꝫ totam in
lachrymis & pſalterio ducit. Mane autẽ facto accedit ad lichnos qui
de camera ad eccleſiã depẽdebant extendẽſqꝫ virgam quam tenebat
in manu effregit cunctos dicens. Non hic accendetur lumen donec
vlciſcatur deus de inimicis & reſtituat res domus ſuę. Hec eo dicen
te protinus hereticus ille in rediuiua febre corruit. Cunqꝫ in extremis
ageret miſit ad ep̃m dicens. Oret pro me ſacerdos ad dñm vt viuam
& reſtituam agrum ac ſimile eius conferam dñationi. Quibus pontí
fex reſpondit iam oraui ad dñm & exaudiuit me miſit & ad alios ac



tertios ad eum nuncios. Sed ſacerdos in vno reſponſo perſiſtens nõ
mouebatur ad hec vt pro eo orõnem daret ad dñm. Hec ille hereticꝰ
cernens iuſſit ſe in plauſtro componi atqꝫ ad eundem euehi ac per ſe
deprecatur epiſcopum dicens quia dupla ſatiſfactione reſtituo agruꝫ
quem inique peruaſi tm̃ vt oret pro me ſanctitas tua illo quoqꝫ recu=
ſante compulit eũ vi vt abiret ad eccleſiã quo diſcedente vt eccleſiã eſt
ingreſſus & hic ſpiritum exalauit recepitqꝫ confeſtim eccleſia rem
ſuam. Cap. LXXIX.

SEmper eñ catholicoꝝ inimica eſt hereſis & vbicunqꝫ po
tuerit tendere inſidias nõ obmittit ſicut illud eſt q̃d quo
dam loco factum celebre fama profert. Mulier quedam
erat catholica habens virum hereticũ ad quẽ cum veniſ=
ſet preſbiter noſtre religionis valde catholicus ait mulier
ab virum ſuũ. Peto caritati tue vt pro aduentu huius ſacerdotis ꝗ me
viſitare dignatus eſt leticia habeatur in domo noſtra ac preparato di
gnis impendiis prandio epulemur cũ eo. Promittente autẽ viro eius
ſic ſe vt illa flagitabat facturum aduenit & alius hereticoruꝫ preſbiter
dixitqꝫ vir mulieri. Supplicata eſt leticia hodie eo ꝙ ſint ſacerdotes
vtriuſqꝫ religionis in domo noſtra. Diſcumbentibus autem ad conui
uiũ vir ille cum preſbitero dextre partis cornu occupat catholicum
ad ſiniſtrum ſtatuens poſitamqꝫ ad leuã eius cellulam in qua coniũx
eius reſideret dixitqꝫ vir ad preſbiterum hereticum. Si conſenſeris d̃
ctionibus meis exercemus hodie cachinnũ de hoc romanoꝝ preſbi
tero vt ſcilicet appoſito ferculo tu celerius ſignare feſtines. Cũqꝫ ille
manũ non poſuerit illo triſtante nos cum leticia comedimus cibum.
Cui ille faciam inquit quod ꝑcepis. Deniqꝫ veniente diſco cum ole
ribus ſignauit hereticus poſuitqꝫ primus manum ſuam. Quod cer=
nens mulier ait. Ne feceris quia ingrate fero iniuriam ſacerdotis. Exĥ
bito alio cibo ſumpſit catholicus. In ſecundo vero & tertio ferculo ſĩ
militer fecit hereticus. Quarto auteꝫ exhibito cuius in medio ſartago
feruens aduenerat in qua compoſitus erat cibus illud quod ex col=
liſis ouis parumper mixta farina dactilorum partibus oliuarumqꝫ
rotunditaeibus aſſolet exornari. Feſtinans hereticus priuſq̃ fercu
lum illud vel menſam tangeret eleuata ei obuiam manu ſignat ſta=
timqꝫ poſitum coclearium ſumit non intelligens an caleret feruen=
temqꝫ cibum velociter inglutiuit. Protinus accenſo pectore e=
ſtuare cepit emiſſioqꝫ cum ſuſpirio immenſo ventris ſtrepitu ne=
quã ſpꝫ exalauit ablatuſqꝫ de cõuiuio locatꝰ i tumulo terrene molis cõ
gerie eſt opertꝰ tũc exultãs p̃ſbiter nr̃e religionis ait Vere vltꝰ eſt deꝰ
ſeruos. Et conuerſꝰ ad viꝝ cuiꝰ erat cõuiuiũ dixit. Periit huiꝰ mẽoria

cū ſonitu & dn̄s ineternum permanet. Tu vero appone quod come=
dā. Tunc homo ille perterritus expleto conuiuio prouolutus eſt ad pe
des preſbyteri cōuerſuſq̄ʒ ad fidem catholicam credidit cum domo ſua
qui in hac preſſ̄dia tenebatur & multiplicata eſt leticia ſicut prius mu=
lier flagitauerat Cap. LXXX.

ARrianorum preſbyter cū diacono nr̄e religionis altercatio
nem habebat proferēs contra dei filiū ac ſpiritum ſanctuʒ
vt mos genti eſt venenoſas aſſertiones. At ille cuʒ diu mul
tumq̄ʒ nonnulla de fidei noſtre ratione diſſeruiſſet & here
ticus perfidie obcecatus caligine que erant vera reſpueret
iuxta illud quia in maliuolam animam nō introibit ſapiētia adiecit di
cens. Quid longius ſermocinationū intertionib⁹ fatigamur factis rei
veritas approbetur ſuccendatur igni eneus & in feruenti aqua anul⁹ cu
iuſdam proiciatur qui vero eum ex feruenti vnda ſuſtulerit ille iuſticiaʒ
conſequi comprobatur. Quo facto pars diuerſa ad cognitionem hu=
ius iuſticie conuertatur intellige itaq̄ʒ & tu heretice ſi hec pars noſtra
ſpiritu ſancto adiuuante compleuerit nihil in ſancta trinitate diſſonuʒ
nihil diſſimile fatearis. Conſenſit hereticus huic diffunctioni & inito
vſq̄ʒ mane placito diſceſſerunt ſed fidei feruor per quem hec primū dia
conus protulerat cepit inimico inſidiante tepeſcere. Diluculo autē ſur
gens brachium infundit oleo vnguento conſpergit. Sed tamen loca
ſancta circuit & deum deprecatur Quid plura circa horam tertiā in fo
ro conueniūt concurrit populus ad ſpectaculū accenditur ignis ene⁹
ſupponitur feruet valde anulus in vnda feruenti proiicitur inuitat pri
mū diaconus hereticū vt ipſe eū a calore auferat ſed ſtatim recuſauit di
cens. Tu qui hanc ſententiā protuliſti debes auferre. Diaconus vero li
cet trepidus tn̄ denudat brachiū. Cūq̄ʒ ipſum vidiſſet vnguentis here
ticus preſbyter delibutū exclamauit dicens magicis artibus te tutādū
putaſti vt hec vnguenta diffūderis nec valebunt iſta que agis. His ita
litigantibus ſuperuenit diaconus ab vrbe rauenna iacinctus noīe ſci=
ſcitanſq̄ʒ que eſſet hec altercatio vt veritatem cognouit nec morat⁹ ex
extracto a veſtimentis brachio in eneū dexteram mergit Anulus em̄ q
eiectus fuerat erat valde leuis ac paruulus nec minus ferebatur ab vū=
da q̄ vento poſſit ferri vel palea quē diu multū queſitū infra vnius ho
re ſpacium repperit. Accendebatur interea vehemēter focus ille ſub do
lio quo validius feruens non facile aſſequi poſſit anulus a manu querē
tis. Extractūq̄ʒ tandē nihil diaconus ſenſit in carne ſua ſed potius pro
teſtatur in imo quidē frigidū eſſe eneum in ſummitate vero calorē te=
poris modici continentem. Quod cernens hereticus valde confuſus
iniecit audax manum in eneo dicens preſtabit michi hec fides mea in



iecta manus protinus vſq̄ʒ ad ipſa oſſium internodia om̄is caro liquefa
cta defluxit & ſic altercatio finem fecit Cap. LXXXI.

SEd & nr̄o tp̄e cuʒ incredulitas ac inique arrianorū ſecta in
locis hiſpanie per malorum peſſimas aſſertiones diſſemi=
nata quidam clericus apprehenſus chriſtianū ſe eſſe profeſ
ſus eſt aſſerens equalē patri filium & ſpiritum ſanctū eſſe.
Cui rex qui preerat oblata munera tanq̄ maiorē ſibi ſuppli
citer deprecabatur. vt ſcilicet compreſſa confeſſione de ſancte trinita=
te equaliter minorē patre filium cū ſancto ſpiritu fateretur Quod ſi fa=
ceret & facultatibus ditaretur. & magnus haberet in populis. Quod il
le conſiliū tanq̄ morſum vipere fugiens ac iniqui virus mortiferū re=
ſpuens anguis. Adiecit rex video inquit duram intentionem mentis
inſane ſed noui temperamentum tuum vt quē munera non deflectunt
facile tormenta ſubiciant. At ille vtinam dignus habear ait in hac iugu
lari confeſſione. Nam munera tanq̄ ſtercus exhorreo. Tunc iratus rex
iuſſit eum ad trocleas extendi & fortiter cedi interrogans. Quid cre=
dis iam dixi tibi. Credo deū patrem omnipotentē & filiuʒ eius ieſum
chriſtum. Poſt hec ceſus eſt valde ſʒ ſemp̄ durabat in confeſſione Nec
vnq̄ eū a fidei linea potuit hec tortura deflectere Nā in primordio cū
cederetur tres tantum verberū ictus ſenſit qui vt ipſe poſtea referebat
ipſam animā pene traxunt. Reliqua vero flagella tanq̄ ſi aliqd̄ velamē
tum dorſo ſuppoſitum fuiſſet ita non ſentiens magis fidem quam ce=
perat inter tormenta poſitus predicabat itaq̄ʒ cum regi ſatiſfactum de
eius cede fuiſſet dimiſſus eſt obteſtante eo ne in terminis hiſpanie vnq̄
inueniretur. At ille letus diſcedens gallias eſt regreſſus Sed vt fides
dictis adhibeatur ego hominem vidi qui hec ab ipſius clerici ore au=
dita narrauit. Cap. LXXXII.

PEr hanc enim confeſſionē martyres glorioſi ineffabilia ſē
per ſalutariū munerū beneficia meruerunt ac petentibus ſe
hoc preſtiterunt virtute quod eiſdem a dn̄o impartituʒ eſt
creatore. Sicut nobis nuper a diacono noſtro relatū ita ge
ſtum eſſe cognouimus. Hic autē diacon⁹ a papa vrbis ro=
me pelagio quondā martyrū cōfeſſorūq̄ʒ aſſumpta pignora euʒ gran
di pſalterio vel clericorum officio ac populi immenſi obſequio vſq̄ʒ
ad portum deductus eſt Et ingreſſus nauem erectis velis ac per illum
antemne que modulum crucis geſtat apparatum extenſis flante ven=
to pelagus altum arripiunt. Qui dum nauigant vt maſſilieñ vrbis por
tum attingant appropinquare ceperunt ad locum quēdam de quo a
littore maris lapideus mons exurgens ac paulatim decedens ſumma
tenus vnde in mari diſtenditur. Cunq̄ʒ impellente vento carina ma=

gno impetu ferretur in preceps ſcilicet ſcopulo illiſa quaſſaretur naute
diſcrimē intuētes exitu vociferarēt diaconus eleuata cū ſctis pignori=
bus capſa inuocare noīa ſingulorū cum gemitu & voce maxima cepit
deprecans vt eorum virtute ab hoc periculo liberarentur. Iamiāqꝫ ap=
propinquabat nauis vt prefati ſumus ad ſcopulum & ſtatim in ſancta
rū contemplatione reliquiaruꝫ ab ipſo loco cōmotus cum violētia ma
iori ventus huic vento contrarius fluctum eliſit ventumqꝫ diuerſuꝫ re
pulit ac naue in pelagus profundū reuocata cunctis a mortis periculo
liberauit. Sicqꝫ girata mole periculi portū quem deſiderabant cū do=
mini gratia ac ſanctorū patrocinio contigerunt. Erant enim reliquie
ſanctorum quorū ſacra veſtigia dñi manibus ſunt ablata. Cum Pauli
Laurentiiqꝫ atqꝫ pancracii Cryſanti Darieqꝫ virginis iohannis alterius
pauli fratris eius quorū certamina ac palme victoriarum ipſa caput or
bis vrbs roma deuote concelebrat. Cap. LXXXIII

QVid vero & de his reliquiis quas quondam genitor meus
ſecum habuit fuerit geſtum edicam. Tempore quo teodo=
bertus aruernorum filios in obſidatum tolli precepit Pa=
ter meus nuper iunctus coniugio voluit ſe ſanctorum reli
quiis communiri petiuitqꝫ a quodam ſacerdote vt & aliqd
de eiſdem indulgeret qui ſcꝫ in viam lōginquam abiens tali preſidio
tutaretur. Tunc incluſos in lupino aureo ſacros cineres ſed ignarꝰ vir
nomina beatorum referre enim erat ſolitus ſe a multis tunc erutū peri
culis. Nam & violentias latronū & pericula fluminū improbitates ſe=
dioſorum & aſſultus ſenſuū ſepius ſe euaſiſſe harū virtutibus teſtabaī.
quid tamen de his viderim non ſilebo. Poſt genitoris obitum mater
mea hec pignora ſuper ſe habebat igitur ſegetū aduenerat lectio & cō=
gregati in aeris frugum acerui fuerant magni in illis autem diebus cuꝫ
iam ſemina triturarentur & ſicut lēmane veſtitum ſegetibus nuduꝫ ha
betur a ſiluis intercedente gelu cum non eſſet vnde ignis accendere=
tur ab ipſis paleis focos ſibi adhibuerant excuſſores interea recedunt
omnes ad capiendum cibum. Et ecce inter incrementa ſua cepit ꝑ pa
leas paulatim ignis ſpargi. Nec mora flante notho acerui ab igne cō=
prehenduntur fit magnum incendium inſequitur clamor virorum ſtre
pituſqꝫ mulierum vlulatus infantum. Hec auteꝫ agebantur in agro no
ſtro. Quod ſentiens mater mea que hec pignora collo appenſa geſta=
bat exilit de conuiuio eleuatiſqꝫ ſacris pignoribus contra ignium glo
bos ita omne ceſſit incendium de momento vt vix inter moles exuſta
rum palearum vel ſeminum ignis inueniretur nihil tamē fruges quas
apprehenderat nocens. Poſt multos vero annos has reliquias a geni=
trice ſuſcepi. Cūqꝫ inter de burgondia ad aruernum ageremus oritur.



cōtra nos magna tempeſtas cepitqꝫ crebris ignibus micare celuꝫ vali=
diſqꝫ tonitruorum fragoribus reſonare tum extractas a ſinu beatas re
liquias manum eleuo contra nubem que protinus diuiſa in duas ptes
dextra leuaqꝫ preteriens neqꝫ nobis neqꝫ vlli deinceps nocuit. At ego
vt iuuenilis feruor agere ſolet vaneglorie inflari ſupercilio cepi & taci=
tus cogitare non hoc tantum ſanctorum meritis q̄ mihi proprie con=
ceſſum fuiſſe atqꝫ ad ſocios itineris iactans ac proferre que innocentie
mee deus preſtiterit vt hec mererer. Nec mora elapſus ſubito ſub me
equus ad terram eliſit in quo caſu tam grauiter ſum contractus vt vix
ſurgere poſſem intellexi autem michi iſta a vanitate eueniſſe ſatiſqꝫ
fuit de hinc obſeruare ne me vltra vane glorie ſtimularet aculeus.
Nam ſi euenit vt merer deinceps aliqua de ſanctorum virtutibus
contemplari dei illa munere per ſanctorum fidem preſtita preco=
naui. Cap. LXXXIIII.

IN nullo eſt enim temeritas vtilis vt illud quiſqꝫ appetat
quod exercere non licet. Sic & britannorum comes cum
grauiter a doloribus peduꝫ affligeretur & per medicos ex
pendens ſubſtātiā nihil commodius habuiſſet dixit ei qui
daꝫ de ſuis. Si ab eccleſia tibi aliquod vas miniſterii quod
in altari ponitur deferatur in quo pedes abluere poteris tibi hec cauſa
ferre medelam ſtulti & inertes nō cognoſcentes ꝙ ſacrata deo vaſa nō
debent ad vſus humanos aptari. At ille celeriter ad eccleſiam mittit &
patenā argenteam ſacro ſancti altaris de ſacrario ſuſcepit ibiqꝫ pedes
abluit ſed ſtatim doloribus additis ad plenum debilitatus nūq̄ poſtea
greſſum facere potuit Sed & longo bardarum ducem feciſſe ſimiliter
comperi. Cap. LXXXV

DEflemus eñ ſcelera noſtra & plangimus cum nos mūdos
eſſe neſcimus & ad ipſum altare domini accedentes audē=
ter ſanctum corpus eius & ſanguinem cum ſimus actu
polluti potius ad iudicium ſumimus q̄ ad veniaꝫ cōſequa
mur. Nam recolo quod in adoleſcentia mea geſtum audi
ui. Dies paſſionis erat policarpi martyris magni & in ricomagenſi vi
co ciuitatis aruerne eius ſolemnia celebrabantur. Lecta igitur paſſione
cum reliquis lectionibus quas canon ſacerdotalis inuexit tempus ad
ſacrificium offerendum aduenit acceptaqꝫ turre diaconus in qua miſte
rium dominici corporis habebatur ferre cepit ad hoſtium ingreſſuſqꝫ
templum vt eam altari ſuperponeret elapſa de manu eius ferebatur in
aera & ſic ad ipſā arā accedēs nūq̄ eā manꝰ diaconi potuit aſſequi qđ
nō alia credimꝰ actū de cā niſi qa pollutꝰ erat ī cōſciētia Sepiꝰ ei ab eo
dē adulteria ferebāť admiſſa Vni tm̄ p̄ſbytero & tribꝰ mulieribꝰ ex qbꝰ

vna mater mea erat quib⁹ hec videre licitũ fuit ceteri nõ viderũt. Ade
ſã fateor & ego tunc tẽporis huic feſtiuitati ſed hec videre nõ merui.

SIc & epachius preſbiter dum temere (LXXXVI
que indignus erat agere pſumpſiſſet diuino iudicio ſolo
proiectus occubuit. Hic eñ dum dñici natalis vigilias ce
lebrare eccleſiã expeteret p ſingula horaꝝ momẽta egre
diebatur e tẽplo dei ac in domo ſua pocula laſciua ſpumã
tibus pateris hauriebat ita vt affirmarent multi eum poſt gallicantum
vidiſſe bibentẽ. Sed cum eſſet ex genere ſenatorio & nullus in vico
illo ricomagenſi ſuperius memorato iuxta ſeculi dignitatem haberet
nobilior celebrare ſollẽnia miſſarũ expetitur. Nec dubitat miſer vino
madefactus appetere quod ieiunus quiſq̧ nõ ſine metu poteſt terrẽte
conſcientia explicare. Verum vbi explicitis verbis ſacris cõfracto cor
poris dñici ſacramento & ipſe ſumpſit & aliis diſtribuit ad edendum
mox equini hynnitus ad modum vocem emittens ad terram ruit ac
ſpumas cũ ipſa miſterii ſacri particula quã dentibus cõminuere nõ va
luit ab ore proiiciens inter manus ſuoꝝ ab eccleſia deportatur. Nec
caruit vltra hac epilentie infirmitate ſed p ſingulos lunares curſus in
crementis decrementiſq̧ hec ſemper ptulit quia ab hauſtu nimio vini
minime infelix abſtinuit. Quo ergo honore quaue reuerentia hec nox
celebrari debeat preſens exẽplum docet. Quodã tpe cum in hac ſollẽ
nitate de vigilia egreſſus paululũ obdormiſſem venit ad me vir qdaꝫ
dicens Surge & reuertere ad eccleſiã. Et ego expergefactus ſigno
crucis oppoſito iterum obdormiui. Nec deſtitit ſed iterat priora ver
ba eadẽq̧ perſonat. Sed cum nec ſecũda admonitus vice conſurgerẽ
& iterum obdormiſſem. Aduenit tertio & alapas imponens maxille
ait. En tu reliquos ad vigilias admonere debes & ad huc ſopore op=
primeris. Tunc pauore perterritus cũ grandi velocitate ad eccleſiam
ſum regreſſus. Hec de natalis dominici vigilia dicta ſufficiant. Sed
ad temeratios reuertamur. Cap. LXXXVII.

MVlier erat adultera ab hierico ciuitate cuius hec erat con=
ſuetudo teterrima vt quotiẽs a ſcorto concipiens partum
ediſſet ſtatim ſuffocatũ terre reconderet vt lꝫ fieret oc
cultum hoibus que deũ & eius angelos nõ latebant licet
cum dies ſanctus epiphaniarũ aduenisſet & oẽs in iorda
nem deſcenderent abluere tam vulnera corporis q̃ anime cicatrices
hec cum reliquo populo ad littus acceſſit. Cum leuatis vſq̧ ad geni=
culum veſtimentis vt amnẽ ingrederetur mirum dictu fugit aqua ãte
pedes eius illa quoq̧ inſequente fluuius ad ripam aliam premebatur.
Hec videntes populi mirati ſunt tale factum in die celeberrimo conti



giſſe cognoſcenteſq̧ mulierẽ eſſe facinoroſam interrogauit quid mali
fecerit vt hec ei in tali confrequẽtatione populi euenisſent. At illa con
uerſa ad populũ crimen fatetur dicẽs. Septẽ iam puulos a me editos
interfeci quos de inceſtu concipiens metui publicare. Octauũ adhuc
die preterita ſuggilaui. Rogo ergo vt fundatis pro me orationem ad
dñm quatenus remiſſa iniquitate peccare iam deſinam ne me celeſtis
ira conſumat. Hec ea loquente omnis populus proſtratus ad terram
precem fudit ad dñm vt ei miſericorditer ignoſceret quod adminicu
lante ignauia deliquiſſet. Poſt orõnem vero mulier extenſis per terrã
brachus ſpm exalauit. Quod ob hoc contigiſſe reor ne crimen indul
tum iteraretur vlterius. Cognouit autem populus delictum cur aque
fluminis ante faciem mulieris receſſiſſent. Impletũq̧ eſt illud ſalomo=
nis prouerbium quia ſpiritus domini fugit fictum. Miraculum hoc
ab ore Ioannis dyaconi factum ita cognoui. Aſſerebat eñ ſe tunc tẽ=
poris preſentem fuiſſe. Cap. LXXXVIII

APud vrbem autem tolaſanam ferunt fuiſſe quendã antoni=
num nomine iniquũ deo & oibus hominibus odibilem eo
ꝙ multa perpetraſſet ſcelera. Factum eſt autem vt impletis
diebus migrãs a ſeculo in baſilica ſancti vincentii ſepeliret.
In qua ipſe ſibi viuens vas depoſuerat. Verum vbi cunctos ſub alte
noctis ſilentio ſopor arripuit & oẽs blandiente ſono dediſſent mẽ=
bra quieti ſarcofagus ille a ſancta baſilica per feneſtram proicitur & in
medio deponitur atrii. Mane autem facto ibi repertus eſt effractum
ſuper ſe opertorium habens. Deniq̧ propinqui illius non intelligen=
tes virtutem dei neq̧ ſentientes ſancti iniuriam in cuius templo indi
gnum temere ſepelierant iteꝝ depoſito ſarcofago in loco in quo pri⁹
fuerat altius ſuffoderunt. Altera vero illuceſcente die inuenerunt eum
foris eiectum in medio eſſe atrii & ſic intellexerunt magnalia dei. Ex
hoc eñ a nullo tactus vſq̧ hodie in loco quo eiectus eſt in teſtimoniũ
reſeruatur. Hec de temerariis dicta ſufficiant. LXXXIX.

VIncentius autem vel leuita vel martyr hiſpaniis martyriuꝫ
conſummauit. Apud terminum vero pictauium vicus eſt
in arbatilico nomine beciaco in quo eius habent reliquie.
Cuius ſollemnitas duodecimo Kaleñ. menſis vndecimi
celebratur. Sed incole loci & precipue archipreſbiter er=
rorem neſcio quem paſſus ante diem eam voluit celebrari. Dictis igi
tur miſſis cum ad conuiuiũ reſiderent ecce vnus ex inerguminis cla=
mare cepit ac dicere currite ciues egredimini a vico exite obuiam be=
ato vincentio ecce ad vigilias venit. Ecce feſta eius craſtino habituri
eritis die. Hec eo dicente renouant ſollemnia & tota nocte in vigiliis

excubant. Mane aūt facto dum miſſarum ſollēnia celebrarentur. Et
hic inerguminus ꝗ aduentum ſancti predixit & alii cum eodem duo
mundati ſunt. Sed & duo paralitici ipſa die directi ſunt & ſic a feſtiui
tate cum leticia eſt diſceſſum. Cum aūt reliquie eius a quibuſdā pere=
grinis deferrentur ad ceratenſem turonice vrbis virum acceſſerunt ibi
ꝗ ad tugurium cuiuſdaꝫ pauperis deferentes ſuſcepti ſunt in craſtino
autem duo paralitici ſuper hec pignora acceperunt greſſum vnuſqꝫ ce
cus lumen recepit. Haud procul autem ab illo vico eſt alius quem or
lanicum vocāt in cuius eccesia huius ſancti habenẗ reliquie q̄ cū a fu
ribus ablate fuiſſent & ipſe ꝗ eaſdē abſtulerat in biturigo cuidā abbati
accepto ꝓcio reliquiſſet reuelatū eſt abbati vt eas loco vnde dēpte fue
rant reſtauraret. Nihilominꝰ & archipreſbitero huic mōaſterio propin
quo per viſum manifeſtatū eſt ne penitus moras innecteret ad reſtitu
endū quas acceptas cum pſallēdo deferrent homo ꝗdam qui ꝑ annū
integrum oppreſſus graui egritudine decubabat inter ſuoꝝ deporta
tus manus vt velum quo ſancte tegebātur fauille adorans ſuppliciter
oſculatus eſt mox cōpreſſa infirmitate ſanatus exequiis martyrialibus
cum reliquiis eſt ſecutus. Cap. XC

EVlalia glorioſa apud emeritā vrbeꝫ paſſa magnū miracu
lum in die immolationis ſue populis profert. Sunt igitur
ān eius altare quo ſancta membra tegunẗ tres arbores ſed
ignarus ego cuius ſint gn̄is. Cūqꝫ iam medio mēſe deci
mo qn̄ eius paſſio celebraẗ ſint ab omni folioꝝ decore nu
date. Ea die illuceſcēte celo in modū colūbe alitis flores proferūt ſua
uitatis ſcꝫ ꝙ ſanctꝰ eius ſpiritus in colūbe ſpecie penetrauerit celos &
ꝙ beatū eius corpuſculum iaꝫ exanime veſtibuſqꝫ nudatū nix celitus
decidua molli vellere contexiſſet. Qđ miraculū ſi ſolita arbores protu
lerint libertate ſcit populus ſibi annū vel preſſuris vacuū vel frugibus
plenū. Qꝫ ſi tardius flores ex more paruerint cognoſcit plebs ſua hoc
fieri noxa. Nam priuſꝗ erūpant querula ad ſepulcrū martyris decūbit
deprecans vt ſolitā promereaẗ conſpicere gr̄am ſed nec pſallēdo pro
cedit ſi hec manifeſtata nō fuerint iaꝫ ſi placaẗ martyr a lahrymis ple
bis emergunt protinꝰ ex arboribus gēmei flores qui odorē nectareū
reſpirātes animi meſticiā & aduētu letificent & reficiāt ſuauitate. De
hinc diligēter collecti & i baſilicā ſacerdoti delati ꝓceſſio cū gaudio
celebraẗ. Nā & hos flores ſepiꝰ infirmis prodeſſe cognouimꝰ. XCI

QVodam tempore Felicis martyris baſilica a furibus eſt ef
fracta. Hic vero martyr in gerunda hiſpanie paſſus eſt vr
be. Fur vero apprehenſis palliis textis auro monilibuſqꝫ
exornatis cum reliquis ornamentis abſceſſit. Quo eunte



cōiungitur ei homo ignotus interrogans quo pergeret. Cui ille reſpō
dit. Si ſermo meus occuleretur tecum oſtenderem tibi theſaurum ma
gnum. Et ille Oſtende ait que volueris totis a me obtegitur viribus.
At ille oſtendit ei ſpecies illas dicens. Si in aliis hec regionibus ve=
nundantur vtriqꝫ noſtrum magnū inferunt lucrum. Et ille Ego ſum
inquit homo cui in diuerſis regionibus multi habētur amici & eſt mi
hi domus magna atqꝫ ſecreta. Si hec in ea poſueris deinceps cum li=
buerit venūdabis. Et precedens ſequebatur homo cum ſarcina putās
ſe ad aliam duci vrbē concluſerat em̄ deus oculos eius & non cogno
ſcebat quia per viam qua venerat regrediebatur. Quid multa Perue=
nitur ad baſilicam ſancti & ait ad eum vir Ecce domū de qua locutus
ſum tibi Ingredere & depone ſarcinam tuam ille quoqꝫ ingreſſus eſt
verum vbi depoſiti ſarcina cepit aſpicere. Ad ſe reuerſus cognouit ba
ſilicam ſancti de qua res illas abſtulerat. Vir autē iam receſſerat ab eo.
Et ſic cuncta que cum viro illo geſſerat populis enarrauit vnde indu
bitatum eſt ipſum ei martyrem beatum apparuiſſe. Huius reliquie apđ
narbonen̄ eccleſiam retinētur. Sed cum huius ędis altitudine liguria
quod eſt locus ameniſſimus a palatio regis cerneretur arceret cōtulit
hec cum leone conſiliario rex alaricus. Qui ait deponatur ex hoc edi
ficio vna ſtructure machina. Et rex que placuerit liberius contēplabi
tur. Et ſtatim vocatis operariis idem conſiliarius humiliauit baſilicā
ſancti edificiis non meritis. Sed ille protinus lumine caruit oculo=
rum. Cap XCII.

CAlaguris autem vrbs hiſpanie emetheriū chelido
niumqꝫ martyres geſtat ſepe ab eoꝝ virtute mira=
cula cernendo diuerſarum egritudinū medicami
na capit. Hii etem̄ martyres perſecutore compre=
henſi ad ſupplicium rapti dum diuerſis penis affi
cerentur ob diuini nominis confeſſionem excep=
ta vltime damnationis ſententia deducuntur ad
decollandum. Cumqꝫ eorum capita lector incideret miraculum po
pulis magnum apparuit. Nam vnus anulus orariūqꝫ alterius nube ſu
ſceptum eſt & in celis euectum viderunt. Hec omnes qui aderant &
vſqꝫ quo acies oculorum intendere potuit fulgorem auri candorem
qꝫ lintei ſuſpectu ſequebantur attoniti. Prebet huius rei teſtimoni=
um. Aurelius clemens in libro coronarum hiis verſibus dicens Illa
laus occulta non eſt nec ſeneſcit tempore. Miſſaqꝫ ſurſum per auras
euolarunt numera que viam patrie celi premicando oſtenderent il=
lius fidem figurans nube fertur anulus hic ſui dat pignus oris vt fe=
runt orarium que ſuperno rapta flatu lucis intrant intimum. Per

poli liquentis axem fulgor auri abſconditur ac diu viſum ſequacez tex
tilis cādor fugit. Subuehūt vſqꝫ in aſtra nec videnť āplius. Ca. XCIII

CIprianus beatiſſimus carthaginenſis & antiſtes & martyr
& ſalutem ſepius infirmis ſupplicantibus preſtat in cuiꝰ ba
ſilica ē q anologius in quo libro cantatur aut legiť mirabi
liter compoſitus eſſe refertur. Nam ex vno lapide marmo
ris totus ſculptus aſſeritur. adeſt menſa deſuper ad quam p
quatuor gradus aſcenditur cancelli in circuitu ſubter columne quia &
pulpitum habet ſub quo octo perſone recipi poſſunt. Qui nunq̄ ibi nul
lo ingenio potuit exhiberi niſi virtus martyris p̄ſtitiſſet. Cap. XCIIII

SEptem vero germanorum qui apud vrbem epheſum re=
quieſcunt hec eſt ratio Tēpore decii imperatoris cum per
ſecutio in chriſtianos ageretur ſeptem viri apprehenſi ſūt
ducti coram principe horum nomina hec ſunt maximia=
nus Malcus Martinianus Conſtantinus Dionyſius Ioan
nes Serapion qui diuerſis verbis tentati vt cederent nequaq̄ acqeue=
runt impator vero pro elegantia eorum ne in momento perirent ſpa
cium tractanda indulget. At illi in vnam ſe ſpeluncam condunt ibiqꝫ
per multos dies habitauerunt egrediebatur tamen vnus ex eis & com
parabat victus & que neceſſaria erant exhibente. Reuertente autē im=
peratore in eandem ciuitatem iſti petierūt a domino vt eos ab hoc pe
riculo dignaretur eruere Factaqꝫ oratione proſtrati ſolo obdormierūt
Cunqꝫ imperator didiciſſet eos in hac antro morari nutu dei iuſſit o s
ſpelunce magnis lapidibus oppilari dicens ibi intereant qui diis no=
ſtris immolare noluerunt. Quod dum ageretur quidaꝫ chriſtianus in
tabula plumbea nomina & martyrium eorum ſcribens clam in aditu
cauerne priuſq̄ opilaretur incluſit poſt multorum vero annorum curri
cula cum data eccleſiis pace theodoſius chriſtianus obtinuiſſet impe
rium ſurrexit hereſis immunda ſaduceorum qui negant reſurrectionē
futuram. Tunc quidam ciuis exheſius dum caulas ouibus ſecus mon
tem ipſum facere deſtinat ac lapides diuoluit ad coaptanda earum ſex
ta ignarus que agerentur introrſum patefecit ingreſſum eius non ta=
men cognouit archanum quod habebatur intrinſecus. Dominus au=
tem immiſit ſeptem viris ſpiritum vite & ſurrexerunt. Putnateſqꝫ qꝫ
vna tantum nocte dormiſſent miſerunt puerum vnum qui cibos eme=
ret. Cumqꝫ veniens ſupra portam ciuitatis vidiſſet crucis glorioſe ſi=
gnaculum audiſſetqꝫ per chriſti nomen iurare populū obſtupuitqꝫ pro
latiſqꝫ nummis quos a tempore decii habebat a mercatere comprehē
ditur dicente ſibi quia abſconditos antiquitos theſauros repperiſti.
At ille negans deducitur, ad epiſcopum ac iudicem ciuitatis. Cūqꝫ ab



hiis argueretur cōpellente neceſſitate abſconditum miſterium reuela=
uit deduxit eos ad ſpeluncam in qua viri erant. Cunqꝫ ingrederetur
epiſcopus inuenit tabulam plūbeam in qua oīa que pertulerant habe=
bantur ſcripta locutuſqꝫ cum eis nūciauerunt hec curſu rapido impera
tori theodoſio. At ille veniens adorauit eos pronus in terra qui tali
colloquio cum eodem vſi ſunt principe. Surrexit quedam peſſima he
reſis que populum chriſtianū ad ei promiſſionibus conaretur auertere
vt dicat non fieri reſurrectionem mortuorum ergo vt ſcias quia oēs
iuxta apoſtolum Paulum repreſentādi erimus an̄ tribunal ideo iuſſit
nos dn̄s ſuſcitari & tibi iſta loqui vide ergo ne ſeducaris & excludaris
a regno dei. Hec audiens theodoſius imperator glorificauit dn̄m q
non permiſit perire populum ſuū viri autem iterum proſtrati in terrā
obdormierunt Quibus cū theodoſiꝰ imperator ſepulcra ex auro fabri
care vellet per viſum prohibitus eſt ne faceret. Viri aūt vſqꝫ hodie pal
liolis ſericis aut carpaſinis cooperti in ipſo loco requieſcūt quod pal
ſio eorum quam ſiro quondam interpretante in latinum tranſtulinꝰ
plenius pandit. Cap. XCV.

FErunt aūt fuiſſe apd̄ armeniam q̄draginta octo viros qui
in ipſos montes armenie in qbus pre altitudine nimia ma
gno frigore aque & terra reſtringiť paſſi ſunt quoꝝ mon=
tium celſitudinē non paruam eſſe legiſlator cuꝫ ſuper eos
archā a Noe fabricatam requieuiſſe ait ibi effoſſa perſecu=
tor terra ciſternā magnaꝫ efficiens aqua repleri iubet nudatoſqꝫ viros
ligatis poſt tergum manibus in lacū gelu cōcatenatum precepit poni
ſuccenſum eregione balneū dicens. Eligite e duobus vnū aut in iſto
frigore chriſtum veſtrū cōfeſſi deficite aut negantes oblato diis ſacri
ficio ad balneū conuolate vt poſſitis viuere & non male propter cruci
fixum hoiem mori. Negantibus quoqꝫ cunctis ſacrificare demoniis
videt cuſtos eoꝝ coronas quadraginta octo precioſiſſimas e celo di
lapſas deſcendere ſuper capita eoꝝ & vnāquoqꝫ earum reuocari defe=
cerat em̄ fides viri vnius & protinus relictis ſatellitibus velociter ad
balneū conuoluit. Immolatiſqꝫ victimis honoratꝰ a preſide in balneo
tepenti ablutus eſt excepturus impoſterum perpetui ignis ſuppliciuꝫ
Hec cuſtos ille vt diximus cernens voce magna proclamat ſe chriſtia
nū eſſe dicens. Cū hiiſdem mori deſydero. Nec mora diuerſis penis
affectus ſpoliatur veſte nō fide & in lacum poniť frigora cū reliquis p
peſſurus ſꝫ adepturꝰ coronam quā miſer ille perdiderat iam em̄ viroꝝ
emortua erant frigore corpuſcula & dentibus in ſe colliſis ipſe quoqꝫ
vocis ſonitus clauditur vnū tm̄ murmur oronis celo ab archanis pe=
ctoris illabebať notum ſoli deo qui nouit occulta cordis. Tremebant

feſſi artus tam inedia q̃ pruina. Erat ſpes celo intenta iam carne p̄mor
tua interea iudex iniquus amotis limphis alueũ ſuccendi ſeptuplum
jubet vtſcȝ quos algor non laxauerat incendia ſeua diſſoluerent pro=
ducuntur viri e lacu confeſſi chriſtum mittuntur inter eſtuantes igniũ
vapores ſed ſuſtinent patienter illata ſupplicia vt maiorem accipiant
palmam. Deniqȝ in hiis relinquentes corpora animas chriſto tradẽ
tes martyrium conſũmauerunt in pace. Tunc preſes victum ſe eorũ
conſtantia cernens putans vel mortuos poſſe vincere qui viuẽtes ſu=
perare nequiuerat iuſſit ipſa deinceps exuri corpuſcula& in flumẽ pro
pinquũ iactari quod cum factum fuiſſet miraculi nouitas flẽtibus chri
ſtianis apparuit reſtitit igitur vnda nec oſſa ſemiuſta ebſorbuit ſed ſu=
per ſe tanq̃ commendata ſuſtinuit & ſic collecta a chriſtianis gauden
tibus cum honore digniſſimo tumulata ſunt. Cap. XCVI.

SErgius quoqȝ martyr multa ſigna in populis facit curans
infirmitates ſanãſqȝ lãgores fideliter deprecãtium vnde
agitur vt ex hoc ingentia baſilice vel promittantur vota
vel numera deferantur. Ex quibus nihil omnino licȝ ſub
trahere aut aufferre. Quod ſi quis fecerit mox iudicium
aut note aut mortis incurrit. Ob hanc vero deuotionẽ multi res ſuas
ſancto deuouent ſcilicetvt eius virtute munite non deripiãtur a malis
Deniqȝ anus erat exigua & credo euangelice illius paupercule ſimilis
que quondam duo minuta cũ nihil aliud haberet in gaȝophilantium
deuote iactauit ergo hec pauculos gallinarũ pullos habebat quos ex
voto baſilicari ditioni ſubdiderat daturã domo ipſius cuȝ neceſſitas
flagitaſſet igitur cũ ad feſtiuitatẽ ſancti multi populi aueniſſent duo
conuentioue facta qui hos pullos olim viderant vnũ furto ſubtrahũt
inciſoqȝ capite detractis plumis truncatiſqȝ pedibus poſitum cũ aqua
ſuper ignem leuant inſtanterqȝ ſuccendunt. Feruet autem latex vali
diſſime ſed caro furtiua non coquitur. Etiam feruendo aqua conſu=
mitur nec prorſus pullus ille mollitur tentant crebro manibus & vn=
guem conantur infigere ſed duriorem ſentiunt q̃ miſiſſent interim aſ
ſunt cõuiue euocati ad epulum nullatenus ſumpturi de apparatu. Ex
tat menſa niueis velata mantilibus opere plumario exornata. Con=
uerſis cibis in noua duricia catiuus ſepe diluitur ſed nihil coctum q̃d
in eo exhibeatur inuenitur ſicqȝ nouo miraculo epulis redactis in ſa=
xũ confuſis inuitatoribus verecundantibus inuitatis a cena cum pu=
dore deceſſum eſt XCVII

QVo vero gemini coſmas ſcȝ & damian⁹ arte medici poſt
q̃ chriſtiani effecti ſunt ſolo virtutũ merito & orõnũ inter
uentu infirmitates languentũ depellebant q diuerſis cru



ciatibus conſummati celeſtibus ſunt cõiuncti multa miracula incolis
oſtendentes. Nam ſi quis infirmus ad eorum ſepulcrum fide plenus
orauerit ſtatim adipiſcitur medicinam. Referunt etiam pleriqȝ appa
rere eos per viſum languentibus & quid faciant indicare. Quod cum
fecerint ſani diſcedunt. Ex quibus multa audiui que inſequi longum
putaui hoc exiſtimans poſſe ſufficere quod dixi cuncti fideliter depre
cantes ſani diſceſſerunt. Cap. XCVIII

FOcas quoqȝ martyr & ipſe hiis martyribus regione con=
iunctus apud ſiriã requieſcit qui poſt multas quas pro no
mine redemptoris eſt paſſus iniurias qualiter de antiquo
illo ſerpente triũphauerit hodie quoqȝ populis declarat.
tum regreſſus caballum quem reliquerat non inuenit queſitumq; diu
tiſſime nec ſigna quidem in quam partem diſceſſiſſet agnouit tranſa-
ctam Igitur biduo recurrit iter per ſaltus perſcrutans a locorum inco
lis ſi forte aliquis aut teneret captum aut capi vidiſſet ab aliquo nullũ
dehinc indicii genus reperiens anxius atq; meſtus ad ſepulcrũ ſancti
regreditur ibiq; cauſas doloris ac meroris exponens agebat. Ad tua
ſancte limina veni nihil aliud q̃ paruitatis mee vota deferre nihil iniu
ſte abſtuli nihil geſſi indignum tue ſollẽnitati. Cur inquam perdidi
rem meam rogo vt reſtituas amiſſum vt neceſſarium reddas hec fletu
addito aiẽs vt egreſſus eſt templum conſpicit eminus a quodam viro
ſuum equitum retineri. Ad quem accedens diſtulit vnde ſit aut vnde
venerit aut ex quo tempore hũc habeat equũ didicit ipſa hora eũ fuiſ
ſe repertũ qua ille beati martyris implorauit auxiliũ. XXII

CVm autem quidam ab eo loco per incurſum dyabolicum
oculum perdidiſſet & ad hoſpiciolum ſuũ viduatus lumi-
ne infeliciter reſideret ac manibus propriis nihil laborare
preualens ſpecie vllam almonii nõ haberet apparuit ei vir
in viſu noctis cõmouens vt ad beati baſilicam ambularet
ibiq; ſi deuote ſuggerat promittit auxiliũ inueniri. At ille moratus ac
repto bacello adminiculante puero ſanctum ingreſſ⁹ eſt locũ qui poſt
completam orõnem archipreſbiterum qui tunc locum ipſum regebat
noie publianũ adiuit ſupplicans vt oculis cecis chriſti crucẽ impone-
ret erat eñi valde religioſus. Quod ille dum iactãtiam euadere cupit
euitans tenetur a ceco nec oĩno dimittitur niſi q̃ petebat adimpleret
Tunc ille proſtratus ante ſepulcrum diutiſſime martyris eſt ſuffragiũ
imprecatus. Deinde admotam oculis cecis manũ protinus vt ſignũ
crucis impoſuit viſum iſte recepit. Admiramini queſo virtutẽ marty-
ris cui cum parum ſit per ſe exercere miracula nunc etiam per manus
diſcipulorum aſtipulante virtutis ſue fauore publice operatur ſed nec
meritum diſcipuli fuit exiguũ cui hec preſtita eſſe cernũtur. XXIII

ERat eñi tunc temporis apud vrbẽ aruernam patruus me-
us gallus eps de quo nõ videtur omitti qualiter in adole
ſcentia ſua fuerit a ſancti virtute iutus. Et quia ſepius cõ-
memoraui quale excidiũ aruerne regioni rex thodoric⁹
intulerit. Cũ neq; maioribus neq; minorib⁹ natu aliquid
de rebus propriis eſt relictũ preter terrã vacuam quã ſecum barbari fer
re non poterãt. Hiis ergo tẽporibus glorioſe memorie patruus meus



qui poſtea vt dixi ſacerdotali faſce aruernam rexit eccleſiam pupillus
erat cuius facultates ita direpte ſunt ab exercitu vt nihil prorſus rema
neret in promptu ipſe quoq; cum vno tantum puerulo vſq; briuateñ
vicum plerũq; itinere pedeſtri diſcurrebat. Accidit autem quodam tẽ
pore dum hoc iter teneret vt laxatis pre calore ſolis calciamentis nu-
da incedens planta ſudẽ calcaret ſpineum qui tunc fortaſſis inciſus ad
huc terre herens erepto acumine inter herbas virides latitabat. Qui
defixus plante & ſuperegreſſus effractuſq; deorſuz extrahi nequibat
Igitur defluente ſanguinis riuo cum greſſum facere non valeret bea-
ti martyris implorat auxilium paululũq; dolore compreſſo licet clau
dicando iter quod ceperat expediuit. Tertia vero nocte computreſcẽ
te vulnere dolor maximus incitatur. Ille vero ad experta dudum pre
ſidia confugiens ſepulcro glorioſo proſternitur expletiſq; vigiliis re
greſſus ad lectulum dum virtutem martyris preſtolatur ſomno incũ
bente deprimitur. Deinde conſurgens nullam doloris ſentit iniuriã
aſpectaq; planta pars ſudis que ingreſſa fuerat non videtur euulſam ta
men ſentiebat a pede quod lignum diligenter inquirens in ſtratu ſuo
repperit admirans qualiter fuiſſet egreſſum ſolitus nãq; erat in epiſco
patu ſuo locum vulneris oſtendere in quo magna adhuc foſſa conſpi
ciebatur obteſtans in hoc beati martyris fuiſſe virtutem. XXIIII

POſt multum vero tempus aduenerat feſtiuitas beati mar-
tyris & pater meus cũ omni domo ſua ad huius feſtiuita-
tis gaudia properabat. Nobis vero iter agẽtibus petrus
frater meus ſenior ab ardore febriũ occupat̃ & tã grauiter
agit vt neq; vigere neq; cibum ſumere poſſet totuq; illud
iter cũ grandi agit̃ merore & in diſcrimine res vertit̃ vtrũ cõualeſcat
ac bereret deniq; cũ iſto labore peruenit̃ ad locũ ingredimur baſilicã
odoram⁹ ſacroſancti martyris ſepulturã proſternit̃ & egrotus in paui
mẽto depcans medelã a martyre glioſo. Poſt cõpletã orõnẽ ad
metatũ regreſſ⁹ febris paululũ cõquieuit veniẽte aũt nocte nobis ad vi
gilias propãtib⁹ rogat ſe & ille deferri incũbẽſq; añ ſepulcrũ tota no-
cte martyris ſuffragiũ depcat̃. Exactis deñ nocturnis excubiis rogat
vt de puluere qđ circa beatũ erat tumulũ collecto vel potui daret vel
collo ſuſpẽderet. Quo facto ita oĩs ardor febriũ cõquieuit vt ipa die &
cibũ caperet incolumis & vbi delectatio vertiſſet aĩm ãbularet. XXV

SEquẽti vero feſtiuitatẽ dũ iter cũ magno gaudio ad ſan-
ctam properamus baſilicam mihi caput a ſole percuſſum
grauiter dolere cepit qui dolor accreſcẽs febrẽ intrinſec⁹
gñabat ita vt nec cibũ me cape nec loqui pmitteret cũq; p
duos dies ab hoc dolore coſ̃uerer die t̃tia ad baſilicã ſcti

ferreoli cuius fons ille de quo ſuperius meminimus eſt contiguus ad=
uenimꝰ Diſtat autẽ baſilica a brinatenſi vico quaſi ſtadiis decem Cũ=
qꝫ in loco illo veniſſemus libuit animo ad fontẽ vſqꝫ procedere confi
dens de virtute martyris ſi me exinde leuis illa perfunderet mox ſana
rer. Adueniẽs vero fundo aquã haurio ob refrigeriũ caput infũdo ſta
timqꝫ decedẽtibus limphis fugato dolore ſanus abſcedo & vſqꝫ ad ſe
pulchrũ martyris glorioſi letus ingredior admirãs & gratias agens
martyri ꝙ prius me virtute ſua dignatus fuerit viſitare q̃ ipſius mere=
ar cernere ſepulchrum Cap. XXVI.

ESt enim ad hunc fontẽ quia ibidem martyr percuſſus ẽ vir
tus eximia qa a febre correptus dũ in extremis ageret deſi
deriũ habuit de aqua fõtis haurire ad quã etiã ſe deportari
fideliter exorauit quẽ ſui inter manus apphẽſuꝫ & in loco
depoſitũ protinus vt aqua hauſtũ accepit & faciẽ caputqꝫ
pfudit recipere meruit ſanitatẽ & aliorũ manus illatus propriis greſſi=
bus ẽ regreſſus fuit ãt icola huiꝰ vici ſed excidia nomẽ eiꝰ. Ca. XXVII

QVadã autẽ die orta tẽpeſtas cũ magno venit impetu ſuper
vicũ brinatenſem grãdo deſcẽdebat micabãt eñ de nubi
bus figura ac tonitrua terribiliter voces dabãt quatiẽ terra
fragore & exuri a choruſcatiõe pene oĩa putabantur ſola
erat expectatio in virtute martyris glorioſi nec mora dato
cũ fulgore graui ſono tonitrui iaculum igneũ per aditũ quo funis ille
ſigni depẽdit ingreditur percuſſiſqꝫ duabus colũnis frulta excuſſit in=
de repercutiens per feneſtrã que ſuper ſanctũ habetur tumulum ẽ egreſ
ſum nullum tamen per beati cuſtodiam de populo leſum O q̃ magnus
circa alumnos proprios beati martyris affectus colũnas ſinit percu=
ti non phalanges. Confringi paſſus eſt vitream non catenam permi=
ſit ſuper ſepulchrum propriũ preterire coruſcuꝫ ne fieret multitudinis
totius interitus igitur expulſum a baſilica ſancti martyris iaculũ acer=
uũ feni cõbuſſit interfecit pecora iumẽta deleuit. Qꝫ ſi hec fortuitu qs
putat admiretur magis & ſtupeat incliti potentiaꝫ martyris ꝙ preteri=
ens ignis per medium populi nemini nocuit ſed ibi tantum expleuit
vota vbi ſe cognouit habere licentiam. Cap. XXVIII.

CLericꝰ autem aredii lemonicinii abbatis ad feſtiuitatẽ veni
ens pre multitudine populi nõ ſolũ ad ſctm̃ tumulum ac=
cedere verum etiam nec in ipſam baſilicam potuit introi
re. Cumqꝫ meſtum metu ſe reddidiſſet recubans in lectu=
lo obdormiuit. Protinus aſtitit & vir in viſu dicens qd tu
inquit ſopore deprimeris vade celerius ad templum martyris & oĩa
inuenes reſerata. At ille metu territus exſurgens credulus dictioni pro



perat velociter experiri ſi vera eſſent q̃ ſibi fuerant indicata. Cũqꝫ ve=
niſſet ad oſtium reperit remotos vndiqꝫ populos vſqꝫ ſanctum altare
vel ipſum tumulum via facta nullo obſiſtente & ſic ſine vlla impreſſio
ne accedens fuſa orõne cum gaudio eſt regreſſus. Quod ne quis dubi
tet teſtor omnipotentem deum quia ab ipſius abbatis hec ore cogno
ui apud cuius monachũ geſta ſunt. Cap. XXIX

HVius feſtiuitatis tẽpus ignara plebs meſta pendebat neſci
ens diem in quo martyr beatus deberet pro virtutis ac paſ
ſionis gloria honorari & hec ignorãtia vſqꝫ ad beatũ ger
manũ antiſiodoreñ antiſtitem eſt protracta. Factum eſt
aũt vt antedictus pontifex briuate adueniret ſciſcitatuſqꝫ
ab incolis quo tẽpore huius ſacra celebrarenẽ ſe neſcire reſpõdẽt. Tũc
ille Oremus inquit & fortaſſis nobis hec dñi potentia reuelabit. Qd
cum feciſſent mane orto conuocatis ſenioribus loci ait quinto Kaleñ
menſis ſeptimi celebrandaꝫ eſſe ſollẽnitatẽ ex hoc nũc deuotus adue
niens populꝰ vota pſuli reddẽs refert & aĩe & corpis medicinã. XXX

ENergumini vero cũ aduenerint plerũqꝫ euomũt in ſanctũ
dei couitia cur ſanctos alios ad ſua conuocet feſta ipſoqꝫ
noiatiꝫ confitentes eoꝝ fatentur virtutes & merita. Aiũt
eñ Sufficiat tibi Iuliane nos propria virtute torquere vt
quid reliquos prouocas. Quid inuitas extraneos? Ecce
martinũ pannonicum inimicum iugiter noſtrum qui tres a noſtris ca
uernis repulit mortuos. Adeſt priuatus & gabalis qui oues ſuas bar=
baris noſtra inſtigatione cõmotis tradere noluit. Aduenit ferreolus
collega tuus ex vienenſibus q nobis inte ſuppliciũ icolis pſidiũ miſit
quid ſymphorianũ eduũ. Quid ſaturninũ vocas tholoſanũ aggregaſti
conciliũ vt nobis ingeras inferiale tormẽtũ. Hec & hiis ſimilia dicẽ=
tibꝰ ita ſanctos dei hũanis mẽtibus repſentãs vt nulli ſit dubium eos
inibi cõmorari multi tñ ab hiis infirmi curanẽ & ſani recedũt. XXXI

SEd & illud eſt memoratu digniſſimũ que ſit manſuetudo
pecoꝝ in hac baſilica votiuorum qualiter vituli petulan=
tes calcitrantes equi grũnientes ſuille cũ limen ſanctũ in
greſſi fuerint cõquieſcunt. Nam vidimus ſepe coturnoſos
tauros q a quindecim aut eo ãplius viris alligati funibus
ducebãtur talem in hoibus impetum dare vt putares eos ipſos quoqꝫ
diſrũpere funes. Sed cum ẽdem ſanctam ingreſſi ſunt ita quieuerunt
vt arbitreris eos tanq̃ agnos mãſuetos haberi. Vidimꝰ etiã p medias
turmas multos ingredi inclinato capite populos amonẽtes roſtro nõ
cornibꝰ & tanq̃ tribunal adirẽt iudicis aliquẽ ſenſũ habere timoris nõ
calcẽ mittere nõ aliquẽ cornu petere nõ oculis toruis aſpicere ſꝫ in oĩ

mansuetudine vsq ad sanctum propantes osculātesq altare rursus in ipsa qua ingressi fuerāt patiētia repedare sic & reliquoꝝ iumētoꝝ petulantia cū illic accesserit deposito cuncto furore māsuescit vt eā māsuetudinē colūbarum cū grandi admiratione conspicias. De hiis vero q̄ votiua sunt nulli penitus quepiā subtrahere licet nullus priusq̄ ad basilicam veniat aut cōmutare p̄sumit aut emere. Nam q fecerint sepius vltione diuina grauiter quatiūtur. Nam aut febris imminet aut malū aliquod obrepit aut dānuȝ graue succedit aut hoc qd abstulit morb⁹ aufert. Difficile tñ sine p̄senti vltione res preterit. XXXII

DE illis dixisse virtutibus sufficiat q̄ circa sanctam basilicā ei⁹ gesta sunt aut geruntˀ nūc pauca de locis illis in q̄bus eius habētur reliquie disserētes finē huius libelli facere placet deuotione cōmouēte quidā apd belgice secūde prouiciā idest suburbano remeñ vrbis basilicā in honore beati martyris studiose cōstruxit cuius reliqas post p̄fectā fabricā expetiit fideliter ac deuote q̄s acceptas dū viatim psallēdo regredit remeñ ē igress⁹ cāpaniā. Erat eñ haud pcul a via ager cuiusdā diuitis cāpaneñ ad quē scindēdū magna mltitudo cōuenerat igr̄ appropiquāte viatore cū hiis pignorib⁹ cepit qdam de aratorib⁹ male torqri & quasi in excessu mētis dicere. En inqt beatissimū iulianū appropinquantem. Ecce virtutē eius. Ecce gloriā ei⁹ occurrite viri reliquite boues dimittite aratra caterua ois eat ei obuiā. Stupentes illi & qd narraret ignari dū hebetati admiranṫ tā voces q̄ dicta psone protinus miser relicto aruis vomere elidēs se in terrā verberāsq palmas in pte qua vir ille beati martyris veniebat cursu celeri capiṫ clamās vt qd me sancte sic crucias vt quid me gloriose martyr incēdis. Cur regionē tibi nō debitā aggrederis cur habitacula nostra plustras talia eo dicēte ad locū vbi iam sacerdos tabernaculū erexerat turbulēt⁹ aduenit prostratusq corā sāctis reliquiis diutissime humo incubuit tūc p̄sbiter capsulā illā sāctā sup eū vt posuit ilico erūpēte ex ore ei⁹ sāguine ab incursione dyabolici erroris mūdat⁹ ē ac deiceps virutē sc̄ti p̄dicās comes fuit hui⁹ itineris. XXXIII

QVid de ei⁹ reliqis in oriēte fideliū fratrū relatio signat edicā. Qȝ in quadā oriētis ciuitate dū in ecclesia a demonio quidā torqtur in naui beati martyris p̄dixit esse reliqas. Cūq nauis portū fuisset adepta hic ad eaȝ saltuatiȝ psiliit ac prouolit⁹ solo corā naui erūpēte ab ore & narib⁹ tabe psōa purgata ē. Que cū ep̄o nūciata fuisset cōmouit populū cū accēsit cereis ad portū vsq pcedere igr̄ naucler⁹ audiēs flēsq p̄ gaudio i occursū ep̄i propat nihil se alid asserēs de bti sustulisse basilica nisi parūp p̄ueris q circa sāctū iacebat tumulū sȝ de⁹ oipotēs cōprobās fide viri occltari occli virtutē martyris nō pmisit dehic ep̄s sublatas reliqas vsq ad sāctā ecclesiā cū magno honore deportat Negociator vero tāta cernēs mirabilia basilicā i honore martyris edificauit In qua beatas reliquias collocās multa deinceps miracula vidit opari



HEc ego duduȝ expertus sū Cōtigit vt post (Ca. XXXIIII ordinationē meam aruernis accederē profectusq beati basilicam adiui expletaq festiuitate disruptis a pala que sanctum tegit tumulum fimbriis in his mihi presidiū credēs impleta oratione discessi. Apud turonicā vero vrbem monachi in honore ipsius basilicam qualem possibilitas eoruȝ habuit edificauerunt cupientes eam eius virtutibus consecrari. Audientes autem hec pignora a me fuisse delata rogant vt dedicata edes hisdem augeretur reliquiis. At ego apprehensam secretius capsam ad basilicam beati martini incipiente nocte propero Referebat autē michi vir fidelis qui tunc eminus astabat cum nos basilicam sumus ingressi vidisse se pharum immensi lumis e celo dilapsam super btām basilicā descendisse & deinceps quasi intro ingressa fuisset. Cum eñ nobis hec in crastinuȝ a fidelibus relata fuissent coniicim⁹ eam a virtute beati martyris processisse Depositis ergo super altariuȝ sacrosc̄tis reliquiis vigilata nocte cū grandi psalterio ad antedictaȝ deferebantur basilicam & ecce vnus ex inerguminis manibus in se collisis ore patulo cruenta proiciens sputa aiebat Vt quid te martine iuliano iunxisti Quid euȝ in his prouocas locis dū nobis erat p̄ntia tua suppliciū similē tui ad augenda tormenta vocasti cur hec agis. Quare nos cum iuliano sic crucias Hec & alia misero declamante expletis missaruȝ solemnitatibus dum se ante sc̄tū altariū diutissime collidit profluente sanie ex ore eius ab infestatiōe furoris diabolici liberatus est. Ca. XXXV

SEd nec hoc silēdū puto quod in nocte illa priusq̄ sancte reliquie ibidem collocarentur sit gestū. Monachus ipsius loci dum de aduentu sollēnitatis gauderet et singulos quosq ad cellariolum basilice promptissimus inuitaret hortās vt omnes in basilica fideliter vigilarent extracto a vase vino cepit eos causa deuocionis cum gaudio propinare dicens Magnū nobis patrociniū in beatum martyrem pietas diuina largitur. Icciro rogo charitatem vestram vt vnanimiter vigiletis mecum cras eñ ei⁹ reliquie in hoc loco sūt collocāde exacta quoq cū sacris hymnis modulisq celestibus nocte celebratis etiam missarū sollemniis festiuitate ouans clericus cepit eos iterum quos prius inuitauerat rogare ad refectionem dicēs Gratias vobis ago q sic ad vigilandum immobiles p̄stitistis sed nec martyr diu distulit bonā voluntateȝ virtutis sue gratia

muneꝛari. Nā ingreſſus prōptuariū clericus reperit cupellā quam pene
mediā reliquerat ꝑ ſupiorē aditū redundare intimū vt copia defluen
tis vini Riuū per terrā ad oſtiū vſq; duceret Quod ille admirās poſito
deorſum vaſe ſepius extulit plenum ſed & deipſo cum ſatis habunde
q; fuiſſet expanſum nihil prorſus defuit ſed vſq; in craſtinum miranti=
bus cunctis ſēper ſtetit plenū. Erat aūt. 5. kal'. menſis quinti admirabi
lis virtus martyris cum produxit de vaſe ſine flore vindemiam cuȝ ſit
ſolitum vt collecta vina condantur in vaſcula protulit dolium muſta
in quo nō vina ſed virtus ſola defluxit turgeſcit vaſculū a liquore quo
fructus non illatus eſt ſed creat⁹. Agit hoc ille dn̄s ad gorificandū mar
tyrem qui implens vterū virginis ſine ſemine permanere preſtitit ma
trem in caſtitate ſed tamē hic nouo magis exuberat fructu cuȝ ſine co
dicibus falerna porrigit in alijs vineis vix adhuc erumpūt gemme in
hoc vero vaſe vinum defluit a virtute. equatur maius octobri cuȝ no=
ua porrigit pocula plus habet q̄ ille cum in promptu non oſtenditur
vinea & in domo gignuntur falerna Rudis etem̄ venit ſine torculari
vindemia que non in palmitibus ſed in occultis eſt reperta aceruus ac
ciuorū non premitur ab arbore & vini defluunt vnde hauriuntur faler
na cū in torculari non cernuntur impreſſa vitis ecce nō aſpicitur & po
cula large cōplentur Sed quid inq̄ non enim deeſt fidelibus virtus il=
la celeſtis Nā qui quondam nuptijs de aquis preſtitit vina nūc ſuis ea
deȝ large porrigit ſine vlli⁹ electi natura & q geminis piſcibus quinq;
milia hominum ſaciauit nunc bone voluntati multiplicata reſtituit in
ipſius enim ortus tempore angelica vox teſtata eſt dicens gloria in ex
celſis deo & in terra pax hominibus bone voluntatis Sed iā ad ſequē
tia virtutum opera reuertamur. Cap XXXVI.

SErutens huius monaſterii diu cōtract⁹ infeliciter trahebatur
Adueniēs aūt ad ipſam ſanctā baſilicā vigilias celebrat qui=
bus expletis manedū ad ſtratū ſuū regredit̄ inter portantiuȝ
manus reſolutis ſanatus eſt neruis. Cap. XXXVII

PVella quedā lippis oculis & nimio ymbre lacrimarū pro=
fluente pene cecata cuius pr̄ audita virtute martyris gl'io=
ſi cū ea ad baſilicā ſanctā properat celebratiſq; vigilijs ma
ne pauperibus qui ad matriculam illā erant cibū potūq; ꝓ
tulit exulātib⁹ vero illis ſubito puella capitis dolore ſe tor
queri proclamat & vt modicū ſopori indulgeatur implorat qua quieſ
cente cū cōuiue epulū applicarēt illa ſurrexit & ad ſanctū ſe altarium
duci depoſcit anteq̄ ſolo proſtrata fuiſſet & attente dn̄i miam depre=
caretur reſtrictis lacrimis purgatis lippitudine oculis leta ſurrexit tūc
patre gaudente domi redditur ſana. Cap. XXXVIII.



ALius quidā puerulus ꝑuulus cuius parētes haud procul ab
ipa baſilica cōmanebant in ſecundo ortus ſui anno mem=
bris totis cōtractus ſine ſede alicuius boni nutriebatur qui
ita cōtractus erat vt genua ab eius ore penit⁹ ſepari nō poſ
ſent ad cui⁹ baſilicā vigilaſſent & ꝓiectū infantulū corā ſa
cro ſanctis reliquiis dimiſiſſent poſt paululū reperūt eū ſedētē mēbris
omnibus eſſe directum. Dehinc fuſa oratione gaudētes ad domū ſuaȝ
regreſſi ſunt. Cap XXXIX

EST autē in turonico vicus cui gaudia nomē eſt in quo bti martyris
reliquie cōtinētur qui cū magnis virtutib⁹ crebro illuſtret in plu
ribus tamen plerūq; agitat vltionē Nā cū ibidē quis inimico hūani ge
neris ſuadente ꝑiurauerit ita vltio diuina proſequit̄. vt protinus aut in
ſucceſſiōe dāni aut in amiſſione proximi aut in cōſumptiōe morbi ma
nifeſta pateſcat nō tn̄ cauſam remanere inultam martyr prorſus indul=
get ſed nec inibi tam auſu temerario periurat barbarorū cruda ruſtici=
tas de quo negocio iſta ſufficiant quia longum eſt ſingula que de his
acta ſunt per ordinē memorari. Cap. XL.

CVm autē ad me aredius preſbyter ex lemonicino veniſſet
vir valde religioſus cuius etiā in ſecundo virtutū bti marti
ni libro memini dū ſollicite vitā eius perſcrutarer actionē
inquirere cepi que ibidē beatiſſimus iulianus in miraculis
prodidiſſet in honore em̄ beati martyris baſilicā edifica=
uit quā & eius reliquiis illuſtrauit ſicut ergo eſt verecundiſſim⁹ diu cū
ctatus tandē hec & valde inuitus expoſuit qn̄ inquit primū beati iulia
ni adiui baſilicā parūper cere a ſepulchro ſuſtuli inde veniēs ad fonteȝ
in quo beati ſanguis effuſus eſt abluta aquis facie paruā ab his pro bn̄
dictiōe cōpleui ampullā teſtor om̄ipotētē deū quia anteq̄ ad domum
accederē colore ſpiſſitudine atq; odore in balſamum cōmutata ē. Ve=
niens vero ſacerdos ad dedicandā edē cū hec expoſuiſſem nihil aliud
pro reliqniis in ſanctū altare condere voluit niſi vaſculū cuius aqua in
balſamū cōmutata fuerat dicēs Hee ſunt certe reliquie quas martyr pa
radiſiacis virtutib⁹ illuſtrauit. Cap. XLI.

MVlta quidem & alia ſunt de quibus plurima pretermittēs aliqua
pando infirmus quidā om̄ibus mēbris debilis plauſtro impoſi
tus ad eius monaſterium eſt aduectus. Qui cum ante ipſam baſilicā in
hoc vehiculo nocte iaceret videt eam ſubito magno ſplendore fulgen
tem voceſq; in ea pſallentium tanq̄ multorū hoīm audiebat. Dum hec
agerentur & ille orationē funderet quaſi ſtupe factus nec memor dolo
rum ea appropinquante ſplendor quem viderat preterit ante oculos
eius. At ille fulgore demoto in ſe reuerſus ſenſit ſe priſtine ſaluti recu=

peratum. Cap. XLII

CEcus quoq; adminiculo deducente ad ſacro ſanctũ altare
eius accedẽs dũ de optorio ſanctarũ reliquiarum oculos at
tigit lumẽ recepit ſed & inergumini ab hac palla cooperti
ſepe mũdati ſunt & ptãs iudicũ quotieſcũq; in eo loco ſu
perflue egit cõfuſa diſceſſit. Cap. XLIII.

PEndebat autem ſuper ipm altare crux olocriſa eleganti ope fa=
cta & erat tam preclara viſu vt eam putares ex auro eẽ mũdiſſi=
mo. Aduenientibus vero barbaris a quodam eſſe aurea eſtimata dire=
pta eſt & ſinu recondita. At is qui eam ſuſtulerat tanto ſubito ponde=
re prograuať vt eã penitus ſuſtinere non poſſit ſtatiq; cõpũctus virtu=
te martyris ac penitẽtia mot⁹ de itere trãſmiſſa; loco ſcõ reſtituit. Ca.

QVe poſtq̃ geſta ſunt miſit clericũ ſuũ dicẽs Vade (XLV.
inquit ad beati iuliani baſilicã & fũdẽs orationẽ ſupplica
vt tibi aliquid cere vel pulueris de ſepulchro iacẽtis largi=
ri dignentur editui vt delatũ a me cũ benedictiõe ſuſcipia
tur. Ille vero veniẽs que ſibi fuerant impata flagitat ac ſu=
ſcepit. Et cũ ſuſcepta ferre vellet tanto grauatur pondere vt vix ceruia
cem poſſit erigere vnde tremore magno cõcuſſus pauimẽto proſterni
tur. & iterũ cũ lachrimis orationẽ fundẽs ſurrexit incolumis & acce=
ptam ſenſit abeũdi habere ſe libertatem igitur arrepto itinere incale=
ſcente nimiu; ſole corripiť. Veniẽs autẽ ad villã vie proximã vnã ca=
ſulã adit aquã depoſcẽs de qua egrediens iuuenis dare reſponſum vt
eos vidit in terrã corruit factuſq; eſt ſicut mortuus Concurrẽtes aute;
parẽtes eius calũniabantur hoibus aſſerentes parentẽ ſuũ eorũ magi=
cis artibus fuiſſe perẽptũ Et apprehenſum puerũ eleuauerunt eũ ſemi=
uiuũ. At ille de manib⁹ eorũ elapſus percuſſis palmis cepit de bacchã
do clamare vel dicere ꝙ martyris iuliani virtute exureretur. Cleri=
cus vero hec audiẽs poſitã ſuper caput eius capſulã cũ pignoris ſãctis
fide plenus orare cepit attẽtius ipſe quoq; cũ vomitu ſanguinẽ demo=
niumq; proiciẽs purgatus abſceſſit De hinc formatus in fide portitor
iter totũ cũ pſalmis & gratiarũ actionib⁹ carpẽs ad locũ preoptatum
martyre ducẽte puenit iã exinde tpe p̃cedẽte quãti ibi inergumini fri
goritici vel diuerſis morbis oppreſſi martyris virtute ſanati ſunt nec
noia retineri nec numerus potuit colligi. Ca. XLV

INter reliqua vero inſignia ſuſcipiendorũ miraculorũ po
nimus & iſtud quod inſipientes corrigat & roboret apiẽ
tes igitur cautini epiſcopi tẽpore quo ingruẽtibus pecca=
tis populi aruerna regio ab excidio luis quã inguinariã vo
cant deuaſtabať. ego brinantenſem vicũ expetiuſc; vt qui



meritis tutari nequibã beati martyris iuliani ſaluarer ſubſidio in quo
dũ cõmorarer vico vnus puer ex nr̃is ab hoc morbo corripitur. Recli
natoq; ad lectulum capite grauiter agere cepit. Erat autem febris aſſi=
dua cum ſtomachi pituita ita vt ſi aliquid acciperet confeſtim reiceret
Nec erat ei cibus confortatio ſed magis exitus putabatur Deniq; mei
cum viderent eum in extrema vexari ariolum quendam inuocant ille
vero venire non differens acceſſit ad egrotum & artem ſuam exercere
conatur incantatiões immurmurat ſortes iactat ligaturas collo ſuſpẽ=
dit promittit viuere quẽ ipſe mancipauerat morti. Hec autem me ne=
ſciente agebantur que cum michi delata fuiſſent amariſſimus reddor
& cum graui ſuſpirio illud cõmemoro quod dñs per heliam prophe=
tam ozie regi pronunciat dicens. Quia dereliquiſti dominũ deum iſra
el & cõſuluiſti deum acharon ideo de lectulo in quo aſcendiſti non cõ
ſurges ſed morte morieris. Nã iſte poſt aduentum arioli validius fe=
bre ſuccenſus ſpiritum exhalabat cuius poſt obitum interpoſitis pau=
diebus puer alius ſimili laborare cepit incommodo Tunc ego ecce in
quio accedite ad martyris tumulum & aliquid exinde ad egrotum de
portate & videbitis magnalia dei atq; cognoſcetis quid ſit inter iuſtũ
& iniuſtum & inter timentem deum & non ſeruientem illi accedentes
autem parumper pulueris circa ſepulchrum iacentis ſuſtulerunt. De
quo vt hauſit infirmus cũ aqua protinus aſſecutus eſt medicinam re=
cuperatiſq; viribus ac reſtincta febre conualuit intelligite ergo nunc o
omnes qui inſipientes eſtis in populo & poſtq̃ ita diſcuſſeritis ſcitote
quia nihil ſunt que ad ſeducendum humanum genus diabolus opera
tur ideo moneo vt ſi quis vexillo crucis ſignatus ſi quis baptiſmi ab=
lutione mundatus ſi quis vetuſtate depoſita in nouo nunc homine vr
get talia poſtponat ac negligat querat autem patrocinia martyrum per
quos ſanitatum miracula celebrantur poſtulet adiutoria confeſſorum
qui merito amici ſunt domini nuncupati & que voluerit obtine=
bit. Cap. XLVI.

EO tempore cum poſt obitum perſerii martyrarii vrbanus
diaconus huius baſilice ordinatur. editus mira res ad ſe=
pulchrum ſancti apparuit. Nam vigilante diacono in le=
ctulo ſuo auditus eſt ſonitus quaſi hoſtium baſilice pan=
deretur. Poſt multarum vero horarum ſpacium audiuit
ipſum iterum claudi. Poſt hæc ſurgens de ſtratu precedente lumine
accedit ad tumulum ſancti. Mirum dictu vidit pauimentum roſis ru=
tilantibus eſſe reſperſum Erant autem magne valde cum flagrantia
odoris immenſi in ipſas quoq; cancelli celaturas mirabatur roſas in=
tus nonus enim erat menſis & hee ita erant virides ac ſi eadem ip ſius

putares hora & momento ramis virentibus eſſe decerptas tunc cum grandi reuerētia collectas ſecretius poſuit multis exinde infirmis medicamenta diſtribuem Nam inerguminus quidam ex turonico veniens vt exinde delibuto potum ſumpſit eiecto demone purgatus abceſſit. .·. Cap. XLVII

MVlier quedam a natiuitate ceca erat que ſe exhiberi a parētibus ad beati Martini tumulū deprecata eſt vbi cum veniſſet proſtrata per triduū ad cancellos qui ante ſepulcrū ſancti antiſtitis habentur extrinſecus reſponſum accepit per ſomniū dicente ſibi ſancto viro Si lumē recipere deſyderas require baſilicam ſancti Iuliani in qua dum preſidium martyris expetes ille cōiunctus martino viſum tibi neceſſariū ſimul orationuꝫ ſuarum ſuffragiis reuocabit. Exurgens autem mulier & ignorans qđ in turonico huius martyris reliquie tenerentur ad ſanctonicam vrbeꝫ dirigit Victorina etenī materfamilias ex nobili ſtirpe progenita in vrbe ſue territorio baſilicam conſtruxerat reliquiaſqꝫ beati martyris condiderat. Ad hanc ergo ędem mulier accedens orat per triduum. Die autem tertia aduenit natalis baptiſte dñici ſtante aūt populo & lectionum dogmata auſcultante ſubito murmur magnum oritur. Preſbiter vero qui ſollēnia celebrabat cōprimere voces cupiēs interrogat quid hoc eſſet . Cui vnus ex aſtantibus ait murmur miteſcere non poteſt quia virtus dñi miraculum prodidit ecce enī mulier illa q̄ ſe cecam teſtabatur ortam erūpente ab oculis ſanguine viſum recepit. Tunc oēs benedixerunt deū cognoſcentes pariter q̄ fuerāt geſta. XLVIII

MAnninus preſbiter domus vibriaceñ martyris huius glorioſi reliquias expetiuit quas ex iuſſu beati auiti pōtificis ſumptas cum pſalterio vſqꝫ ad baſilicam ſancti ferreoli q̄ procul ab ipſo vico ſita eſt perueniſſet vnus ex inerguminis eſt mūdatus. Procedens autem pſallendo cum ad medianam perueniſſet coram hoſte improbo virtute ſancti depulſo puella alia purgata diſceſſit. .·. XLIX.

ACcedens autem ad locum vbi oratorium quod in hono= ſancti coſtruxerat poſuit hec pignora in altario ſancto accedens aūt ad eū vnus cū amiſſis oculis alius manu debilis impleta oratione hic luceꝫ percipit poſt tenebras manus ille vſum poſt ocia diuturna. Mulier etiam nomine eterna cum filia ab hoſte iniquo vexata ad hoc altarium curata cum prole ſoſpes abſceſſit. .·. Cap. L

FRigoretici etiam in illo loco multi ſanati ſunt. Sed quoniam nō eſt abſurdum ſi beatus Iulianus cum Ioanne aut Martino do=



na ſanitatum imperiatur cū quibus victor ſeculi in celo tripudiat. Referam adhuc qualiter cum nicetio lugdunenſi ſimili virtute floruerit. Igitur infra terminū territorii turonici Litomeris quidam in honore ſancti martyris baſilicam edificauit in qua nos ex more ad bñdicēdū euocati ſancti Iuliani martyris cum nicetii lugdunenſis reliquiis collocauimus. Sed nō multo poſt tempore cecus adueniens dum fideliter orōnem fudit viſum recipere meruit. Memini huic ceco in libro vite ſancti nicecii quia dignum eſt vt cōmunis virtus vtriuſqꝫ ſancti ſcripta cōnectat. Ex hiis miraculis lector intendens intelligat nō aliter niſi martyrum reliquorumqꝫ amicorum dei adiutoriis ſe poſſe ſaluari Ego autem dñi miſericordiam per beati martyris Iuliani patrocinia deprecor vt aduocatus in cauſis alūni proprii coram domino aſſiſtēs obtineat vt abſqꝫ impedimento macule vllius huius vite curſum peragam atqꝫ illa que confeſſus ſum in baptiſmo irreprehēſibiliter teneā fideliter exerceam ac viriliter vſqꝫ ad conſūmationem huius vite cuſtodiam.·. A M E N .·.

¶ Epiſtola ſancti Gregorij Turoneñ archiepiſcopi ad beatū Sulpitiuꝫ bituriceñ archiepm̄ in vitam ſanctorum ſeptē dormientium.

BEatiſſimo patri Sulpitio dei gratia bituricenſi archiepō Gregorius turonorum indignus ſacerdos in deo ſalutari noſtro ſalutem perpetuam. Apud poetam ſub figura apum ſanctorum virtus & prudentia laudatur cum dicit. Quo magis ex hauſte fuerint hoc acrius oēs incumbunt generis laſſi ſarcire ruinas. Hoc pater beatiſſime in fronte epiſtole premiſiſſe licuerit conſideranti quanta prudentia q̄ta ſollicitudine titubantis eccleſie ſtatum firmare eius ruinas reſartire contenditis. Hoc in te proprie exemplis lucentibus hoc mellifluis exhortātium ſermonū hoc deniqꝫ geſtis precedentium ſanctoꝝ in medium prolatis agere non ceſſatis. Huic eſt enī ꝙ inter cetera que paruitati mee veſtra ſublimitas imperauit vrgens ſcilicet imperium eſt amici ammonitio quatenus ſeptem dormientes qui apud maius monaſterium dicuntur quieſcere quorūqꝫ fama percelebris longe lateqꝫ diffunditur actus vitam vel finem ſi vſpiam poſſem reperire. Tunc ergo iuxta

poeticum illud pro more meo pro veſtra reuerentia reſpondi. Tuus ē
pater alme quid optes. Expoſtuiſſe labor mihi iuſſa capeſcere fas eſt.
Statimq; vicino vt dicitur pede veſtram proſequēs iuſſionem perſcru
tatus eccleſiaruꝫ ſcrinia & bibliothecas reuoluens tandem apud pre-
fatum maius monaſterium repperi quod querebam. Seruato igitur
tenore eccleſie paternitati veſtre vt petieras tranſcriptum deſtinaui.
De cetero veſtrū eſt & promere veſtrum eſt & ob chriſti gratiam que
rere edificare eccleſias & amico immo ſeruo obedienti chriſti domini
gratiam impetrare. ⁖

¶ Vita Paſſio & mors ſeptem dormientium
quorum corpora in mariori monaſterio con
tinētur. Et nomina hic inſcribuntur. ⁖
Clemens/Primus/Letus/Theodorus/
Gaudens/Quiriacus/Innocentius.

TEmporibus diocletiani & maximiani crudelitate
eorum: exigente deficere cepit & diſcedere pene
vniuerſus orbis a romanorum poteſtate inter mul
tos autem hunorum regnū diſceſſit preſidente eis
floro rege ſtrennuiſſimo. Qui florus patre ſuo am
naro nomine nouiter viam vniuerſe carnis ingreſ-
ſo regnum adeptus eſt cum viginti eſſet annorum.
Habebat autem idē florus duos fratres minores ſe martinum & amna
rum. Duxit autem ſepedictus florus vxorem puellam pulcherrimam
brichildem nomine filiā chut regis ſaxonū ex qua genuit tres filios.
Primogenitum florum beati Martini turoneñ genitorem ſecundum
hilgrinū Tertium amnarum. Secundus ſiquidem hilgrinus quattuor
filios genuit Clementem/Primū/Letum & Theodorum. Tertius aūt
tres genuit Gaudentem/Quiriacum & Innocentium. Florus ſiquidē
cum regno ſuo fere per decem annos feliciter potiretur a maximiano
aggreditur. Qui fere per tres annos laborans vix & cum magna dif
ficultate primas ptes regni eius aggreſſus eſt nec ſine morte & ſangui
ne ſuorum pugnauerat. Siquidem florus eum bis terque & turpiter
deuictum fugauerat. Sed proditione ſuorum ſanciuit quodd̃ caſtrum
& muniuit contra eum & eius regnum & ſic ſecundum & tertium.
Tandem obſedit euꝫ in quodam caſtro minutiſſimo cū omni fere no
bilitate hunorum. Obſeſſus per dimidiū annū ad decionem cōpulſus
eſt venire vita ſibi cū membrie ſuis atq; ſuoꝝ conceſſa. Captoſq; du-
xit ſecum romam inter quos fuerunt duo fratres flori regis martinus



& amnarus. Filios autem nūdum genuerat niſi prīmogenitum ſuuꝫ
florum vꝫ trium annoꝝ. Alios aūt duos poſt reuerſionem captiuita-
tis genuit. Cum autem preſentati eſſent diocletiano miſit eos in car-
cerem Poſt annū fere dimidium recordatus diocletianus probitates
flori iuſſit eum ſibi preſentari. Videns autem pulchritudinem eius ob
fecem & laborem carceris emarcuiſſe miſericordia motus eſt abſolutū
q; remiſit ad propria permiſſo regno in vita ſua cum redditibus ſubla
tis vel factis munitionibus. Tali etiam pacto permiſit eum regnare
vt poſt mortem ipſius filius eius non ſublimaretur in regno nec in
conſulatu ſed tantum tribunus exiſteret. Quod cum ex vtraq; parte
firmatum fuiſſet receſſit cum omnibus ſuis. Reuerſus autem eodem
anno genuit duos filios geminos hilgrinum & amnarum. Diocle-
tianus autem non multum poſt priuatam eligens vitam apud medio
lanum diem clauſit extremū. Maximianus vero cum diſpoſitis inſi
diis genero ſuo conſtantino tunc regnum tenenti mortem moliretur
deprehenſo dolo illius apud maſſiliam captus nec poſt multuꝫ in car
cere a demonibus ſtrangulatus impiam vitam digna morte finiuit.
FLorus autem primogenitum ſuum florum conſtantino
qui diocletiano & maximiano imperatoribus breui tem
pore auxentio mediante ſucceſſerat educandum tradidit
Quem ſemper charum & dilectum habuit. Adultoq; &
milite facto vxorem dedit neptem ſuam filiaꝫ ſororis ſue
Tribunumq; conſtitutum remiſit ad patrem ſuum. Qui ex vxore ſua
filium viuente patre ſuo genuit quem florum vocare precepit. Qui
poſtmodum tempore conſtantii a beato Paulo conſtantinopolitano
epiſcopo deo educante cathecuminus factus & baptizatus martinus
eſt vocatus. Natus eſt autem conſtantini vndecimo anno. ¶ Florꝰ
autem antiquus ſenio confectus diem clauſit extremum. Terram ſuā
primogenito ſuo dimiſit & duos fratres iuuenes in manu eiꝰ reliquit.
Qui mortuo patre terram viriliter rexit & fratres ſuos cum filiabus no
biliſſimorum pagi hunorum copulauit Ex quibus primogenitus ſuꝰ
hilgrinus vꝫ quattuor filios generauit. Secundus autem amnarꝰ tres
FLorus autem tribunus filius flori regis mortuo conſtanti
no & regnante conſtantio conſtantinopolim venit cum
filio ſuo floro paruulo quem imperatori commendauit
qui eum ſecū retinuit & militem fecit iuuenē etiam ſecum
habuit poſt mortem conſtanti. Sed vir ſanctus magis ele
git deo ſeruire celeſti ꝗ ſub imperatore terreno militare. Quia ſpe-
cialiter effectus eſt vt vexillum ſancte crucis occiduas orbis porta
re in partes & militie ſacramenta euuangelicis mutare: edictis. Qui

vt diximus a beato paulo conſtantinopolitano epiſco tempore con=
ſtãtii deo educãte primo cathecuminus factus & poſt nõ multũ bapti
ʒatus eſt. Qui btũs epiſcopus a cõſtãtino impatore apđ ciuitatẽ quãdã
capadocie cutriſam noīe ob catholicam fidem pulſus exilio arrianoꝝ
inſidiis crudeliter ſtrangulatus ad celeſtia regna migrauit. Beatus aũt
martinus poſt ſacri baptiſmatis miſterium magnis in mundo claruit
miraculis & doctrinis catholicis longe lateqꝫ reſplenduit in vrbe. Hic
vir primo florem adoleſcentie mediolana tranſegit in vrbe. Sed exin=
de arrianoruʒ ſeuicia principũ expulſus gallicanas receſſit in partes ve
nerabiliqꝫ pictauenſi antiſtiti hilario eſt coniunctus hui⁹ ſe diſciplinis
ſanctus Martinus poſt relictum militie cingulum ſociauit

VNde quoqꝫ ſanctus vir diuino admonitus oraculo paren=
tes ſuos errori patre relicto ad ſancte fidei profeſſionẽ cõ=
uertit & matrem que ſe mundo genuit ipſe chriſto genera
uit auorum ſuorum martini & annuari qui chriſtianiſſimi
erant & ciuitatibus deputatis epiſcopatus officio fungebã
tur inter quos baptiʒati ſunt hilgrinus & aninarus patrui eius cum ſe
ptem filiis Clemente videlʒ Primo Leto & theodoro Gaudẽte Quiria
co & innocentio Horũ pr̃es hilgrinus ſcilʒ & Anniarus non ſicut pa
tres paternam hereditatem diuidentes ſed ſicut vno ortu gemini nati
ſunt ſic in vna domo vno fundo vna cum vxoribus & filiis contenti
ſunt. Eodẽ autem anno quo baptiʒati ſunt viam vniuerſe carnis ingre
ſſi ſunt. Horum autem prenominati ſeptem filii omnia predia ſua ve=
nundantes & precium pauperibus diſtribuerunt ſeruoſqꝫ ſuos ingenu
os fecerunt ipſi vero in quodam loco ſe incluſerunt lectioni orationi
& pſalmodie vacantes duobus tantum ſeruulus contenti qui officium
conſolationis impenderẽt Veniebant in cenaculo conſtituti ſine quere
la tam deo q̃ hominibus placentes vxorum & liberorum grato cõſor
tio carentes celibemqꝫ vitam actitare ſatagentes De reliquiis autẽ ci=
boruʒ ſuorum ad quaſcunqꝫ partes deferrentur vel a quibuſcunqꝫ infir
mis ſumerentur qualicunqꝫ infirmitate tenerentur protinus ſanabant
Q̃obrem primo ex adiacenti prouincia poſtmodum ex omni regio=
ne illa pene vniuerſi venientes ſicut dei prophetas venerabantur. Ex
quibus multi predicatione eorum fidem ipſorum imitantes chriſtiani
tati ſubiciebantur veterem hominem exuentes nouum hominem qui
ſecundum deum creatus eſt induebantur. Deniqꝫ obſequiis multis do
natiuis venerabantur. Ceterum principes tribuni & milites chriſtianĩ
iudei & gentiles eos viſitabant reuerebantur & excolebãt Qua de re
ſerui dei permoti inani glorie & ambitioni huius ſeculi ſubici timẽtes
fuge latibulum expetentes patriam relinquere diſpoſuerunt. Quippe



cum in exemplo ſit abraham & multi alii iuſti & maxime eorum con=
ſobrinus beatus martinus.

CEterum audientes famam ſanctitatis & nominis ei⁹ & q̃
in epiſcopatu turonice ciuitatis eſſet ſubrogatus conſilio
inito breui expenſa & exiguis ſarcinis collectis vſqꝫ ad ip
ſum venire & conſilio eius viuere ſtabiliuerunt. Quod &
factum eſt Venientes autem vſqꝫ ad turonenſem ciuitateʒ
Inuenerunt beatuʒ martinũ in epiſcopatu more ſuo dominico die miſ
ſarum ſolemnia celebrantem petieruntqꝫ more ſuo benedictionẽ Poſt
acta autem miſſarum ſolemnia cognouit eos beatiſſimus martinus cõ
ſanguineos & conſobrinos ſuos fleuitqꝫ per ſingulos & oſculatus eſt
eos. Ducenſqꝫ eos trans fluuium ſecum vbi multitudo commanebat
fratrum inuitauit ad prandium in commune cũ fratribus. Sequẽti au=
tem die omnem peregrinationis ſue ſeriem texuerunt voluntatẽqꝫ ſuã
in hoc eſſe dicentes vt limina apoſtolorum petri & pauli viſitarent &
in hieroſolymis pergerent ſepulchrum domini viſitaturi & cruceʒ do
mini adoraturi & per beati iacobi ſepulchrum venturi & ſic ad ipſum
reuerſuri. Quam viam cum benedictione beati martini aggredientes
nudis pedib⁹ laneis vtendo veſtibus pane & aqua & crudis herbis cõ
tenti quinquennio peregerunt Reuertentes autem ſani & incolumes
beato martino ſe preſentauerunt cũ multis reliquiis videlʒ de ſepulchro
domini et eius ſanctiſſima cruce De ſepulchro autem ſancte marie ma
tris domini & ipſius veſtimentis de reliquiis apoſtoloruʒ petri & pau
li & iacobi fratris domini & ex multis aliis quas beatus martinus reue
renter accipiens in capſida maioris eccleſie cum reuerentia poſuit.

IPſi vero ſeptem fratres beato martino & fratribus ibidem
manentibus tam anima q̃ in corpore ſe dedentes deuoue=
runt ſe de loco illo non receſſuros. Statim autẽ beat⁹ mar
tinus eos gratanter excepit & monacho habitu eos indu=
it & benedictione propria confirmauit. Poſuitqꝫ eos in la
tere cauati montis in quodam ſpecu fecitqꝫ eis oratorium in ipſa rupe
benedixitqꝫ altare vbi & reliquias proprias manu condidit quas ipſi
apportauerunt Ordinauit autem clementem & primum preſbyteros.
Letum & theodorum diaconos Gaudentem Et quiriacum & innocẽ
tum ſubdiaconos. Permanſerunt autem in eadem cella ſiue oratorio
vbi & delectabantur ieiuniis oratiõe ſilentio lectione q̃diu btũs mar=
tinus ſuperfuit ipſe quidem per reuelationem obitum ſuum longe pre
noſcens & ad condatenſem vicum ire deſiderans paceʒ inter clericos
reformare cupiens cognouit per ſpiritum non ſe reuerſurum. Conuo=
catoſqꝫ ſingulos oſculatus eſt atqꝫ benedixit. Et prefecit eis vnum ex

fratribus loco ſuo nomine galbertum abbatemq; conſtituit & benedictione confirmauit. Cui & commendauit ſeptem ſupradictos fratres & conſobrinos ſuos Qui eos ſuſcipiens in cõmune cum fratrib⁹ aliis ſingulariter eos diligebat & ſpiritualiter reuiſebat & cõfortabatur.

BEatus autem martinus poſt obitum ſuum vſq; ad diẽ obitus eorum ſepiſſime eis apparebat in viſione confortans eos & conſolans. Vixerunt autem poſt obitum beati martini. xxv. annis. Tẽpore beati martini xvj. annis. Tempore autem galberti poſt beatum Martinum primi abbatis. xxxiij annis. Tempore vero aichardi ſecundi abbatis duobus annis. Tempore ſiquidem aichardi ſecundi abbatis contigit feſtiuitatez beati Martini de tranſitu ſabbato euenire. Sequenti vero die qua dominicam celebramus Poſt peracta matutinoruz ſollemnia media nocte apparuit eis beatus martinus nũcians eis diem obitus ſui dicens. Craſtina die ſummo mane vocate huc aichardum abbatem ad vos. Quo vocato nunciate omnes & ſinguli vite veſtre ſeriem & actus veſtros confitentes peccata veſtra. Dicite ei ex me vt in honore ſancte trinitatis miſſam celebret commemorationem mei faciens & ſanctorum quorũ reliquie in preſenti altario a me cõſecrato continentur. Ponatq; ſingulas hoſtias pro vobis ſingulis oblaturas. Quibus cõſecratis ſinguli cõmunicabitis Peracta communione viaticoq; ſuſcepto corporis & ſanguinis ieſu chriſti miſſaq; finita proſtrabitis vos ad orationez viã vniuerſe carnis ingrediemini tam a dolore mortis extranei q̃ a corruptione carnis eſtis alieni. Sicq; ab angelis ſuſcipiemini & a meipſo ſurſũ cõducemini donec aſſignemus vos ante tribunal chriſti. Quod totuz factum eſt vt beatus martyr imperauit.

CVm autem orationem accepiſſent de manu aichardi abbatis finitaq; miſſa genibus flexis ſani atq; incolumes viam vniuerſe carnis ingreſſi ſunt tam a dolore mortis extranei q̃ a corruptione carnis fuerant alieni Repleta eſt autem cella illa tanto odore ac ſi multorum aromatum cõgeries ibi ſparſa putaretur. Suſcipiens autem eos non de morte ſed quaſi de oratione abbas aichardus vna cum fratribus non mortuos putabant ſed dormientes cum facies eorum vt roſa luberet caro vt nix ſplẽdeſceret Quam ob rem per ſedilia ſedere fecit ſicuti ſoliti erãt ſedere in cella ſua poſuit eos mediante ianuarum repagulo Patebant etiaz limina vt omnes aduenientes viderẽt ſanctorum facies non ſicut mortuoruz ſed ſicut dormientium. Quia licet hominibus mortui eſſent deo cui omnia viuunt dormiebant. Per ſeptem autem dies quibus ſuper terram fuerunt non defuit odor ille ſuauiſſimus. Tanta autem fuit aduentantium



multitudo q̃tum aut locus admiſit aut vie aut ſemite capere potuerũt. Omnes febricitantes vel frigoretici qui adueniebant ſani reuertebanẽ Leproſi autez ſurdi muti & claudi multi curabantur. Afferebantur aũt lectis & grabatis & ex odoris fragrantia curabantur Septimo autẽ die a tranſitu ipſorum abbas aichardus congregatis fratribus ſancti monaſterii ad funus affuit. Vocauit autem ſanctiſſimum ſedis turonice ciuitatis archiepiſcopum beatum brictium vna cum clero & populo inito autem conſilio ſicut erant veſtiti ſepelierũt eos in ipſa cella vel oratorio aut altari ipſius oratorii a beato martino cum pignore ſanctorũ conſecrati Tranſierunt autem pridie idus nouembris ſecundo die a feſto quo celebratur tranſitus ſancti Martini. Sepultiq; ſunt tertiodecio kal'as decembris. Qui ſepulti terris in chriſto ſe viuere manifeſtant virtutibus & miraculis. Qui viuit & regnat cũ deo patre in vnitate ſpirit⁹ ſancti deus Per omnia ſecula ſeculorum Amen.

## Errata

¶ In fronte libri titulo quarto & reuerſione: pro de reuerſione. Fo 10 pa: ſecũda dialolus ſeueri pro dialogus. Folio quoq; 18. pa: ſecũda. S. Senea: pro S. Seueri. Et quicquid mendarum hic compereris partim antiquorum imputetur ruditati quorum mos erat poti⁹ religioni q̃ ſermoni inſiſtere partim mechanicorum inertie mercedem erariam q̃ librorum correctionem pluris facientium nec faciles emendanti aures preſtantium

¶ Exaratum opera Ioannis marchant & impenſis Ioannis parui bibliopole In vico diui Iacobi ad interſigniũ Lilii aurei commorantis/apud Parrhiſios Anno ſalutis. 1511. 6. idus Iul.


Fides
J
M